ANSELM II.

BISCHOF VON LUCCA

(ANSELMUS EPISCOPUS LUCENSIS)

COLLECTIO CANONUM

UNA CUM COLLECTIONE MINORE

ISSU INSTITUTI SAVIGNIANI RECENSUIT

FRIEDRICH THANER

Faszikel 1 und 2 (alles Erschienene) in einem Band, enthaltend
Buch 1-10

NEUDRUCK DER AUSGABE INNSBRUCK 1906-15



1965

SCIENTIA VERLAG AALEN

ANSELMI
EPISCOPI LUCENSIS

COLLECTIO CANONUM

UNA CUM

COLLECTIONE MINORE

IUSSU INSTITUTI SAVIGNIANI

RECENSUIT

FRIDERICUS THANER.

FASCICULUS I.



OENIPONTE
LIBRARIAE ACADEMICAE WAGNERIANAE
1915.

NEUDRUCK 1965 SCIENTIA VERLAG AALEN

Explicatio signorum notarumque.

Libri manuscripti Collectionis Anselmi.

G = Graecensis II 351 s. XII.
Pm = Parmensis 976 s. XII.
N = Neapolitanus XII A 37—39 s. XII.
V_1 = Vaticanus 1363 s. XII.
P = Parisiensis 12519 s. XII.
L = Laurentianus, Ashburnham 53 s. XII.
Ven. = Venetianus S. Marci Cl. IV, LV s. XII.
M = Mantuanus C II 23 s. XII in.
Bol. = Bononiensis Universitatis 375 s. XII.
V_2 = Vaticanus 1364 s. XII in.
$V_2 J$ = Lectiones codicis V_2 ex schedis C. Jänig.
V_3 = Vaticanus 6381 s. XII.
V_4 = Vaticanus 4983 chart. s. XVI.
V'_4 = Apographum Lipsiense codicis V_4.
Pis. = Pisanus 59 Seminarii s. XII.
Bb = Vaticanus 535 (antea Barberinus XI 178) s. XII in.
Bb' = Apographum Lipsiense 3528 codicis Bb, auctore G. Haenel scriptum.
V_5 = Vaticanus 1361 s. XII.
Ambr. = Ambrosianus C 287 inf., apográphum cod. V_1 saec. XVI vel XVII ante a. 1619 scriptum.
R = Vaticanus 3832 ad l. XII c. 67.
Consensus codicum *G*, *Pm*, *N* = A^1; codd. V_1, *P*, *L* = A^2; codd. *Bol.*, V_2, V_3 (V_4) = *bB*; reliquorum codd. = *aB*.

Libri manuscripti Collectionis minoris.

(Scil. Collectionis codicis Montecassinensis 522, de qua disserui in ‚Untersuchungen und Mitteilungen zur Quellenkunde des kanonischen Rechtes', Wien 1878, Sitz.-Berichte der kais. Akademie der Wissenschaften, t. 89.)

1 = Cod. Laurentianus XVI 15 s. XII.
2 = Cod. Montis Casin. 522 s. XII.
3 = Sangallens. 676 s. XI.

4 = Engelberg. I 4/2 s. XI.
5 = Stuttgart. 107 s. XI/XII.
6 = Casanatensis 2010 (antea B V 17) s. XI/XII.
7 = Valicellanus F 54 s. XI/XII.
8 = Vaticanus 4160 s. XII.
9 = Vaticanus 4977 s. XII.
10 = Vindobonensis 2206 s. XII ex.
11 = Vindobonensis 2153 s. XII.
12 = Admontensis 257 s. XII.
13 = Monacensis 22289 s. XII ex.

<> quae uncis angulatis inclusa sunt, ita ab auctore quidem scripta sunt, sed in collectione Anselmi aliter, aut prorsus desunt.

>< intra hos extrorsum versos posita in collectione quidam Anselmi extant, sed apud auctores non leguntur.

( ) quod uncinis in notis includitur ad ultimam tantum praecedentium siglarum pertinet.

Incipit[*] capitulatio librorum

quos beatus Anselmus Lucensis episcopus de cohaequalibus causis singulos in hoc volumine libros composuit.

Primus liber continet de[a]) potestate et primatu apostolicae sedis.

Secundus liber continet de[b]) libertate appellationis, et[c]) ut difficiliora iusticia ad sacerdotes deferantur, et qui non obedierit moriatur.

Tertius liber continet de ordine accusandi, testificandi et iudicandi, quod homicidae, adulteri et cuncti criminibus alligati et infames atque laici et quicumque coaequales non sunt, episcopos accusare et vexare non debent.

Quartus liber continet de privilegiorum auctoritate et ut privilegia ecclesiarum et monasteriorum inviolata permaneant.

Quintus liber continet de[d]) ordinationibus ecclesiarum et de omni iure ac[e]) statu illarum, quod ecclesia una est, licet diversa habeat membra.

Sextus liber continet de electione et ordinatione ac de omni potestate sive statu episcoporum[f]), et ut papa incolumi nullus ambiat papatum et de electione alterius, si ipse adhuc vivens nichil inde disposuit.

Septimus de[g]) communi vita clericorum et qui se continere non possunt.

---

*) 'Incipit' etc. extant in cod. antea Barberino XI, 178, nunc Vaticano 535, f. 14'.

a) De primatu sanctae Romanae ecclesiae *L*, de primatu et excellentia R. ecclesiae V_2. b) Secundus continet de primatu R. ecclesiae et libertate appellationis V_2. c) *Quae litteris minutis impressa sunt, rubricas primi cuiusque capituli efficiunt, quae lemmata singulorum librorum in corpore collectionis ita proximae excipiunt, ut auctor indicis lemma rubricamque in unum coagulanda putaverit, quod exhibent G, Pm, N et in 10 primis libris* V_5; *breviorem formam (verbis quoque* liber continet *omissis) praebent L, Bb et (omisso:* liber) V_2 *paululum discrepans.* d) de iure et ordinatione ac statu ecclesiarum V_2. e) actus *G, Bb.* et actu *L, Ambr.* f) et de symoniacis *add.* V_2. g) de vita et ordinatione clericorum *L, Bb.*, et de omni actu eorum *add. L,* de vita et ordinatione presbyterorum V_2.

Octavus liber continet de lapsis, et qui ex clero lapsi fuerint pauperrimis monasteriis, ubi poeniteant, tradantur ipsi et res ipsorum, aut si parentes habuerint, ipsi res accipiant et sufficientiam eis provideant.

Nonus liber continet de sacramentis, ut in sacramentorum oblationibus nichil offeratur nisi panis et vinum aqua mixtum.

Decimus liber continet de coniugiis, quod pactio coniugalis coniugium facit.

Undecimus[a] liber continet de poenitentia[b]).

Duodecimus liber continet de excommunicatione, quod excommunicati sunt omnes qui contra sanctam Romanam superbiendo se erigunt.

Tertius[c]) decimus continet quod[d]) Moyses nichil crudele fecit, quando precepto Domini quosdam trucidavit.

Explicit[e]) adnotatio precedentium librorum.

Incipit*) autentica et compendiosa collectio regularum et sententiarum sanctorum patrum et auctorabilium conciliorum facta tempore VII. Gregorii sanctissimi papae a beatissimo Anselmo Lucensi episcopo eius diligenti imitatore et discipulo, cuius iussione et precepto desiderante consummavit hoc opus.

---

a) *Lib. XI totus deest* V_2, V_3. b) patientia *Pm.* c) Duodecimus continet de vindicta et persecutione V_2. d) de iusta vindicta *L*, de vindicta et de bellis V_5, de vindicta et persecutione iusta *Bb.* e) *Ex cod. Vat. 535.*

*) Quae sequuntur, aeque ac titulus indici librorum praefixus, solo libro ms. Vatic. 535, a me Bb signato, traduntur.

Incipiunt capitula libri primi *)

I. Quod in novo testamento post Christum dominum a Petro sacerdotalis ceperit ordo.
II. a)
III. Ubi beatus Petrus concessum sibi ius ligandi ac solvendi in suos transponit successores.
IIII. Quod prepositi non leduntur, dum a fratribus propter rigorem iustitie odio habentur, immo magis amor Dei illis reconciliatur.
V. Quod Christum non recipit qui papam contristaverit.
VI. Quod nec loqui debemus, cui papa non loquitur.
VII. Quod Christus sancto Petro concessit volentibus apostolis, ut primus esset inter ipsos.
VIII. Quod ad formam apostolorum facta est quaedam distinctio episcoporum, quibus tamen omnibus beati Petri sedes preminet.
VIIII. Quod ecclesia Romana omnibus preest ecclesiis, sicut beato Petro datum est preminere ceteris apostolis.
X. Quod super unum i. e. Petrum aedificvait Dominus ecclesiam suam.
XI. Ut nemo dissentiat a Romana ecclesia, quae caput est omnium ecclesiarum.
XII. Quod a regulis Romanae ecclesiae nullatenus convenit deviare.
XIII. Quod ecclesia Romana numquam a fide erraverit.
XIIII. Quod per universam ecclesiam quicquid nocivum in ea est debet papa corrigere et emendare.
XV. Ut Antiocena ecclesia Romane sit subiecta nec ab eius dissentiat dispositione.
XVI. Quod est prima salus regulas rectae fidei custodire et a statutis patrum non deviare, sicut Romana permansit ecclesia beati Petri sacerdocio ditata.
XVII. Quod Romana ecclesia omnibus est prelata, non tantum canonum decretis sed voce ipsius Salvatoris.
XVIII. Quod ecclesiae columpnae, qui sunt episcopi, confirmatae sunt super firmamentum P., quod est sedes apostolica.
XVIIII. Ut prima sedes a nullo iudicetur.
XX. Ut sacerdotes sive omnes ecclesiae statuta conservent sanctae Romanae ecclesiae, si nolunt eius communione carere.
XXI. Ut nemo presumat iuditium primae sedis retractare aut iudicare.
XXII. Item quod apostolica sedes caput est omnium ecclesiarum.
XXIII. Quod habet Romana ecclesia singulari privilegio potestatem ligandi atque solvendi.

---

*) *Ex codice Graecensi (G).*

a) *Rubricam minoribus litteris quamvis eadem manu scriptam praebet* V_1.

---

*) *ex marg. inser. sup. rasuram G.*

---

*) *ex* Otinis *corr.*

Incipit Liber primus.

De[a]) potestate et primatu apostolicae sedis.

C. 1. Quod[a]) in novo testamento post Christum dominum a Petro sacerdotalis coeperit ordo. Ex epistola Anacleti[1] papae[b]).

In[c]) novo testamento post Christum dominum nostrum a Petro sacerdotalis coepit ordo, quia ipsi primo pontificatus in ecclesia Christi datus est dicente Domino ad eum: 'Tu es, inquit, Petrus et super hanc petram Matth. aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non prevalebunt adversus eam, 16, 18. et tibi dabo claves regni caelorum'. Hic ergo ligandi solvendique licentiam[d]) primus accepit a Domino primusque ad fidem populum gratia Dei[e]) virtute suae predicationis adduxit.

C. 2.[a])

Anacletus[1] servus servorum Dei omnibus episcopis et reliquis Christi sacerdotibus salutem.

Sacrosancta Romana et apostolica ecclesia non ab apostolis, sed ab ipso Domino, salvatore nostro[b]) primatum obtinuit, sicut ipse beato Petro apostolo dixit: 'Tu es Petrus' et reliqua. Item[c]). Haec aposto- Matth. 16, 18.

---

a) De primatu sanctae Romanae ecclesiae V_1, *P*, *L*, de primatu et excellentia (*add.* sanctae V_2) Romanae ecclesiae *M*, V_2; *lemma penitus om.* V_3.

C. 1. a) Quod post Christum a Petro sacerdotalis ordo caepit *M.* b) ex epistola *etc.* V_1 *in marg.*; I *add. P;* Calixtus, Anacletus *M in marg. man. 2.* c) *Verba* In novo testamento, *quae ornate pingenda erant, desunt G.* d) *sic G, N,* potestatem *reliqui codd.* e) et *inser.* V_1, *add. Pm, P, L.*

1 Ps. Anacletus c. 24, Decretales Pseudo Isidorianae ed. P. Hinschius Lipsiae 1863, p. 79.

C. 2. a) *Spatium rubricae sufficiens relinquit G.* Quod apostolica sedes cardo et caput sit omnium ecclesiarum *N.* Quod Romana (sacrosancta *Pm, at recte:* Romana *in tabula rubricarum*) ecclesia caput est omnium ecclesiarum et ab ipso Domino non ab alio primatum obtinuit *Pm, codd.* A^2*:* Quod sacrosancta Romana ecclesia caput est omnium ecclesiarum a Domino constituta *M*, V_2, V_3, V_4. *Pro hoc aliud capitulum ex sermonibus Leonis papae I interponit Bb.* b) *om. 4, 5, 8, 11, 13,* salvat. nostro *om. 3.* c) *om. Pm,* ergo *M. man. 2, Coll. min.,* item de eadem re V_3.

1 Ps. Anacletus c. 30, p. 83; Coll. min. c. 2; inscriptionem a Ps. Anacl. p. 81 aliquid discrepantem Coll. min. praemittit.

lica sedes cardo et caput omnium ecclesiarum a Domino et non ab alio est[d]) constituta, et sicut cardine ostium[e]) regitur, sic huius sanctae sedis auctoritate omnes ecclesiae Domino disponente reguntur[f]).

Igitur[2] si causae difficiliores inter vos ortae fuerint, ad huius sanctae sedis apicem eas quasi ad caput referte, ut apostolico terminentur iudicio.

C. 3. Ubi[a]) beatus Petrus concessum sibi ius ligandi ac solvendi in suos transponit successores. Clemens[1] Jacobo fratri[b]).

Ipsi[c]) trado[d]) a Domino mihi traditam potestatem ligandi et solvendi, ut de omnibus quibuscumque decreverit in terris, hoc decretum sit in caelis. Ligabit enim quod oportet ligari et solvet quod expedit solvi, tamquam qui[e]) ad liquidum ecclesiae regulam[f]) noverit. Ipsum ergo audite scientes, quia quicumque contristraverit doctorem veritatis, peccat in Christum et patrem omnium exacerbat Deum[g]); propter quod et vita carebit.

C. 4. Quod prepositi non laeduntur, dum a fratribus, propter[a]) rigorem iustitiae, odio habentur, immo[b]) magis amor Dei illis conciliatur[c]). Ex[d]) epistola Clementis[1] papae.

Si te multi ex fratribus propter rigorem iustitiae odio habuerint, ex hoc quidem non laederis, sed ex huiuscemodi odiis amor tibi conciliabitur Dei. Et ideo satage magis et refuge, ne lauderis ab iniquis et ne a pessime agentibus diligaris, sed potius propter iustitiae dispensationem et aequissimam[e]) regulam disciplinae a Domino collaudari merearis.

C. 5. Quod Christum non recipit qui papam contristaverit. Ex[a]) eadem[1].

Sed et vos, fratres karissimi et conservi mei, huic qui presidet vobis ad veritatem docendam in omnibus obedite, scientes quod si quis hunc

---

d) const est *Ven.* e) hostium V_1, *P*, 'h' *eras. M.* f) Igitur si quae — est constituta *M man. 2 in marg.*

2 His verbis Coll. min. capitulo finem imponit, quamvis secundam partem eius praecedant.

C. 3. a) Quod beatus Petrus concessam sibi potestatem suis tradidit successoribus *M*, V_2. b) inter cetera *add.* V_2, V_3, V_4. c) Clementi *inseruit* V_1 *man. ead.* d) In prima epistola Clementis verba Petri de Clemente § De potestate et discretione decretorum V_1, *Ambr. in marg.* e) *om. Hinschius.* f) V_1 *in marg. notatur eadem manu:* Ipsum autem qui preest ceteris oportet medici vicem agere, et non ferae bestiae furore commoveri.

1 Ps. Clemens c. 2, p. 31.

C. 4. a) propter iustitiam *M*, V_3. b) immo — reconciliatur *om. M*, V_2, V_3. c) reconciliatur V_1, *P*, *Bb'*, *idque et in tabula rubricar.* d) *Inscriptio rubricam antecedit* V_1, *P*, *etiam in marg. extat* V_1; ex epistola clementis papae g. *P*, va cat *suprascr. man. alia; solum in marg.* V_2, V_3. e) nequissimam *mendo typographico, Hinsch.* c. 16 *i. f.*, *p. 35.*

1 Ps. Clem. c. 16, p. 35.

C. 5. a) *In* V_1, *Ambr. inscriptio rubricam antecedit.*

1 Ps. Clem. c. 17. p. 35.

contristaverit, Christum qui ei[b]) credidit cathedram non recipiet, et qui Christum[c]) non susceperit nec Deum patrem suscepisse iudicabitur; et ideo nec ipse suscipietur in regno caelorum.

C. 6. Quod nec loqui debemus, cui papa non loquitur. Ex[a]) eadem[1].

Si ipse[b]) inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat: 'Cum illo nolite amici esse', sed prudenter observare debetis et voluntati eius absque communicatione[c]) obsecundare et avertere vos ab eo cui ipsum sentitis adversum[d]), sed nec loqui his quibus ipse non loquitur.

C. 7. Quod[a]) Christus sancto Petro concessit volentibus apostolis, ut primus esset inter illos[b]). Anacletus[1] papa.

Inter beatos apostolos quaedam fuit discretio, et licet omnes apostoli essent, Petro tamen a Domino est concessum, et ipsi inter se id ipsum voluerunt, ut reliquis omnibus preesset apostolis et cephas[c]) id est caput[2] et principium teneret apostolatus[d]). Qui et eandem formam suis successoribus et reliquis episcopis tenendam tradiderunt[e]), et non solum hoc in novo testamento est constitutum, sed etiam in veteri fuit. Unde scriptum est: 'Moyses et Aron in sacerdotibus eius', id est primi inter eos fuerunt. Psalm. 98, 6.

C. 8. Quod ad formam apostolorum facta est quaedam distinctio[a]) episcoporum, quibus tamen omnibus[b]) beati Petri sedes preminet[c]). Julius[1] papa.

Quoniam et inter beatissimos[d]) apostolos in similitudine honoris fuit quaedam discretio potestatis, et cum omnium par esset electio, uni tamen datum est, ut ceteris premineret. De qua forma episcoporum quaedam est orta distinctio et magna ordinatione provisum[e]) est, ne omnes sibi omnia vindicarent[f]), sed essent[g]) in singulis provinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia, et rursum quidam in maioribus urbibus constituti sollicitudinem eius susciperent ampliorem, per quos ad unam Petri sedem universalis ecclesiae cura confluerent et nichil

---

b) ei *inser. Ven., add.* docendi *Hinsch.* c) *ex* Xpistum *corr. G.*

C. 6. a) *in* V_1, *Ambr. rubricam antecedit.* b) *deest Ps. Clem.* c) commonicione *corr. Ven. ex* communicatione, communione *Bb.* d) aversum, *codd.* A^2, *Ambr.*

1 Ps. Clem. c. 17, p. 36.

C. 7. a) Quod b. Petro a Domino concessum est ceteris preesse apostolis *M*, V_2, V_3. b) eos *N*, ipsos V_1, *P*, *Ambr.*, *Bb'.* c) cefas *M in marg. corr.* phas. d) *inser.* V_3. e) tradiderit V'_4.

1 Ps. Anacletus c. 33, p. 83. 2 V. econtra Joh. I, 42.

C. 8. a) discretio *M.* b) *om. M*, V_2, V_3. c) et omnes observent, quod apostolica sedes observat *Bb'.* d) beatos *Bb.* e) previsum *G*, *N*, *Bb.* f) *ex* vindicarent *corr.* vendicarent *G.* g) preessent sing. *Bb.*

1 Ps. Julius c. 9, p. 461.

usquam a suo capite dissideret. Qui ergo scit se quibusdam prepositum[h]) non moleste ferat aliquem sibi esse prelatum, sed obedientiam quam exigit etiam ipse dependat. Nolite itaque errare, fratres mei dilectissimi, doctrinis[i]) extraneis nolite abduci, et instituta apostolorum et apostolicorum virorum[k]) canonesque habentes[l]) his fruimini[m]), ut freti[n]) contra cuncta[o]) inimicorum iacula persistere valeatis. Satis enim indignum est quemquam vel pontificum vel ordinum subsequentium hanc regulam refutare, quam beati Petri sedem et sequi videat et docere. Multum[p]) convenit, ut totum corpus ecclèsiae in hac sibimet observatione[q]) concordet quae inde auctoritatem habet, ubi Dominus ecclesiae totius posuit principatum[r]).

C. 9.[a]) Quod ecclesia Romana omnibus preest ecclesiis, sicut beato Petro datum est preminere ceteris apostolis. Vigilius[b])[1] papa dilectissimo fratri Eutero[c]) coepiscopo[d]).

Nulli vel tenuiter scienti vel pleniter sapienti dubium est, quod ecclesia Romana fundamentum et forma[e]) sit[f]) ecclesiarum, a qua omnes ecclesias principium sumpsisse nemo recte credentium ignorat, quoniam, licet omnium apostolorum par esset electio, beato tamen Petro concessum est, ut ceteris premineret. Unde et cephas vocatur, quia caput et primus est omnium apostolorum. Et quod in capite precessit[g]), in[h]) membris sequi necesse est. Quamobrem[i]) sancta Romana ecclesia eius merito[k]) Domini voce consecrata et[l]) sanctorum patrum auctoritate roborata primatum tenet omnium ecclesiarum.

Ad[2] quam tam summa episcoporum negocia et iudicia atque querelae quam et maiores[m]) ecclesiarum questiones quasi ad caput semper referendae sunt. Nam et qui se scit aliis esse prepositum non moleste ferat aliquem sibi esse prelatum. Ipsa namque ecclesia quae prima est, ita reliquis ecclesiis vices suas credidit largiendas, ut in partem sint vocatae sollicitudinis non in plenitudinem potestatis, unde omnium appellantium apostolicam sedem episcoporum iudicia et cunctarum maiorum negocia causarum eidem sanctae sedi reservata esse liquet, presertim cum in his omnibus eius semper sit exspectandùm consultum. Cuius tramiti si quis obviare temptaverit sacerdotum, causas se non sine honoris sui periculo apud eandem sanctam[n]) sedem noverit redditurum.

---

h) propositum *Hinsch.* i) *add.* variis et *Ps. Jul.* k) contemnere nolite *add. Hinsch.* l) habetis *Ps. Jul.* m) aliqua *add. Ps. Jul.* n) freti c. cuncta *in rasura G.* o) om. *Ps. Jul.* p) enim *add. Ven., Hinsch.* q) obsecratione *G, codd.* A_2, *Ambr.*, V_2, V_3; *ex* observatione *corr. M man. 2.* r) principatus *G.*

C. 9. a) *in Bb. Cypriani quoddam capitulum hoc praecedit.* b) Virgilius *5.* c) Deutero *G, N, Ven.*, Euthero *1*, Euctro*1 1.* d) *deest Ps. Vigil.* e) sors *Hinsch.* f) omnium *add. G, 11, inser. P sup. lin.* g) *sic N,* V_2, V_3, V'_4, processit *G, codd.* A_2, *Ambr., Bb.; ex* processit *corr.* precessit *M man. 2.* h) etiam in *G.* i) in *add. G.* k) initio *Bb'.* l) et — roborata *om. 10.* m) maiorum V'_4, minores *1.* n) *om. 6.*

[1] Ps. Vigilius ad Profuturum p. 710, c. 7, p. 712; Coll. min. c. 12. [2] V'_4 et Coll. min. sic continuant.

C. 10. Quod super unum, id est Petrum aedificavit Dominus ecclesiam suam. Ex epistola sancti[a]) Cipriani[b]) [1].

Loquitur Dominus ad Petrum: 'Ego dico[c]) tibi, quia tu es P. et s. h. Matth.
p. aedificabo ecclesiam meam'. Super unum aedificat[d]) ecclesiam[e]), et 16, 18.
quamvis[f]) apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat et dicat: 'Sicut misit me pater, et ego mitto vos; accipite Spiritum Joh.
sanctum', tamen ut unitatem[g]) manifestaret[h]), unitatis[i]) eiusdem originem 20, 21. 22.
ab uno incipientem sua[k]) auctoritate disposuit. Hoc erant utique[l]) ceteri apostoli, quod Petrus[m]) fuit pari consortio prediti et[n]) honoris et potestatis; sed exordium ab unitate proficiscitur[o]), ut ecclesia[p]) Christi una[q]) monstretur[r]). Quam unam ecclesiam etiam[s]) in Cantico canticorum Spiritus sanctus ex persona Domini designat et dicit: 'Una est columba mea, Cant.
perfecta mea, una est matri[t]) suae electa genitrici[u]) suae'. Hanc ecclesiae 6, 8.
unitatem et[v]) beatus apostolus[w]) Paulus[x]) docet, et sacramentum unitatis[y]) ostendit dicens: 'Unum corpus et unus spiritus, una spes[z]) vocationis vestrae, Eph.
unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus'. Quam unitatem 4, 4—6.
tenere firmiter et vendicare[a]) debemus, maxime nos episcopi[b]) qui in ecclesia presidemus, ut episcopatum quoque ipsum unum atque indivisum probemus. Nemo fraternitatem mendacio[c]) fallat, nemo fidei[d]) veritatem[e]) perfida prevaricatione corrumpat.

C. 11. Ut nemo[a]) dissentiat a Romana ecclesia, quae est caput omnium ecclesiarum. Omnibus ecclesiis in eadem qua sumus fide et doctrina manentibus Pius[1] apostolicae sedis archiepiscopus[b]) salutem[c]) in Domino.

C. 10. a) *om. G.* b) Cypr. episcopi *Ven. V₂;* ex epistola Cecilii (concili *1*) Cipriani contra Novatianum de unitate ecclesiae c. VI., (VII, *10*), *Coll. min. 1,* Cecilius Ciprianus in epistola sua dicit ita, *3, 5, 8, 11,* exempla (l. ex epistola) Cecilii Cipriani *6.* c) tibi dico *10,* t. d., inquit *Hartel.* d) aedificavit V_1. e) et illi pascendas oves mandat *add. Bb.* f) ab *add. V_1, P,* mox del. *L.* g) *ex marg. inser. G.* h) unam cathedram constituit et *add. Bb.* i) unitas *N,* unitatem *10.* k) suam auctoritatem *10.* l) et *add. Bb, Hartel.* m) fuit (erat *5, 11*) Petr. *Coll. min., Cyprian.* n) *om. G, N, del. L.* o) et primatus Petro datur *add. Bb; de his interpolationibus vide Hartel l. c. n. 4.* p) una ecclesia Christi *Bb.* q) et cathedra una *add. Bb.* r) Et pastores sunt omnes et grex unus ostenditur, qui ab apostolis omnibus unanimi consensione pascatur *add. Bb.* s) et *Bb, 5.* t) matris *N, 5, 6, 10.* u) genitricis *N, 3, 4, 5, 6, 8, 10.* v) *aliquibus praetermissis.* w) *om. 5.* x) *om. G.* y) *in rasura G.* z) spes — una *om. 3, 4, 5, 8, 11.* a) *ex* vindicare *corr. G.* b) Christi *5.* c) *om. 3, 4, 5, 11.* d) fidem veritatis *Hartel.* e) virtutem *3, 4, 5, 11.*

1 C. Cyprianus de catholicae ecclesiae unitate, rec. G. Hartel, Corp. Script. eccl. lat. Vol. III, p. 212; Coll. min. c. 18.

C. 11. a) episcopus *add. Ven.* b) episcopus V'_4. c) sal. i. D. *desunt Ps.-Fio.*

1) Ps. Pius c. 1, 2, p. 116, 117.

Instruimus[d]) vos apostolica[e]) auctoritate omnes eadem servare debere, quae[f]) et nos servamus, nec debetis a capite quoquo modo dissidere[g]):

Col. 2, 9. 'In Christo enim habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, ut sitis in illo repleti qui est caput omnis principatus et potestatis', qui et hanc sanctam apostolicam sedem omnium ecclesiarum caput esse precepit, ipso

Matth. 16, 18. dicente principi apostolorum Petro: 'Tu es P. et s. h. p. aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non prevalebunt adversus eam' et cetera.

C. 12. Quod a regulis Romanae ecclesiae nullatenus convenit deviare. Calixtus[a])[1] archiepiscopus ecclesiae catholicae[b]) urbis Romae omnibus[c]) episcopis salutem.

I Cor. 12, 12. Non decet[d]) a capite membra dissidere[e]), sed iuxta[f]) sacrae[g]) scripturae testimonium omnia membra caput sequantur. Nulli vero dubium est, quod apostolica ecclesia mater sit omnium ecclesiarum, a cuius vos[h])

Joh. 6, 38. regulis nullatenus convenit deviare; et sicut filius venit facere voluntatem patris, sic et vos voluntatem implete[i]) vestrae matris[k]), quae[l]) est[m]) ecclesia, cuius caput, ut predictum est, Romana existit[n]) ecclesia. Quicquid ergo sine discretione iustitiae contra[o]) huius disciplinam actum fuerit, ratum[p]) habere[q]) ratio nulla permittit.

C. 13.[a]) Quod Romana[b]) ecclesia nunquam[c]) a fide erravit[d]). Dilectissimis fratribus omnibus episcopis in[e]) partibus occidentalibus tam Gallis quam et[f]) Hyspaniis consistentibus Lucius[g])[1] episcopus salutem in Domino.

Haec sancta et apostolica mater omnium ecclesiarum Christi[h]) ecclesia, quae per[i]) Dei omnipotentis gratiam a tramite apostolicae traditionis numquam errasse probatur[k]) nec hereticis novitatibus depravanda subcubuit, sed ut in exordio normam fidei christianae percepit ab[l]) aucto-

---

d) instituimus *N*, vos ap. auct. instruimus *Ps. Pius*. e) *ex* apostolice *corr. G*. f) quia et nos eadem *Ps.-Pius*. g) *paucis praetermissis*.

C. 12. a) Kalistus *3, 4*. b) *circiter 5 literae sequentes erasae sunt G*. c) *om. Ven., pro his*. Benedicto fratri et coepiscopo sal. in Domino *Ps. Cal*. d) licet *11*. e) discedere *6*. f) iusta *G, 7*. g) *om. 1 et complures alii codd. Coll. min*. h) vos *1, 6*, vos *postea 7*. i) impleatis *Ps. Cal*. k) matris ecclesiae cuius cap. V_2. l) *sec. N correxi* quod *alior. codd.*, quae *post ex* quod *correxisse videtur Bb*. m) mater *add., post erasit Ven*. n) sic *Bb*, extat *N*, extitit *G*. V_1, *P*, existit *Coll. min*. o) actum f. c. h. disc. *3, 4, 8. 11*. p) statum *6, 7*. q) haberi *corr. Pis., statim 11*.

1) Ps. Calixtus c. 1, 2, p. 136; Coll. min. c. 4.

C. 13. a) *In M totum capitulum lineis in formam crucis ductis sublatum est*. b) eccl. R. *N*. V_1, apostolica sedes *Bb. in tab. rubr*. c) a fide numqu. *Bb*. d) erraverit *N* (*sed in tab.* erravit) V_1, *P, Bb*. e) *om. Ps. Lucius, cf. Hinsch. p. 175, n. 7*. f) *om. G, N*. V_2. g) Lucius papa *loco inscriptionis Bb*. h) Chr. eccl. *om. N, Bb'*. i) pro . . . gratia *G*, 'm' *erasa*. k) probabitur *Hinsch*. l) *post inser. G*.

1 Ps. Lucius p. 175, c. 8, p. 179.

ribus [m]) suis, apostolorum Christi principibus, illibata finetenus manet secundum ipsius Domini salvatoris divinam pollicitationem, qui suorum discipulorum principi in suis fatus [n]) est evangeliis: 'Petre, inquiens, ecce sathanas [o]) Luc.
expetivit, ut cribraret [p]) vos, sicut qui [q]) cribrat [r]) triticum; ego autem pro 22, 31.
te rogavi, ut non deficiat fides tua' et cetera.

C. 14. Quod [a]) per universam ecclesiam quicquid nocivum in ea est debet papa corrigere et emendare. Dionisius [b]) [1] episcopus Severo episcopo salutem.

Olim et ab initio tantam percepimus a beato Petro apostolorum principe fiduciam, ut habeamus auctoritatem universali ecclesiae auxiliante Domino subvenire, et quicquid nocivum est auctoritate apostolica corrigere et emendare. Ad hoc enim [c]) divinae dispensationis provisio gradus et [d]) diversos constituit ordines esse distinctos, ut dum reverentiam [e]) minores potioribus exhiberent, et [f]) potiores minoribus dilectionem impenderent, una concordiae [g]) fieret [h]) ex diversitate contextio et recte officiorum gereretur [i]) amministratio singulorum.

C. 15. Ut [a]) Antiocena [b]) ecclesia Romanae sit [c]) subiecta nec ab eius dissentiat [d]) dispositione. Dilectissimis fratribus universis episcopis, per Antiocenam [e]) constitutis Marcellus [f]) [1].

Rogamus [g]) vos fratres [h]) dilectissimi, ut non aliud doceatis neque sentiatis quam quod [i]) a beato Petro apostolo et reliquis apostolis et patribus accepistis. Ipse [k]) enim caput est totius ecclesiae cui ait Dominus:
'Tu es P. et s. h. p. aedificabo ecclesiam [l]) meam et [m]) reliqua. Eius enim Matth.
sedes primitus [n]) apud vos fuit quae postea iubente Domino Romam 16, 18.
translata est, cui [o]) adminiculante gratia divina hodierna presidemus die. Nec ab eius dispositione vos deviare oportet ad quam cuncta maiora ecclesiastica negotia divina disponente gratia iussa sunt referenda ut ab ea regulariter disponantur, a qua sumpsere principia. Si vestra vero Antio-

---

m) actoribus *N.* n) *super ras. G,* factus *N,* fassus *Hinsch.* o) satan *Ps.-Luc.* p) cribaret *L, Ven.* q) qui cr. *om.* V_1, *P, L,* r) cribat *Ven.*

C. 14. a) Quod papa debet universali ecclesiae subvenire et quidquid in ea nocivum est corrigere *M,* V_2. Quod apostolica sedes auctoritatem habet universae ecclesiae subvenire et quicq. i. e. noc. est corr. et emendare *Bb'.* b) Dionysius V_1, *Ambr.* c) *postea inser. G.* d) *om.* V'_4. e) minorem *add. Bb,* minores pot. rev. exh. V_2, V_3. f) ut *G.* g) concordia *N,* V_3. h) *ex* fierent *corr. G.* i) generetur *Hinsch.*

[1] Ps. Dionysius c. 2, p. 195.

C. 15. a) Quod *Pis.* b) Anthiocena *N.* Antiochena *Ambr., codd.* A^2. c) sit subi. *sup. ras. Ven.* d) disp. dissent. *Ven.* e) ecclesiam *inser. in marg.* V_1, *Ambr., add. P.* f) papa V_2 *J.* g) ergo *add. Hinsch.* h) *inser. G, om. Pis.* i) *om. N.* k) *post pauca.* l) eccl. m. *om.* V_1. m) etc. *P.* n) primatus *G.* o) nos *add. Ps. Marc.*

[1] Ps. Marcellus c. 1, 2, p. 223.

cena, quae olim prima erat, Romanae cessit sedi, nulla est quae eius non sit subiecta dicioni [p]).

C. 16. Quod [a]) prima salus est regulas rectae fidei custodire et a statutis patrum non deviare, sicut Romana permansit ecclesia beati Petri sacerdotio ditata. Dilectissimis fratribus universis episcopis per Campaniam et Tusciam constitutis Eusebius [1].

Benedictus dominus Deus noster, qui per misericordiam suam Romanam ecclesiam beati Petri principis apostolorum sacerdotio ditavit nobisque viam monstrandam circa nos propter universalem curam, quae nobis [b]) propter privilegium eiusdem ecclesie invicem caritas [c]) indulsit. Prima [2]) enim salus est rectae [d]) fidei regulas custodire et a constitutis patrum nullatenus deviare. Nec potest Domini nostri Jesu [e]) Christi sen-
Matth. 16, 18. tentia praetermitti dicentis: 'Tu es P. et s. h. p.' [f]) et [g]) reliqua. Et haec quae dicta sunt rerum probantur effectibus, quia in sede apostolica extra maculam semper est servata catholica religio.

C. 17. Quod [a]) Romana ecclesia omnibus est prelata non tantum canonum decretis sed voce ipsius [b]) Salvatoris. Venerabilibus fratribus universis orientalibus episcopis Julius [c]) [1].

Romana ecclesia omnibus maior et prelata est ecclesis, quae non solummodo canonum et sanctorum patrum decretis sed [d]) Domini salva-
Matth. 16, 18. toris [e]) nostri voce singularem [f]) obtinuit principatum: 'Tu es, inquiens, P., e. s. h. p.' et [g]) reliqua.

C. 18. Quod [a]) ecclesiae columpnae, qui sunt episcopi, confirmatae sunt super firmamentum [b]) Petri, quod est sedes apostolica. Damasus [1] servus servorum Dei atque per gratiam eius episcopus sanctae catholicae atque apostolicae ecclesiae urbis Romae Stephano archiepiscopo [c]).

Scitis fratres carissimi firmamentum a Deo fixum et immobile atque titulum lucidissimum suorum sacerdotum i. e. omnium episcoporum apo-

---

p) ditioni V_1, diccioni *Pis.*, *ex* dict. *corr.* dit. *Ven.*, dictioni *Hinsch.*

C. 16. a) Quod Romanam ecclesiam beati Petri sacerdotio Dominus *(om. M.)* ditavit et prima salus est a constitutis patrum non deviare, et in sede apostolica semper servata est catholica religio *M*, V_2. b) nob. — eiusdem *eras P.* c) *sic N, codd.* A^2, *Bb et cod. Bamb. Ps.-Isid.*, caritatis *alii codd. et Hinsch.* d) recti *Hinsch.* e) J. Ch. *om. G.* f) aed. e. meam. *add. M, Ven.* V_2 *J, Ps. Euseb.* g) etc. *P.*

1 Ps. Eusebius c. 15, 19, p. 238, 239. 2 c. 19.

C. 17. a) Quod Romana ecclesia ipsius Domini voce salvatoris omnibus prelata est *M*, V_2. b) domini *add.* V_1, *P.* c) papa *add.* V_2. d) et *add.* V_2. e) n. s. V_2. f) *om. N.* g) e. e. m. *N*, aedificabo e. meam *Ven*, V_2.

1 Ps. Julius p. 456, c. 6, p. 459.

C. 18. a) Quod apostolica sedes firmamentum est omnium episcoporum ecclesiarumque omnium vertex *M*, V_2, V_3. b) fundamentum *G et N in corp.* c) *aliqua add. Ps. Damas.*

1 Ps. Damasus c. 8, p. 502.

stolicam sedem esse constitutam et verticem ecclesiarum. Tu es enim, sicut divinum pronunciat veraciter verbum, Petrus et super firmamentum tuum ecclesiae columpnae, qui [d]) episcopi intelliguntur, confirmatae sunt, et [e]) tibi claves caelorum regni commisi, atque ligare et solvere potestatem quae in caelis sunt et quae in terris promulgavi.

C. 19. Ut prima sedes a nullo iudicetur. Silvester papa [a]) [1].

Nemo iudicabit primam sedem iustitiam [b]) temperare [c]) desiderantem [d]). Neque enim ab Augusto neque ab omni clero neque a regibus neque a populo iudex iudicabitur [e]).

C. 20. Ut [a]) sacerdotes sive omnes ecclesiae statuta conservent sanctae Romanae ecclesiae, si nolunt eius communione carere. Gregorius [1]).

Preceptis apostolicis non dura superbia resistatur, sed per obedientiam quae a sancta Romana et apostolica [b]) auctoritate iussa sunt salutifere impleantur, si eiusdem sanctae Dei [c]) ecclesiae quae est caput vestrum communionem habere desideratis [d]). Non [e]) novum aliquid presenti iussione precipimus, sed illa quae olim videntur [f]) indulta firmamus, cum nulli dubium sit, quod non solum pontificalis causatio sed omnis sanctae religionis relatio ad sedem apostolicam quasi ad caput ecclesiarum debeat [g]) referri, et inde normam sumere unde sumpsit exordium, ne caput institutionis [h]) videatur omittere [i]). Cuius auctoritatis sanctionem omnes teneant sacerdotes, qui nolunt ab apostolicae petrae super quam Christus universalem fundavit ecclesiam soliditate divelli. Si quis haec apostolicae sedis precepta non observaverit, percepti honoris [k]) esse [l]) hostis [m]) non dubitetur.

---

[d]) quae *N, V_1, V_2, V_3.* [e]) tibi et *Ps. Damas.*

C. 19. [a]) In concil. CCLXXVII episc. *add. Bb,* in generali residens synodo dixit *add. Coll. min.* [b]) quia omnis sedes a prima sede iusticiam temperari desiderat *13, eadem fere Coustant.* [c]) temptare *Ven.,* temtari *10.* [d]) desiderans *N.* [e]) vocabitur *N.*

[1] Constitutum Silvestri c. 20, Epist. R. pont., ed. P. Coustant, App. 52, n. 27; Coll. min. c. 8, at abest a cod. 5.

C. 20. [a]) Ut omnes ecclesiae (sacerdotes *V_2*) statuta Romanae ecclesiae conservent, si nolunt eius communione carere (si — carere *om. V_2*), *M, V_2.* [b]) auctor. apost. *1.* [c]) *om. Coll. min., Ps. Greg. IV.* [d]) desiderans *N.* [e]) *post multa alia,* p. 79. [f]) vidimus *6.* [g]) debet *3, Ps. Greg. IV.* [h]) constitutionis *P, L.* [i]) amittere *5.* [k]) ut *add. 1.* [l]) host. esse *Coll. min., Ps. Greg. IV.* [m]) *om. N,* honestis *Bol.*

[1] Gregorii IV. epist. spuria, ed. R. Hampe, Mon. Germ. Epistolarum t. V p. 1, p. 75; Reg. pont. Rom. ed. Jaffé-Wattenbach, 2579; Coll. min. c. 14.

C. 21. Ut[a]) nemo presumat iudicium primae sedis retractare aut iudicare. Nicholaus[1]) papa omnibus episcopis.

Nemini enim[b]) est de sedis apostolicae iudicio iudicare, aut illius sententiam retractare[c]) permissum, videlicet propter Romanae ecclesiae primatum Christi munere in beato Petro apostolo divinitus collocatum.

C. 22. Item[a]) quod apostolica sedes caput est omnium ecclesiarum. Pius papa[1].

Christus[b]) hanc sacram[c]) sedem apostolicam omnium ecclesiarum
Matth. caput esse precepit[d]), ipso dicente principi apostolorum P.: 'Tu es P. et
16, 18. s. h.[e]) p.[f]) ae. e. m.'[g])

C. 23. Quod habet Romana ecclesia singulari privilegio potestatem[a]) ligandi et solvendi. Julius[1]) sanctae Romanae et apostolicae ecclesiae episcopus Eusebio, Theognio, Theodoro[b]), Berintho[c]) et ceteris orientalibus episcopis.

Decuerat vos adversus sanctam Romanam et apostolicam ecclesiam limate et non hyronice[d]) loqui, quoniam et ipse dominus noster Jesus
Matth. Christus eam decenter allocutus ait: 'Tu es P., inquit, et super h. p. aedi-
16, 18. ficabo e. m.[e]) et p. infe. n. p. adv. eam, et[f]) t. d. c. r. c.' Habet enim potestatem singulari privilegio sibi concessam aperire et claudere ianuas caelestes regni quibus voluerit[g]). Nam si ei detrahere quae Domini ore sacrata atque super exaltata est non renuitis[h]), nec mirum si fratribus irrogare iniurias minime cessatis.

C. 24. Quod papa[a]) a nullo nisi a Deo erit[b]) iudicandus. In synodo Symachi[c])[1] papae.

Aliorum[d]) hominum causas voluit[e]) Deus per homines terminare,

---

C. 21. a) Ut nemo apostolicae sedis iudicium iudicare aut retractare presumat. *M, Bol., V_2.* b) *inser. L,* om. *V_1, P, Coll. min.,* licitum *3.* c) *circiter 6 literae sequentes sunt erasae L.* d) collatum *Coll. min., at* collocatum *10.*

1 Nicolaus I in epistola ad Hincmarum, J. D. Mansi Conc. coll. Venet. 1770, t. XV col. 359; Coll. min. c. 17; Jaffé-W. 2879.

C. 22. a) *om. V_2 J, Bb'.* b) In Christo habitat (Ps. Pius c. 1) — qui et hanc sanctam *etc. Bb. m. 2.* c) sanctam *Ps. Pius.* d) caepit *Bol., V_1.* e) *abhinc omnia desunt P.* f) *pro sequentibus* et reliqua *V_1.* g) et portae — adversus eam et cetera *add. M, Bol., V_2,* caput esse prec. *errore repetens add. G.*

1 Ps. Pius c. 2, p. 117, cf. c. 11 h. l.

C. 23. a) *om. P.* b) *ex* Theodorico *corr. G.* c) Berinthio *G.* d) hyeronice *Bol.* e) *pro sequentibus* et reliqua *P.* f) *Hinsch.,* tibique *Ven., M, Bol., V_1.* g) voluerat *Bb.* h) renuistis *Ps. Jul.*

1 Ps. Julius c. 11, p. 464.

C. 24. a) Apostolicae sedis presul *M, V_2.* b) iudicandus est *V_2,* sit iudicandus *Bb.* c) *solum* Simachus *Bol.,* Symachus papa universalis (universis *5, 10*) episcopis *Coll. min.* d) forte *add. Ennod.* e) voluerit *Ennod.*

1 Ennodii libellus apologeticus pro synodo, rec. F. Vogel, Mon. Germ. Auct. ant. t. VII p. 61; principium capituli usque ad 'conscientiam': Coll. min. c. 11.

sedis[f]) istius presulum[g]) suo sine quaestione reservavit arbitrio[h]). Voluit beati Petri apostoli[i]) successores caelo tantum debere innocentiam et subtilissimi discussoris indagini inviolatam habere[k]) conscientiam. Nolite aestimare[l]) eas animas[m]) inquisitoris[n]) non habere formidinem, quas Deus pre[o]) ceteris suo reservavit examini. Non habet apud illum reus de alligationis[p]) <l. allegationis> nitore subsidium, quando ipso[q]) factorum[r]) utitur teste quo iudice. Dicas forsitan[s]): omnium animarum talis erit in illa disceptatione conditio. Replicabo uni dictum: Tu[t]) es P. et s. h. p. ae. Matth.
e. m., et quodcumque solveris s. t. erit s. in c. Et rursum sanctorum 16, 18. 19.
voce pontificum dignitatem sedis eius factam toto orbe venerabilem, dum illi quicquid fidelium est ubique submittitur, dum totius corporis caput esse designatur. De qua mihi videtur dictum[u]) per Prophetam, si haec Isai.
humiliatur[v]): 'ad cuius fugietis auxilium, et ubi relinquetis gloriam vestram'? 10, 3.

C. 25. Ut[a]) papa vices[b]) suas alteri committat, ubi presens ipse non potest esse, quod etiam subdiacono potest. Gregorius[c]) [1].

Valde necessarium esse perspeximus, ut sicut decessorum nostrorum fuit iudicium, ita uni eidemque personae omnia committamus, et ubi nos presentes esse non possumus, nostra per eum cui precipimus representetur auctoritas. Quamobrem Petro subdiacono sedis nostrae intra[d]) provinciam[e]) Siciliam vices nostras Deo auxiliante commisimus. Nec[f]) enim de eius actibus dubitare possumus, cui Deo auxiliante totum nostrae ecclesiae noscimur[g]) patrimonium commisisse.

C. 26. Quod papae non licet tacere, quod in querelam potest venire. Syricius [1] papa orthodoxis episcopis per diversas provincias constitutis salutem.

Cogitantibus nobis metum divini iudicii, fratres carissimi, et post vitam hanc unumquemque prout gesserit recepturum, quod [l. quid] veniat in querelam tacere non licuit, sed nobis loqui necessitas imperavit dicente

---

f) sacro vero sanctae sedis Romanae presulum *Coll. min.* g) presulem *N.* h) quoque *sic ed. Merl.,* examini *Ennod.* i) deest *Coll. min.* k) exhibere *Coll. min. Ennod.* l) extimare *G.* m) de *inser.* V_1, *Bb', add. P, L,* V_2. n) *sic ex* inquisitoribus *corr. M, Ven.;* inquisitoribus *G, N et alii codd.* o) preceptis V_4. p) allegationis *Bb, idem corr. M ex* alligationis, *quam lectionem in cod. A. saec. X. extare G. Hartel notat, Corp. SS. eccl. lat. vol. VI, p. 316.* q) *sec. Bol.,* V_2 *correxi* ipsorum *G, codd.* A^2. r) factor *Bol.* s) forsitam *G, ex* forsitam *M.* t) *hanc allegationem plenis verbis exscribit* V_1. u) esse *add. N.* v) humiliabitur V_1, *Bb'.*

C. 25. a) Quod papa vices suas alteri et suae sedis etiam subdiacono committit, ubi presens esse non potest *M, codd. bB.* b) vicem suam *Bb.* c) papa *add. codd.* A^2, in registro *Ven.* d) *om. Bol.* e) Sic. prov. *N.* f) nec non *in ras. G.* g) noscimus V_4'.

1 Gregorius I, Mon. Germ. Gregorii I papae Registrum, ed. P. Ewald Berol. 1887, I 1, t. I, p. 1, Jaffé-W. 1067.

C. 26. 1 Epist. Rom. pontif., ed. P. Coustant Paris. 1721, t. I col. 659; Jaffé-W. 263.

Isai. 58, 1. propheta: 'Exalta ut tuba vocem tuam'; et cui omnium ecclesiarum cura[a])
Matth. est, si dissimulem[b]), audiam[c]) dicente[d]) Domino: 'Reiecistis mandatum
15, 6. Dei, ut traditiones[e]) vestras statuatis'.

C. 27. Ut[a]) ad sedem apostolicam ab episcopis referatur, dum in fidei ratione dubitatur. I n n o c e n t i u s[1] Silvano seni[b]), Valentino[c]) et ceteris, qui in Milevitana synodo interfuerunt, dilectissimis fratribus in Domino salutem.

Diligenter et congrue apostolici consulitis[d]) honores arcani[e]) ⟨l. honoris
Cor. arcana⟩, honoris[f]), inquam, illius quem preter illa quae sunt intrinsecus[g]),
28. sollicitudo manet omnium ecclesiarum super[h]) anxiis rebus, quae sit tenenda sententia: antiquae scilicet regulae formam secuti quod ⟨l. quam⟩ toto semper ab orbe mecum nostis esse servatum. Verum haec missa facio. Neque enim hoc vestram credo latere prudentiam, quod ⟨l. qui⟩ id etiam actione firmastis[i]), scientes quod per omnes provincias de apostolico fonte petentibus responsa semper emanent, presertim quotiens[k]) fidei ratio[l]) mutilatur[m]), arbitror omnes fratres et coepiscopos nostros non nisi ad Petrum i.[n]) e. sui nominis et honoris auctorem referre debere, velut et nunc retulit vestra dilectio quod per totam mundum possit ecclesiis omnibus in commune prodesse.

C. 28. Quod papa[a]) pro[b]) universis ecclesiis principaliter curare debeat. L e o[1] episcopus urbis Romae Anastasio episcopo Thessalonicensi.

Quanta fraternitati tuae a beatissimi Petri apostoli auctoritate commissa sint[c]) et qualia etiam nostro[d]) favore tibi sint[e]) credita, si vera ratione perspiceres et iusto examine ponderares, multum possemus[f]) de iniunctae tibi sollicitudinis devotione gaudere. Quoniam sicut precessores mei precessoribus tuis, ita etiam ego dilectioni tuae priorum secutus exemplum vices mei moderaminis delegavi, ut curam quam universis ecclesiis principaliter ex divina institutione debemus, imitator nostrae mansuetudinis effectus[g]) adiuvares[h]).

---

a) Commissa *add. N, inser. Ven.* b) dissimilem *G, V_1, ex* dissimilem *corr.* dissimulem *Ven., Bol.,* dissimulem *N, P.* c) a *add. V_1, P, L.* d) dominum dicentem *N.* e) vestr. trad. *N.*

C. 27. a) Quod *Bol.* b) *om. codd. A?.* c) Valentiniano *N.* d) consultis *G, N, ex* consultis *corr.* consulitis *Ven.,* consultus *Bol.* e) *ex* archiani *corr. G.* f) honores *N.* g) extrinsecus *Ven., Bol., V_2; Innocent.* h) et *add. Bb, delet V_4'.* i) nisi *add. Coustant.* k) quoties *V_1.* l) ratione *N.* m) titubatur *N,* ventilatur *V'_4; Coustant.* n) i. e. — honoris *in rasura G.*

[1] P. Coustant I col. 896; Jaffé-W. 322.

C. 28. a) ex divina institutione *add. M, codd. bB, V_4.* b) *om. iidem codd.* c) sunt *codd.* d) *inser. M man. 2.* e) *ex* sunt *corr. G, N.* f) et *add. Bol., V_2.* g) *om. Baller.* h) ad *inser. G.*

[1] Leo I, ep. 14, Opera ed. Ballerinii Ven. 1753, t. I p. 683; Jaffé-W. 411.

C. 29. Item[a]) de apostolicae sedis auctoritate, et quod pro necessitate temporis adhibenda est curatio vulneratis. Leo [1] episcopus[b]) Nicetae episcopo Aquilegensi[c]) salutem.

Regressus ad nos filius meus Adeodatus sedis nostrae diaconus dilectionem tuam poposcisse memoravit, ut de his[d]) auctoritatem apostolicae sedis acciperes[e]), quae quidem magnam difficultatem diudicationis[f]) videntur afferre. Sed pro[g]) inspectione temporalium necessitatum adhibenda curatio est, ut vulnera quae adversione[h]) hostilitatis illata sunt, religionis maxime ratione sanentur.

C. 30. Item[a]) de principatu Romanae ecclesiae, et quod discipulus Marcus a magistro Petro non dissensit. Leo [1] episcopus Dioscoro episcopo Alexandrino salutem.

Cum beatissimus Petrus apostolus[b]) a Domino acceperit principatum et Romana ecclesia in eius permaneat[c]) institutis, nefas est credere quod sanctus episcopus[d]) discipulus ipsius[e]) Marcus, qui Alexandrinam ecclesiam primus gubernavit[f]), aliis regulis traditionum suarum decreta firmaverit, cum sine dubio de eodem fonte gratiae unus spiritus et discipuli fuerit[g]) et magistri, nec aliud ordinatus tradere potuerit quam quod ab ordinatore[h]) suscepit.

C. 31. Ut omnes catholici sequantur quod sedes apostolica docet, cui[a]) principatum Dominus dedit totius ecclesiae. Dilectissimis fratribus universis episcopis[b]) per Lucaniam Bricio[c]) et Siciliam constitutis. Gelasius [1].

Cum decreta venerabilium sanctionum nos quoque magnopere custodire nitamur, ac sine eorum dispendio etiam illa quae pro alicuius utilitatis fortasse compendio videantur laxanda cedamus[d]), cumque nobis contra salutarium reverentiam regularum cupiamus temere nichil licere, et cum sedes apostolica superior his omnibus favente Domino quae

---

C. 29. a) Ut (quod V_2) sedis apostolicae auctoritate iudicentur, quae difficultatem diiudicationis habere videntur (iudicantur *Bol.*) *M, codd. bB.* b) papa *Bol.* c) Aquiligensi *G.* d) a nobis *add. Leo.* e) *ex* acciperes *corr.* acciperet *M.* f) iudicationis *Bol.* g) im prospectione *P.* h) hostilitatis adversitate *Leo.*

[1] Ep. 159, p. 1330; Jaffé-W. 536.

C. 30. a) Quod Romana ecclesia principatum (a Domino *add. codd. bB*) accepit et Marcus a magistro Petro (a mag. p'p Petro V_2) non dissensit (discensit *Bol.*, V_2) *M, codd. bB;* a mag. papa P., dissensit *in tabula rubric.* V_2. b) apostolicum *Leo.* c) maneat V_1. d) *om. Baller.* e) suus *codd. bB,* V'_4; eius *Baller.* f) ministravit V'_4. g) fuerint *Bol.* h) ordinatione *G.*

[1] Ep. 9, p. 628; Jaffé-W. 406.

C. 31. a) cui — ecclesiae *om. M, codd. bB.* b) *postremum pon. N.* c) Briciam *N, post* Bricio *lacuna in Ven.* d) credamus V_4.

[1] Epistolae Romanorum pontificum, ed A. Thiel Brunsberg 1868, t. I ep. 14, p. 366; Jaffé-W. 636.

paternis canonibus sunt[d]) prefixa pio devotoque studeat tenere proposito, satis[e]) indignum est quemquam vel pontificum vel ordinum subsequentium hanc observantiam refutare quam beati Petri sedem et sequi videat et docere; satisque conveniens sit[f]), ut totum corpus ecclesiae in hac sibimet observatione concordet quam illic vigere conspiciat, ubi Dominus ecclesiae
Cant. 2, 4. totius posuit principatum. Dicente autem[g]) scriptura: 'Ordinate in me
Gen. 41, 28. caritatem' et item: 'Omnia cum ordine fiant'.

C. 32. Quod[a]) pro omni statu ecclesiae papa debet curam habere. Sother papa[b]) [1].

Divinis preceptis et apostolicis monitis informamur, ut pro omnium ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu, ac si quid usquam reprehensione invenitur obnoxium, celeri sollicitudine ab ignorantiae imperitia aut presumptionis usurpatione revocemus.

C. 33. Ut[a]) omnibus ecclesiis papa provideat et succurrat. Zepherinus [1] papa.

Tantam[a]) a domino huius sanctae sedis et apostolicae ecclesiae fundatore beato Petro apostolorum[c]) principe accepimus fiduciam, ut pro universali Christi sanguine redempta ecclesia impigro vigilemus[d]) affectu[e]), et[f]) omnibus Domino famulantibus succurramus et cunctis pie viventibus opem feramus.

C. 34. Item[a]) de eodem, et ut omnes qui veri filii volunt esse sciant et sequantur, quae in Romana ecclesia sacro ritu aguntur. Dilectissimis ubique catholicis ecclesiae comministris Fabianus [1] salutem in Domino.

Divinis preceptis et apostolicis monemur institutis, ut pro cunctarum ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu. Unde consequens est debere vos scire, quae apud Romanam in sacro ritu[b]) aguntur ecclesiam, ut eius sequentes exempla eius veri filii inveniamini quae vestra est mater vocata.

---

d) *addidi ex Ven.* e) fatis *Bol.* f) fit *recte L.* g) *om. Bb.*

C. 32. a) Ut pro omnium ecclesiarum statu papa curam habeat *M, codd. bB.* Quod papa p. o. e. statu vigilare debet *Bb'.* b) episcopis Italiae *add. Bb.*

1 Ps. Sother c. 3, p. 124.

C. 33. a) De eadem re *M, codd. bB.* b) tanta *G.* c) princ. apost. *Ps. Zeph.* d) laboremus *Ps. Zeph.* e) effectu *Hinsch.* f) ut *Bb.*

1 Ps. Zepherinus c. 10, p. 133.

C. 34. a) De eadem re et ut *etc. M.* De eadem re *codd. bB.* Ut omnes catholici sequantur, quod sedes apostolica docet, cui principatum Dominus dedit totius ecclesiae *Ven.* b) ag. ritu *Ps. Fab.*

1 Ps. Fabianus c. 1, p. 156.

C. 35. Quod ecclesia Romana[a] mater[b] omnium ecclesiarum[c] numquam a fide erravit[d]. Lucius[1] episcopus omnibus episcopis[e].

A recta ergo fide et apostolico tramite propter ullam perturbationem nolite recedere scientes quia iuxta Salvatoris sententiam 'beati sunt qui persecutionem patiuntur propter iustitiam'. (Matth. 5, 10.) Haec[f] est apostolorum[g] viva traditio, haec[h] vera caritas, quae predicanda est et precipue diligenda ac fovenda atque fiducialiter ab omnibus tenenda. Haec[i] sancta et apostolica mater omnium ecclesiarum Christi ecclesia, quae per Dei omnipotentis gratiam a tramite apostolicae traditionis numquam errasse probatur nec hereticis novitatibus depravanda succubuit, sed ut in exordio normam fidei Christianae percepit[k] ab auctoribus suis apostolorum Christi principibus illibata finetenus manet, secundum ipsius Domini salvatoris divinam pollicitationem, qui suorum discipulorum principi in suis fatus[l] est evangeliis: 'Petre', inquiens, 'ecce sathanas expetivit vos[m] ut cribraret sicut triticum, ego autem pro te rogavi, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos'. (Luc. 22, 31. 32.) Consideret itaque vestra excellens prudentia[n] quam bonum sit persistere in dispensatione vobis credita et in fide recta, atque hereticis et aemulis Christi repugnare, et numquam a veritatis tramite declinare. Quoniam Dominus et salvator noster[o] omnium[p], cuius fides[q] est, qui pro nobis mori non dubitavit et proprio nos suo redemit sanguine, qui fidem beati Petri non defecturam[r] promisit et confirmare eum fratres suos ammonuit, quod[s] apostolicos pontifices meae exiguitatis predecessores confidenter fecisse semper cunctis est cognitum, quorum et pusillitas mea licet impar et[t] minima pro suscepto tamen divina dignatione ministerio[u] pedissequa[v] cupit existere. Ve enim erit nobis qui[w] huius ministerii onus susceptum habemus, si veritatem salvatoris nostri Jesu Christi quem[x] apostoli predicaverunt predicare neglexerimus. Ve erit nobis, si silentio veritatem oppresserimus, qui ⟨l. quam⟩ erogare[y] numulariis iubemur, id est christianos populos imbuere et docere et cetera.

C. 35. a) *om. Ven.* b) est *add. Bol., V₂.* c) et *add. Bol., V₂.* d) erraverit *N* (*at in tab.* erravit), *codd. bB.* e) *add. Bb. man. 3.* f) hoc *G, N.* g) viva trad. ap. *Bol.* h) est *add. N, Bol.; Hinsch.* i) *cf. supra c. 13, ad quod Bb in marg. man. 2 adscripsit:* Require in antea in hoc eodem libro cap. XXXVI usque 'finetenus manet'. k) precepit *Bb'.* l) factus *N,* fassus *Hinsch.* m) ut cribr. vos *Ven., Bol., Bb.* n) pudentia *Bb',* providentia *V'₄.* o) *om. Ps. Lucius, ex* noster *corr.* nostrum *M.* p) cuius omn. fides *Bol., V₂.* q) vel fidelis *M, in marg. man. 2.* r) defuturam *G, codd. A², Ambros.; Hinsch.* s) *sic correxi* quos *G, N et alior. codd.* t) est *Hinsch.* u) misterio *N.* v) pedisseque *G.* w) qui huius — nobis *om. Bol.* x) que *Ps. Lucius.* y) errogare *G. L. ex* errog. *corr.* erog. *Bb.*

[1] Ps. Lucius c. 7, 8, p. 179.

C. 36. Quod apostolica sedes numquam hereses fovet sed destruit. Sixtus[1] papa.

Memor sum me sub illius nomine ecclesiae presidere, cuius[a]) a domino Jesu Christo est glorificata confessio, et cuius fides nullam umquam fovet sed omnes quidem hereses destruit. Intelligo autem mihi aliter non licere, quam ut omnes conatus meos ei causae in qua[b]) universalis ecclesiae salus infestatur inpendam.

C. 37.[a]) Quod navis beati Petri non turbatur. Ex[b]) tractatu beati[c]) Ambrosii super Lucam. Ambrosius[1] episcopus.

Non turbatur navis quae habet Petrum, turbatur illa[d]), quae Iudam habet, etsi multa illic discipulorum merita navigabant, tamen adhuc eam proditoris perfidia agitabat. In utraque Petrus, sed qui suis meritis firmus est, turbatur alienis. Caveamus igitur perfidum, caveamus proditorem, ne per unum plurimi fluctuemus. Ergo non turbatur haec navis in qua prudentian avigat, abest perfidia, fides sperat ⟨l. spirat⟩. Quemadmodum[e]) enim turbari poterat, cui preerat is in quo ecclesiae firmamentum est? Illic ergo turbatio, ubi modica fides, hic securitas, ubi perfecta dilectio. Denique etsi aliis imperatur ut laxent retia sua, soli tamen Petro dicitur:
Luc. 'Duc in altum' hoc est in profundum disputationum. Quid enim tam
5, 4. altum quam altitudinem divitiarum videre, scire Dei filium et professionem divinae generationis assumere? Quam licet mens non queat humana plenae rationis investigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur.

C. 38.[a]) Quod non sit liberum Apostolico tacere[b]), quia[c]) omnibus preest[d]). Julius[1] papa.

Officii nostri consideratione non est nobis dissimulare, non est tacere libertas, quibus maior cunctis Christianae religionis zelus incumbit.

C. 36. a) Cui *Hinsch.* b) quam *Hinsch.*

1 Ps. Sixtus II. c. 1, p. 189.

C. 37. a) *V'₄ substit. c. 38.* b) Ex — Lucam *ante rubric. G, L, prorsus om. N, Bol., Bb'.* c) b. Ambr. *om. V₂.* d) *inscr. M man. 2.* e) quomodo *N.* f) profundo *G.*

1 S. Ambrosii Expositio evangelii sec. Lucam, rec. C. Schenkl, abs. H. Schenkl, IV 70, 71, Corp. Script. eccles. lat. Vol. XXXII pars 4, p. 175.

C. 38. a) *huic cap. substit. Bb. cap. ex Ps. Marcellino, v. infra c. III 87.* b) dissimulare aut (vel *M.*) tacere *M, V₂, V₃,* dissimulare *Bol., cetera om. M, Bol., V₃.* c) qui *V₁.* d) Quod non sit redendum (sic) ab apostolicis institutis *errore scribit hoc loco N (v. c. 44), in tabula vero eandem quam G rubricam exhibet.*

1 Ps. Julius c. 9, p. 461.

C. 39. Quod habet Apostolicus a beato Petro fiduciam[a]) defendendi fidem rectam in[b]) omni ecclesia. Liberius[1] papa.

Olim et ab initio tantam percepimus a beato Petro apostolorum principe fiduciam, ut habeamus auctoritatem pro universali ecclesia ad rectam defendendam[c]) fidem, quatenus nulli liceat statum sanctae ecclesiae commovere ad laesionem recte credentium absque sui periculo honoris.

C. 40. Quod[a]) papae maior cunctis necessitas corrigendi incumbit. Siricius[1] papa.

Pro[b]) officii nostri consideratione non est nobis dissimulare, non est tacere libertas, quibus maior cunctis christianae religionis zelus incumbit. Portamus onera omnium qui gravantur, quin immo haec portat in nobis beatus apostolus[c]) Petrus.

C. 41. Quod[a]) traditionem Romanae ecclesiae debent reliquae observare, quia principium ab ipsa[b]) acceperunt. Innocentius[1]) papa Decentio episcopo.

Quis[c]) enim nesciat aut non avertat, id quod a principe apostolorum Petro Romanae ecclesiae traditum est ac nunc usque custoditur ab omnibus debere servari nec superduci aut introduci aliquid, quod auctoritatem non habeat aut aliunde accipere videatur exemplum? Presertim cum sit manifestum in[d]) omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam atque Siciliam insulasque interiacentes nullum instituisse ecclesias nisi eos quos venerabilis apostolus Petrus aut eius successores constituerint sacerdotes, aut legant si in his provinciis alius apostolorum invenitur aut legitur docuisse. Quod[e]) si non legunt, quia nusquam inveniunt, oportet eos hoc sequi quod ecclesia Romana custodit, a qua eos principium accepisse non dubium est, ne dum peregrinis sermonibus[f]) student, caput institutionum videantur omittere. Saepe dilectionem tuam ad urbem venisse ac nobiscum in ecclesia convenisse, non dubium est, et quem morem vel in consecrandis misteriis vel in ceteris agendis arcanis teneat cognovisse. Quod[g]) sufficere arbitrarer[h]) ad[i]) informationem ecclesiae tuae vel reformationem, si precessores tui minus aliquid aut aliter tenue-

---

C. 39. [a]) et auctoritatem *add. M, codd. bB.* [b]) pro universali ecclesia *M, codd. bB.* [c]) *inser. L.*

[1] Ps. Liberius c. 1, p. 476.

C. 40. [a]) Quod non sit libertas Apostolico tacere, quia prae omnibus est *Bb'.* [b]) *deest Siric.* [c]) P. apost. V_1, *L, Ambr.*

[1] P. Coustant I col. 624; Jaffé-W. 255.

C. 41. [a]) Traditio R. eccl. a reliquis observetur ecclesiis quae *etc. M, codd. bB.* [b]) ea *Bb'.* [c]) quisquis *N.* [d]) in *om. G.* [e]) qui *codd.* A^2; *Coustant.* [f]) al. 'assertionibus' *M*; assert. *Innoc.* [g]) quae *G.* [h]) *ex* arbitrant *corr. G; om. Coustant.* [i]) ad — aliquid *densiore scriptura inser. Pm.*

[1] P. Coustant I col. 856; Jaffé-W. 311.

rint satis[k]) certum haberem, nisi de aliquibus consulendos[l]) nos esse duxisset[m]). Quibus idcirco respondemus, non quod te aliqua ignorare credamus, sed ut maiori auctoritate vel tuos instituas, vel si qui a Romanae ecclesiae institutionibus[n]) errant, ut[o]) commoneas aut indicare non differas, ut scire valeamus qui sint, qui aut novitates inducunt aut alterius ecclesiae quam Romanae existimant servandam[p]) esse consuetudinem.

C. 42. Non[a]) aliter de scripturis sentiendum[b]), preterquam sancti patres docuerunt. Leo[1]) papa.

Ab evangelica apostolicaque doctrina nec in[c]) uno quidem verbo licet discedere[d]) aut aliter de scripturis divinis sapere, quam beati apostoli et patres nostri didicerunt atque docuerunt.

C. 43. Quod papa ipsius[a]) sedis reverentia cogitur studiosus pro omnibus esse, ut[b]) non videatur pastorem Christum non amare. Leo[1] papa.

Divinis preceptis et apostolicis monitis incitamur, ut pro omnium ecclesiarum statu inpigro vigilemus affectu, ac si quid usquam reprehensione[i]) invenitur obnoxium celeri sollicitudine aut ab ignorantiae imperitia aut a presumptionis usurpatione revocemus. Ammonente[c]) enim Dominicae vocis imperio, quo beatissimus apostolus Petrus trina repetitione mysticis[d]) sanctionibus imbuitur, ut Christi oves qui Christum diligit pascat, ipsius sedis cui per abundantiam divinae gratiae presumus reverentia coartamur, ut periculum desidiae quantum possumus declinemus, ne pro-
Joh. fessio summi apostoli, qua se amatorem Domini esse testatus est, non
21, 15 inveniatur in nobis: quia qui neglegenter pascit totiens commendatum
—17. Dominicum[e]) gregem, convincitur non amare summum pastorem.

C. 44. Quod non sit recedendum ab apostolicis institutis. Leo[1] papa.

Hoc vestrae indicimus[a]) caritati, ut ab apostolicis institutis nullo ulterius recedatis excessu, quia inultum post haec esse non poterit, si quisquam apostolicas regulas in aliquo crediderit neglegendas.

---

k) que *adiunxit M man. 2* (satisque). l) consulendum V_2, V'_4. m) duxisses V_2, V'_4. n) *ex* constitutionibus *corr. G.* o) aut *alii codd.; Constant.* p) conservandam *G,* consuet. esse serv. *L, Bb'; Constant.*

C. 42. a) Quod non *M, codd. Bb.* b) sit *add. codd. bB,* sciendum sit, quam V_3. c) *om.* V_2, ne uno *Baller.* d) dissidere, *Baller.*

1 Epist. 82, ed. Baller. I col. 1044; Jaffé-W. 462.

C. 43. a) pro omnis ecclesiae statu ipsius — studiosus esse *etc. Bb'.* b) ut — amare *om. M, codd. bB.* c) manente *Baller.* d) mysticae sanctionis *Leo.* e) *om. Baller.*

1 Epist. 16, I col. 715; Jaffé-W. 414.

C. 44. a) indicamus *N.*

1 Epist. cit., col. 723.

C. 45. Ut nullus decreta sedis apostolicae temerare presumat, quia[a]) hoc ad potentissimum sacerdotem papam corrigendum pertinet. Hylarus[b]) [1] papa.

Nulli fas sit sine status sui periculo vel divinas constitutiones vel apostolicae sedis decreta temerare, quia nos qui potentissimi[d]) sacerdotis administramus officia talium transgressionum[f]) culpa respiciet, si in causis Dei desides fuerimus inventi; quia meminimus quod timere debemus, qualiter comminetur Deus[g]) neglegentiae sacerdotum. Siquidem reatu maiore delinquit, qui potiori honore fruitur[g]), et graviora facit vitia peccatorum sublimitas dignitatum. Ezech. 3, 18.

C. 46. Quod apostolica sedes universae presit ecclesiae. Gelasius [1] papa.

Apostolicae vero sedis auctoritas, quod cunctis saeculis Christianis et[a]) ecclesiae prelata sit universae, et canonum serie[b]) paternorum et[c]) multiplici traditione firmatur.

C. 47. Quod sedes beati Petri fas habet iudicandi de omni ecclesia, et[a]) nemo de illa, unde[b]) et solvere potest quoscumque ligatos. Gelasius [1] papa.

Nec plane tacemus quod cuncta per mundum novit ecclesia, quoniam quorumlibet[c]) sententiis ligata pontificum sedes beati Petri apostoli ius habeat[d]) resolvi[e]), utpote quae de omni ecclesia fas habeat iudicandi, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio; siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellare[f]) voluerunt[g]), ab illa autem nemo sit appellare permissus.

C. 48. In[a]) eodem. Quod sedes apostolica absque synodo possit solvere inique dampnatos. Gelasius [1] papa.

Sed nec illa preterimus, quod apostolica[b]) sedes, sicut[c]) frequenter

---

C. 45. a) quia — pertinet *om. M, codd. bB.* b) Ex decretis Hylari papae *inser. in marg.* V_1, *L, add. P.* c) Hillarus *Ven.* d) potissimi *Hilarus.* e) tal. *cum abbrev. G,* V_1, *Bol.,* talis *N, L, Ven., M,* V_2. f) transgressionis *Bol.,* V_2. g) Dominus *Hilarus.* h) perfruitur *Hilarus.*

[1] Decretum synodale Hilari papae a. 465 (epist. 15), ed. A. Thiel, c. 2, p. 161.

C. 46. a) *inser. Ven., om.* V_2*; Thiel, at extat apud Merlin.* b) series *G, N, Bb' ex* series *corr. M;* series *Merlin.* c) *subducta linea del. M.*

[1] A. Thiel, I p. 356; Jaffé-W. 632.

C. 47. a) sed *codd. bB.* b) unde — ligatos *om. M, Bol.,* V_3. c) quorumlicet *N.* d) habet *N.* e) resolvere V_4, resolvendi *Ven., ep. Gel. forma brev. at* resolvi *Merlin.* f) appellari *forma brev., at* apellare *Merlin.* g) voluerint *N.*

[1] Ex epist. 26 forma breviore, A. Thiel p. 416; in Avellana Collectione, rec. O. Günther, Vindob. 1889, epitome epist. 95, II p. 779; Jaffé-W. 664. Cf. Merlin f. 239; F. Maassen, Gesch. d. Quellen u. d. Liter. des can. R. I § 598, 134. 135.

C. 48. a) In eod. *om. M, codd. bB et Bb'.* b) apostolicae sedi frequenter dictum est *R; Merlin* (datum est). c) frequenter ut dictum est *forma brev.*

[1] Epist. cit. A. Thiel p. 416, O. Günther p. 780; Jaffé-W. num. cit.

dictum est, more maiorum etiam sine ulla[d]) synodo precedente exsolvendi[e]) quod[f]) synodus iniqua dampnaverat, et dampnandi nulla existente synodo quos oportuit habuerit facultatem. Sanctae[g]) memoriae quippe Athanasium synodus orientalis addixerat[h]), quem tamen exceptum sedes apostolica, quia dampnationi Graecorum non consensit, absolvit. Sanctae memoriae nichilominus Johannem Constantinopolitanum synodus etiam catholicorum presulum certe dampnaverat, quem simili modo sedes apostolica etiam sola, quia non consensit, absolvit. Itemque sanctum Flavianum[i]) pontificem Graecorum congregatione dampnatum pari tenore, quoniam[k]) sola[l]) sedes apostolica[m]) non consensit, absolvit[n]) potiusque qui illuc[o]) receptus fuerat Dioscorum secundae sedis presulem[p]) sua auctoritate dampnavit, et impiam synodum non consentiendo[q]) sola[r]) submovit, et[s]) veritate ut[t]) synodus Calcedonensis fieret sola decrevit[u]).

C. 49. Quod[a]) nullus magis debeat observare canones quam Apostolicus. Gelasius[1] papa.

Confidimus, quod nullus iam veraciter Christianus ignoret uniuscuiusque synodi constitutum, quod universalis ecclesiae probavit assensus, nullam magis exequi sedem pre[b]) ceteris oportere quam primam, quae et unamquamque synodum sua auctoritate confirmavit[c]) et continuata moderatione[d]) custodit pro suo scilicet principatu, quem beatus ⟨Petrus⟩ apostolus Domini voce perceptum[e]) ecclesia nichilominus subsequente et[f]) tenuit semper et retinet.

C. 50. Ut[a]) irritum sit, quicquid in apostolica sede absque Apostolico decernitur. Gelasius[1] papa.

Si cuiuslibet provinciae[b]) intra[c]) suos terminos concilio habito[d]), quicquid sine metropolitani sui antistitis auctoritate testatum[e]) fuerit, irritum esse debere patres sancti sanxerunt, quanto magis quod in apostolica

---

d) illa *G.* e) omnes quos *Bb'.* f) *ex* quod *corr.* quos *Ven.* g) sanctae memor. nichilom. Johannem — absolvit *om. Ven.* h) abdixerat *N.* i) *ex* Flavinanum *G.* k) quia *R.* l) *om. R,* sedes sola *N.* m) etiam sola quia *add. P.* n) *hic explicit R.* o) illic V'_4, *forma brev.* p) presulem — submovit *Pis. in marg.* q) consentiendum *P, L.* r) submovit sola et auctoritate, ut *Merlin.* s) pro *add. Ven., ex* et *corr.* ac pro *M, man. 2. sec. ipsam epist. 26 Gelasii* (95 *coll. Avellanae*). t) *om. P, L.* u) *Bb' prosequitur:* In quo ergo sola ius habuit — cognoscitur (*forma brev. p. 781*).

C. 49. a) Quod apostolica sedes uniuscuiusque synodi sua auctoritate confirmatae debet servare constitutum *M, codd. bB.* b) preceptis V_4. c) confirmat *forma brev.* d) moderamine *G.* e) et *add. N.* f) *om. N.*

1 Epist. cit., p. 415, O. Günther, p. 778; Jaffé-W. num. cit.

C. 50. a) *rubricam sup. ras. habet Ven.* b) *ex correct. Ven.,* sacerdotes *add. Thiel.* c) inter *G.* d) habitu V_2 *J.* e) statutum *G;* tentaverint *Thiel.*

1 Immo Symmachi papae (V[a]) synodus a. 502 Nov. 6 Romae habita, A. Thiel, I p. 688 (**E**ulalii episcopi Syracusani oratio).

sede non existente presule, qui prerogativum[f] beati[g] meritis Petri apostoli per universum orbem primatum obtinens sacerdotii statutis synodalibus consuevit tribuere firmitatem, a laicis licet consentientibus aliquantis episcopis, qui tamen pontifici a quo consecrari probantur preiudicium inferre non potuerunt[h], presumptum fuisse cognoscitur viribus carere non dubium est, nec posse inter ecclesiastica ullo modo statuta censeri.

C. 51. Quod Petrus accepit claves regni caelorum, ut aliis aperiret[a]. Ambrosius[1] episcopus.

Resurrectionis tempore presto sunt mulieres, et[b] cum viri fugarentur, solae tamen ab angelo ne timeant admonentur. Petrum evocant studio priores sed posteriores fiducia, denique ille sine[c] metu advenit et constanter qui posterior venerat primus ingreditur, quasi qui claves regni, ut aliis aperiret, acceperat.

C. 52. Quod auctoritas congregandarum synodorum generalium soli apostolicae sedi sit commissa, nec[a] sine eius auctoritate rata esse potest. Gelasius[b] [1] papa.

Sinodorum congregandarum auctoritas apostolicae sedi[c] privata commissa est[d] potestate[e] nec ullam synodum generalem[f] ratam esse legimus, quae eius non fuerit auctoritate congregata vel fulta. Haec auctoritas testatur canonica, haec historia[g] ecclesiastica roborat, haec sancti patres confirmant.

C. 53. Quod papa[a] a solo Deo sit iudicandus. Antheros[b] [1] papa.

Facta subditorum iudicantur a nobis, nostra vero iudicantur[c] a Domino. Deteriores[d] sunt, qui vitam moresque bonorum corrumpunt, his qui substantias aliorum prediaque diripiunt.

C. 54. Ut nemo ea quae apostolicae sedi concessa sunt usurpet sine[a] eius consultu. Damasus[1] papa.

Huic sedi concessa nullus[b] usurpare sine eius consultu presumat, qui non vult honore ecclesiastico[c] indignus aut[d] contemptor iudicari.

---

f) prerogativa *Thiel.* g) meritis beati *N.* h) quod si *add. Bb'.*

C. 51. a) aperiat V_2, aperiatur *Bol.* b) ut *G.* c) *om. P.*

1 Expos. evang. sec. Luc. l. c. p. 510.

C. 52. a) nec — potest *om. M, codd. bB.* b) Pelagius *M, codd. bB,* V'_4. c) *ex* sedis *G.* d) *inser. G.* e) *fere 2 litteras ultimas ras. G.* f) *deest Ps. Isid.* g) *ist. G, Ven. ex* hist. *L m. 2.*

1 Immo Ps. Isidori praefatio c. 8, Hinsch. p. 19; similia docet Ps. Pelagius II, ep. I, p. 721.

C. 53. a) a sol. D. papa *Ven.* b) *ex* Antheorus *G.* c) iudicat deus *Hinsch.* d) *post pauca.*

1 Ps. Anterus c. 5, p. 154.

C. 54. a) sine ei. cons. *om. Ven.* b) usurp. null. V_1. c) ecclesiastico *G.* d) ut *Hinsch.*

1 Ps. Damasus c. 23, p. 508.

C. 55. Quod sanctus Petrus ius ligandi atque solvendi Lino et Cleto non tradiderit[a], licet[b] eos sibi associaverit. Johannes[1] papa[c] omnibus episcopis.

Si[d] Petrus princeps adiutores sibi asscivit Linum et Cletum, non tamen potestatem pontificii aut ligandi vel solvendi normam eis tradidit, sed successori suo Clementi[e], qui sedem apostolicam post eum et potestatem pontificalem tradente sibi beato Petro tenere promeruit. Linus vero et Cletus ministrabant exteriora, princeps autem apostolorum Petrus verbo et orationi insistebat[f], quae non incongrue ad traditionem sancti[g] Spiritus per manus impositionem pertinent[h]. Linum[i] et Cletum nichil legitur[k] egisse ex pontificali ministerio potestative, sed[l] quantum eis a beato Petro precipiebatur, tantum[m] ipsi[n] agebant.

C. 56. Quod in una catholica ecclesia, apostolicae[a] sedi subiecta, vera Christi hostia immolatur. Gregorius[1] in moralibus.

Quia ex sola catholica ecclesia veritas conspicitur, apud se esse locum Dominus perhibet de quo videatur. In petra Moyses ponitur, ut Dei faciem[b] contempletur, quia nisi quis fidei soliditatem tenuerit divinam presentiam non agnoscit[c]. De qua solididate Dominus dicit: 'Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam'. (Matth. 16, 18.) Sola[2] quippe est per quam sacrificium Dominus libenter accipiat, sola quae pro errantibus intercedat fiducialiter. Unde etiam[d] de agni hostia Dominus precepit dicens: 'In una domo comedetur[e] nec efferatis[f] de[g] carnibus eius extra fores'. (Exod. 12, 46.) In una namque domo comedetur[h], quia in una catholica ecclesia vera hostia Redemptori immolatur. De cuius carnibus divina lex efferri foras prohibet, quia dari sanctum canibus vetat. (Matth. 7, 6.) Sola[i] est, quae intra se positos valida caritatis compage custodit. Unde et aqua diluvii arcam quidem ad sublimiora[k] sustulit, omnes autem quos extra archam invenit occidit[l]. (Gen. VII. 17—23.)

C. 55. a) tradidit V_1. b) licet — associaverit *om. M, codd. bB.* c) papa *corr.* episcopus *Ven.* d) Sic *Ps. Joh.* e) sancto Clementi *Ps. Joh.* f) et *add. Ps. Joh.* g) spir. sancti *Ps. Joh.* h) pertineret *N.* i) *pluribus intermissis, p. 717.* k) unquam *add. Ps. Joh.* l) tantum *add.* V_2 *J*, V'_4. m) *addidi ex G, M, Ven., Bb.* n) ipsi agebant *ex N addidi,* solummodo agebant *Bb; Ps. Joh.*

[1] Ps. Johannes III., p. 716.

C. 56. a) ap. sedi subi. *om. M, codd. bB.* b) speciem *Greg.* c) cognoscit *Greg.* d) et *Bb'.* e) commedite V_4. f) efferatur *Bb'*, efferetis . . . foras *Greg.* g) de carn. eius *in marg.* V_1. h) agnus *add. Greg.,* commeditur V_4, *Bb', Greg.* i) *paucis praetermissis.* k) superiora V'_4. l) extinxit *Greg.*

[1] Moralium lib. 35, n. 13, ed. Bened., t. I p. 1149. [2] in Moralibus antecedunt p. 1148.

C. 57. Quod ab apostolica sede fidei veritas est inquirenda tamquam[a]) ab ipso Petro, qui fidei plenitudinem breviter complexus est dicens: 'Tu es Christus' et cetera. Leo[1] papa.

Religiosa clementissimi principis fides[b]) sciens ad suam gloriam maxime pertinere, si intra ecclesiam catholicam nullius erroris germen exsurgeret, hanc reverentiam divinis detulit institutis, ut ad sanctae dispositionis[d]) effectum auctoritatem apostolicae sedis adhiberet, tamquam ab ipso beatissimo Petro cuperet declarari, quod ⟨l. quid⟩ in eius confessione laudatum sit, quando dicente Domino: 'Quem dicunt homines esse filium hominis', varias quidem diversorum opiniones disciupli commemorarunt. Sed cum ab eis quid ipsi crederent quaereretur, princeps apostolorum plenitudinem fidei brevi sermone complexus[c]): 'Tu es, inquit[f]), Christus, filius[g]) Dei vivi', hoc est: tu[h]), inquam, verus in deitate, verus in carne, et salva gemina[i]) proprietate naturae utrumque unus. Propter[k]) quod[l]) ei respondetur a Domino: 'Beatus es Simon Bar Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed pater meus, qui in caelis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram ae. e. m. et p. inferi non prevalebunt adversus eam'. Nimis autem a compage huius aedificationis alienus est, qui et beati Petri confessionem non capit et Christi evangelio contradicit[m]).

Matth. 16, 13. Matth. 16, 16. Matth. 16, 17. 18.

C. 58. Petitio Niceni concilii, ut ab apostolica auctoritate confirmetur. Beatissimo papae urbis Romae Silvestro Hosius[1] episcopus Cordubensis provinciae Hispaniae et Victor et Vincentius presbyteri urbis Romae et ceteri episcopi CCCX et VIII salutem.

Quoniam omnis corroborata est divinis misteriis[a]) ecclesiastica utilitas, et ea, quae ad robur pertinent sanctae ecclesiae catholicae et apostolicae, ad sedem tuam Romanam explanata de Graeco in Latinum gesta sancti concilii[b]) scribimus. Itaque censeat vestra gloria in vestrae apostolicae urbis sinu episcopos vobiscum habere concilium, sicut decet, ut firmet[c]) vestrum sanctimonium gradus prefixos[d]) vel textus ordinationis, quoniam quicquid constituimus in Niceno concilio precamur, ut[e]) vestri[f])

C. 57. a) tamquam etc. *om. M, codd. bB.* b) *om. N.* c) *ex* intulit *corr. G, et ante* institutis *duas litteras erasit.* d) *religionis V'₄.* e) est *add. V₁.* f) Christus, inquit, filius *V₁, L, M, Ven.,* inquit Petrus, Christus, *Bol., V₂.* g) filii *P corr.* filius *L man. recentiore.* h) qui vere es filius hominis idem vere es filius Dei vivi *add. Leo, ob homoioteleuton om. codd.* i) *sic G, N, Bol., V₂, Bb'* geminae *codd. A²; Leo.* k) *post pauca omissa.* l) quam *Leo.* m) *ex* contradicat *G.*

[1] Ep. 33, ed. Baller., I col. 863; Jaffé-W. 427.

C. 58. a) *correxi sec. N,* ministeriis *rell. codd.* b) concilii — apostolicae *om. Bb'.* c) confirmet *N.* d) *ex* prefixus *corr. G.* e) *om. V₂ J.* f) nostri *N.*

[1] Synodi Nicaenae epistola spuria. Cf. Mansi t. II col. 719, F. Maassen Gesch. der Quellen, Graz 1870, I § 538.

oris consortio confirmetur. Oret beatitudo tua pro universo concilio. Data VIII. kalendas Septembris[g] Paulino et Juliano consulibus.

C. 59. Petitio Egyptiorum episcoporum pro capitulis LXX Niceni concilii ab[a] auctoritate sedis apostolicae. Domino sancto et apostolici culminis dignitate venerando Marco sanctae Romanae et apostolicae sedis atque universalis ecclesiae papae Athanasius[1] et universi Egiptiorum episcopi.

Nicenam synodum in contumeliam nostram et omnium Christianorum Arriani incenderunt. Quapropter precamur, pater beatissime, ut illa nobis exemplaria quae sanctae recordationis predecessori vestro Silvestro missa fuerunt sub tuta mittatis stipulatione. Nam sub nostrae presentiae testimonio per beatos Victorem et Vincentium presbyteros et apocrisiarios apostolicae sedis missa sunt predicto papae Silvestro cum adstipulatione[b] subnixa capitula LXX. Sane presentibus nobis[c] LX[d] in memorata synodo capitula tractata sunt, scilicet XXX[e] a[f] Graecis Graeca lingua edita et XXX a Latinis latine edita. Sed visum est CCCX et VIII patribus ut decem capitula adunarentur in congruis locis et ad formam LXX discipulorum vel totius orbis terrae linguarum LXX tanti et tam excellentis concilii fierent capitula, quae omnium[g] Christianorum orbem in una fide firmarent. *Et infra.* Nunc ergo optamus, ut a vestrae sedis auctoritate, quae est caput[h] et mater omnium ecclesiarum, ea ad correptionem[i] fidelium orthodoxorum percipere per presentes legatos mereamur.

C. 60. Quod Romana ecclesia semper inmaculata permanserit[a] et permanebit. Ex[b] decretis[c] Marci[1] papae.

De capitulorum namque[d] numero[e] Niceni concilii, quibus vos interfuisse litteris vestrae fraternitatis significatis[f], a nostris qui una vobiscum[g] interfuerunt diligentioribus requisivimus collocutionibus[h], qui ita ut vestrae[i] testatae sunt litterae, omnem nobis ordinem exposuerunt et vestram[k] epistolam per omnia veram esse testificaverunt, non ut nos[l] aliquid sinistrum[m] vestra ex parte arbitraremur, sed nos et vos illosque absque ulla

---

g) Julias *Mansi.*

C. 59. a) ab auct. s. ap. *om. M.* b) *astip. G.* c) *om. N.* d) octoginta *Ps. Athan.* e) quadraginta *Ps. Athan.* f) *om. P, L.* g) omnem *Ps. Athan.* h) mat. et cap. *Ps. Athan.* i) *correx. sec. N,* correctionem *rell. codd.*

1 Epistola Ps. Athanasii, p. 451, epitomata.

C. 60. a) permansit *M.* b) Marcus papa, *sed in marg. iterum* Ex decretis Marci papae V_1, *L.* c) decreto *N, P, L,* Marci papae *M. in marg. man. 2.* d) *om.* V_1, *P, L.* e) verorum *Ps. Marc.* f) *correxi sec. N* significastis *rell. codd.* g) *sic M, qui ex* nobiscum *corr.,* et *codd. bB,* nobiscum *alii codd.* h) *ex correct. L,* alloc. *Bol.* i) *ex* vestrae *facit* nostrae *Bol.,* nostrae V_1. k) per *add. G.* l) *ex* vos *corr. G.* m) vitam *add. G.*

1 Epistola Ps. Marci, p. 453.

in posterum titubatione unum sentire optaremus et sancta Romana ecclesia, quae semper inmaculata mansit et[n]) Domino providente[o]) et beato apostolo Petro opem ferente in futuro manebit, sine ulla hereticorum insultatione firma et immobilis omni tempore persistit 〈l. persisteret〉.

C. 61. Quod beati Petri sedes sacerdotalis mater est dignitatis et magistra ecclesiasticae[a]) rationis. Leo[1] episcopus universis episcopis per Siciliam constitutis in Domino salutem.

Beati apostoli[b]) Petri sedes, quae vobis sacerdotalis mater est dignitatis, est[c]) et ecclesiasticae magistra rationis, a cuius vos regulis[d]) recessisse minore[e]) posset[f]) aequanimitate tolerare 〈l. tolerari〉, si aliqua commonitionis[g]) vestrae[h]) increpatio 〉non[i])〈 precessisset.

C. 62. Ut nulli fas sit temerare divina et apostolicae sedis instituta. Eiusdem[a]) [1].

Quoniam[b]) religiosus sancto Spiritu congregante conventus hortatur, ut quaedam[c]) quae pro disciplina ecclesiastica necessaria sunt cura diligentiore tractemus[d]), si placet, fratres, ea quae ad ordinationum tenorem pertinent, iuxta divinae legis precepta et Nicenorum canonum constituta ita iuvante[e]) Domino in omne aevum mansura solidemus, ut nulli fas sit sine status[f]) sui periculo vel divinas constitutiones vel apostolicae sedis decreta temerare.

C. 63. Quod[a]) Romana ecclesia omnes instituit dignitates[b]) ecclesiasticas, ipsam[c]) autem verbum illud fundavit, per quod creata sunt omnia. Ex epistola[d]) Nicolai[1] papae iunioris Mediolanensibus missa.

Quae autem provincia per omnia regna terrarum a Romanae ecclesiae ditione[e]) extranea reperitur, cuius arbitrio ipsum quoque caelum clauditur et aperitur? Omnes autem sive patriarchae in 〈l. in patriarchii〉 cuiuslibet apicem sive metropoleon primatus aut episcopatuum cathedras vel eccle-

---

n) *ex* ut *corr. G.* o) previdental *Ps. Marc.*

C. 61. a) eccl. rat. *om. Ven.* b) P. ap. *L, Leo.* c) *om. Ven.* d) religione *N.* e) *an* maiore?) f) possem *N.* g) *ex* commotionis *corr. Ven.*, commotionis *codd.* A^2, V_2, V'_4. h) nostrae *Bb', Leo.* i) *delendum est, nisi prius* minore *emendare malueris* maiore.

[1] Epist. 16, Baller. I col. 716; Jaffé-W. 414.

C. 62. a) *in marg. G et L; L al. man.* b) quoniam — tenorem *in P abstersa.* c) quaecumque *Thiel.* d) *ex pertract. G.* e) adiuvante *Thiel.* f) statu *G, codd.* A^2, *ex* statu *Pm.*

[1] Immo ex decreto synodali Hilari papae a. 465, c. 2, Merlin I, f. 228, A. Thiel I, p. 161.

C. 63. a) *pars rubricae exstincta P, erasa Pm.* b) eccl. dign. *N,* V_1, *L.* c) et qui (sibi *add. M, Bol.*) suum privilegium auferre conatur in heresim inlabitur (labitur V_2) *M, codd. bB.* d) Exempla *N.* e) dictione *G.*

[1] S. Petri Damiani de rebus Mediolanensibus relatio ad Hildebrandum, J. M. Watterich, Pontif. Rom. vitae, Lipsiae 1862, t. I. p. 221; Jaffé-W. 4424.

siarum cuiuscumque ordinis dignitatem ipsa[f]) instituit; illam vero solus ipse fundavit et super[g]) petram fidei mox nascentis erexit, qui beato[h]) aeternae vitae clavigero terreni simul et caelestis imperii iura[i]) commisit. Non ergo quaelibet terrena sententia sed illud verbum, quo constructum est caelum et terra, per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundavit ecclesiam. Illius certe privilegio fungitur, illius auctoritate fulcitur. Unde non dubium, quia quisquis cuiuslibet[k]) ecclesiae ius suum detrahit iniusticiam facit. Qui autem Romanae ecclesiae privilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic procul dubio in heresim labitur, et cum ille notetur iniustus, hic est dicendus hereticus[l]). Fidem quippe violat, qui adversus illam agit quae mater est fidei, et illi contumax invenitur, qui eam cunctis ecclesiis pretulisse cognoscitur. *Et infra.* Unde et ipse sanctus Ambrosius[2] se in omnibus sequi magistram sanctam Romanam profitetur ecclesiam.

C. 64. Qui comederit agnum extra ecclesiam beato Petro eiusque[a]) successoribus commissam, profanus est. Hieronimus[b])[1].

Quoniam vetus[c]) Oriens inter se populorum furore collisus indis-
Joh. scissam Domini tunicam et desuper textam minutatim per frusta[d]) decerpit[e])
19, 23. et Christi vineam exterminant vulpes inter lacus contritos, qui[f]) aquam
Cant. non habent, difficile ubi fons signatus et hortus ille conclusus sit possit
4, 12. intelligi, ideo mihi cathedram Petri et fidem apostolico ore laudatam censui consulendam: inde nunc[g]) meae animae postulans cibum, unde olim Christi vestimenta suscepi. Neque vero tanta vastitas elementi liquentis et interiacens longitudo terrarum me a pretiosae margaritae
Matth. potuit inquisitione prohibere. 'Ubicumque fuerit corpus, illuc congrega-
24, 28. Luc. buntur[h]) aquilae'. Profugato[i]) a sobole mala patrimonio apud vos solos
17, 37. incorrupta patrum servatur auctoritas[k]). Ibi cespite terra fecundo[l]) domi-
Matth. 13, 23. nici seminis puritatem[m]) centeno[n]) fructu refert, hic obruta sulcis frumenta lolium avenasque degenerant. Nunc in Occidente sol iustitiae oritur, in Oriente autem Lucifer ille, qui ceciderat, supra sidera posuit thronum
Matth. 5, 14. suum. Vos estis lux mundi, vos sal terrae, vos vasa aurea et argentea;

---

f) *pro* ipsa *dicit P. Damiani:* sive rex, sive imperator, sive cuiuslibet condicionis homo purus instituit et, prout voluntas aut facultas erat, specialium sibi prerogativarum iura prefixit: Romanam autem ecclesiam solus *etc.* g) supra *Bol.*, V_2. h) Petro *add. Bol.*, V_2. i) vita *Bb'.* k) cuilibet *P. Dam.* l) *ex* bereticus *G.*

2 De sacramentis III 1, cuius loci quis auctor quidque argumentum sit, v. M. Ihm, Stud. Ambr. p. 71.

C. 64. a) eiusque successoribus *om. M, codd. bB.* b) *om.* V_3. c) vetusto *Hieron.* d) frustra *G, N, L.* e) discerpit *Hieron.* f) *ex* quia quam *corr. Ven.* g) vero *solus* V_1. h) et *add. N.* i) Profligato *Hieron.* k) hereditas *Vallarsi.* l) fundo *Bol.* m) puritate *G, N*, V_2. n) centenum fructum *N.*

1 Hieronymus ad Damasum, ep. 15, Opera ed. Dom. Vallarsi Veronae 1742, t. I col. 37.

hic testae[o]) seu vasa virgam ferream et aeternum operiuntur incendium. II. Tim 2, 20.
Quamquam igitur tui[p]) me terreat magnitudo, tamen invitat humanitas, a sacerdote victima[q]) salutem, a pastore presidium[r]) ovis flagito. Facescat[s]) invidia Romani culminis, recedat ambitio, cum successore Piscatoris, discipulorum[t]) ⟨l. discipulo⟩ Christi[u]) loquor. Ego nullum primum nisi Christum sequens beatitudini tuae id est cathedrae Petri communione consocior[v]). Super illam petram aedificatam ecclesiam[w]) scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in Noe[x]) archa non fuerit, peribit regnante diluvio. Et quia pro facinoribus meis ad eam solitudinem conmigravi, quae Syriam iuncto Barbariae fine determinat, non possum sanctum Domini tot interiacentibus spatiis a sanctimonia tua semper expetere, ideo collegas tuos Egyptios confessores sequor et sub oneris[y]) parva navicula delitesco. Non novi Vitalem, Meletum[z]) respuo, ignoro Paulinum. Quicumque tecum non colligit spargit, hoc est, qui Christi non est Antichristi est.

Matth. 16, 18. Exod. 12, 46. Gen. 7, 23. Matth. 12, 30.

C. 65. Quod pro fide Petri specialiter supplicatus[a]) est Christus. Leo[b]) [1] papa in sermone sancti Petri.

Commune erat omnibus apostolis periculum de[c]) temptatione formidinis, quoniam[d]) diabolus omnes[e]) cupiebat[f]) exagitare, omnes cupiebat elidere, sed tamen specialis[g]) a Domino Petri cura suscipitur et pro fide Petri proprie supplicatur, tamquam aliorum status certior sit futurus, si mens principis munita[h]) fuerit. In Petro ergo omnium fortitudo munitur et divinae gratiae ita ordinatur auxilium, ut firmitas, quae per Christum Petro tribuitur, per Petrum apostolis conferatur. *Et post pauca.* Si [2] autem pietatis suae curam omni populo Dei, sicut credendum est, ubique pretendit, quanto magis nobis alumnis suis opem suam dignatur[i]) impendere, apud quos in sacro[k]) beatae dormitionis thoro eadem qua presedit[l]) carne requiescit.

---

o) testacea vasa vel lignea *Hieron.* p) *om. N.* q) victimam *N, Ven.*, victimam salutis *Bb'*, victimae V_2; *Hieron.* r) predium *P, ex* predium *corr. L man. rec.* s) facesscat *L*, fatescat *Bol.*, V_3, fatiscat V_2. t) discipulo V'_4. u) principis *add. M in marg. man. 2*, crucis *Vallarsi.* v) *ex* consortior *corr.* consotior V_1, consotior *P, L*, consorcior V_2, *Bb'*. w) meam *add. G.* x) hac V_1. y) honeris *M, Ven., Bol.*, V_2; onerariis navibus *Hieron.* z) Meletium *Hieron.*

C. 65. a) rogavit *M, Bol.*, V_2. b) *inscriptionem densius scriptis litteris inser. Pm,* Leo papa *M in marg. man. 2.* c) decertatione *N.* d) *paucis praetermissis.* e) omnes — exagitare *inser. L.* f) *deest Leo.* g) speciale *G*, spiritualis *N.* h) unita *G, N, Bb'.* i) dignabitur *Baller.* k) *om. G.* l) precedit *N.*

1 Leo I, Sermo IV, Opp. I col. 18. 2 col. 19.

C. 66. Quod Romana ecclesia ab ipso Domino primatum obtinuit[a]), et quod ambo[b]) apostoli Petrus et Paulus una die sua eam morte consecraverunt, et quod ipsa prima sedes est, secunda Alexandrina, tertia Antiocena. A n a c l e t u s[1] servus Christi[c]) Jesu[d]).

Haec vero sacrosancta[e]) Romana[f]) ecclesia et apostolica non ab apostolis[g]) sed ab ipso Domino salvatore nostro primatum obtinuit, sicut
Matth. 16, 18. ipse[h]) beato Petro apostolo dixit: 'Tu es P.'[i]) et reliqua usque[k]) 'soluta[l])
et in caelo'[m]). Adhibita est etiam[n]) societas in eadem Romana urbe beatissimi apostoli Pauli vasis electionis, qui uno die unoque[o]) tempore gloriosa[p]) morte cum Petro[q]) coronatus est, et ambo sanctam Romanam ecclesiam consecraverunt[r]) aliisque omnibus urbibus in universo mundo tam ⟨l. eam⟩ sua presentia atque venerando triumpho pretulerunt[s]). Et licet pro omnibus assidua apud Deum[t]) omnium sanctorum fundatur oratio, his tamen verbis Paulus beatissimus apostolus Romanis proprio
Rom. 1, 9. cirographo pollicetur dicens: 'Testis[u]) mihi est Deus, cui servio in spiritu
meo in evangelio filii eius, quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis'[v]). Prima ergo sedes est caelesti beneficio Romana ecclesia, quam, ut memoratum est, beatissimi Petrus et Paulus suo martyrio consecraverunt. Secunda autem sedes apud Alexandriam beati Petri nomine a Marco eius discipulo atque evangelista consecrata est. Tertia[w]) vero sedes apud Antiochiam eiusdem[x]) beati Petri apostoli habetur honorabilis, quia[y]) illic[z]), priusquam Romam veniret, habitavit et Ignatium episcopum constituit, et illic primum nomen Christianorum[a]) exortum est. *Et post pauca*[b]). Inter[2] beatos apostolos quaedam fuit discretio et licet omnes essent apostoli, Petro tamen a Domino est concessum, et ipsi inter se id ipsum voluerunt, ut reliquis omnibus preesset apostolis, et cephas id est caput et principium teneret apostolatus. Qui et eandem formam suis successoribus et reliquis episcopis tenendam tradiderunt. *Et post pauca*[c]). Haec[3] vero apoſtolica sedes caput et cardo, ut prefatum[d]) est, a Domino et non ab alio est[e]) constituta, et sicut car-

---

C. 66. a) *ex* tenuit *nigriore atramento corr.* obtinuit *G.* b) ambo apost. *om. M, Bol., V_2, Bb.* c) J. Chr. *L, V_4.* d) in apostolica sede a Domino constitutus et a sancto Petro apostolorum principe presbyter ordinatus omnibus episcopis et reliquis Christi sacerdotibus salutem *add. Bb'.* e) sancta *N.* f) Rom. apost. eccl. *Hinsch.* g) ipsis *N.* h) *om. G, N.* i) et super h. p. ae. e. meam *add. Bol., V_2.* k) usque — in caelo *om. Ven., Bol.* l) sol. et *om. V_1.* m) *post haec signum* § *ponunt P, Ven.* n) *ex* etiam *corr.* enim *M man. 2.* o) eodemque *N,* uno quoque *Bb'.* p) *om. Bb'*; gloriosam mortem *Hinsch.* q) sub principe Nerone agonizans *add. Ps. Anacl.* r) consecrarunt *Ps. Anacl.* s) § *add. P, L.* t) Dominum *V'_4.* u) enim *add. Hinsch.* v) § *add. V_1, P, in marg. L.* w) *paucis pretermissis.* x) id est *add. Hinsch.* y) *sic N,* quam *G et alii codd.* z) *ex* ill. *L,* illis *P.* a) novellae gentis *add. Ps. Anacl.* b) § *add. V_1, P, in hac* § *dicta om. Bb'.* c) § *add. V_1, P.* d) factum *Hinsch.* e) *deest Ps. Anacl.*

[1] Ps. Anacletus c. 30—33, p. 83. [2] c. 33. [3] c. 34, p. 84.

dine ostium regitur, sic huius sanctae sedis auctoritate omnes ecclesiae Domino disponente reguntur.

C. 67. [a]) Quod evangelica auctoritate prima omnium est Romana ecclesia, ubi [b]) Petrus et Paulus una die mortui sunt. Gelasius [c]) [1] urbis Romae episcopus omnibus orthodoxis.

Quamvis [d]) universae per orbem catholicae ecclesiae unus thalamus Christi [e]) sit, sancta tamen Romana catholica [f]) et apostolica ecclesia nullis [g]) synodicis constitutis ceteris ecclesiis prelata est, sed evangelica voce [h]) Domini et salvatoris nostri primatum obtinuit. 'Tu [i]) es, inquiens [k]) Dominus, P. [l]) et [m]) s. h. p. ae. ec. m.' [n]) Cui data est etiam [o]) societas beatissimi Pauli [o]) vasis electionis, qui non diverso [q]), sicut heretici garriunt, sed uno [r]) tempore uno eodemque die gloriosa morte cum Petro in [s]) urbe Roma [t]) sub Caesare [u]) Nerone agonizans [v]) coronatus [w]) est et pariter [x]) supradictam [y]) Romanam ecclesiam Christo domino consecrarunt [z]) eamque [a]) omnibus urbibus in universo mundo sua presentia atque venerando triumpho pretulerunt. Est ergo prima Petri apostoli sedes Romana ecclesia non habens maculam neque [b]) rugam nec [c]) aliquid huius modi.

Matth. 16, 18.

Eph. 5, 27.

C. 68. Quod Romana ecclesia non synodicis sed evangelicis institutis primatum obtinuit, et [a]) quod sanctus Petrus et Paulus una die in urbe Roma coronati sunt. Gelasius [1] papa.

Post propheticas et evangelicas atque apostolicas scripturas quibus ecclesia catholica per gratiam Dei fundata est, etiam illud intimandum putavimus, quod quamvis [b]) universae per orbem catholicae ecclesiae unus

---

C. 67. a) *Huic capitulo, quod sequenti adiungit, substituit quaedam ex num. II capitulorum Angilramni Bb.; item id cum proximo connectit* V_4. b) et *M, Bol.,* V_2. c) *aufert capit. singulis lineis deletis M.* d) navis *Bb'.* e) Christus *codd.* A^2. f) cath. et apost. *om. Thiel.* g) nullus superno dicis *del. 1, at in marg.* non apostolicis *al. man.*, nullus synodus *6.* h) Dom. voce *5.* i) Tu es Petrus inquiens et s. h. *etc. M, Ven., Bb' in c. 68.* k) inquid *5,* inquit *11.* l) et rel. *add. 11.* m) super', reliqua *add. 5.* n) et rel. *add. M, Ven. in c. 68.* o) *om. 3.* p) apostoli *add.* V'_4; *Gelas.* q) tempore *add. Bb', 5, 11.* r) no — u *postea inser. M man. 2 in hoc c. 67:* uno t. eodemque d. *N,* uno t. eodem die *5, 11.* s) *om. codd.* A^2, *in urbe om. 1.* t) Romam *Ven.,* Romana *3, 4, 8, 11.* u) *ex* cessare (8) *corr. L.* v) martyrio *add.* V'_4. w) coronatus — eamque *om. 6.* x) ambo sanctam Rom. *1.* y) sanctam *add. 4, 8; Merlin, Gelas.* z) consecravit *Bb'.* a) talesque *M, Ven. in c. 68; Merlin,* aliisque *Thiel;* eamque — presentia *om. N.* b) nec *M in c. 68, Coll. min.* (aut *5, 11*). c) neque *N,* V_1.

1 A. Thiel, I, ep. 42, p. 455, Coll. min. c. 22, Jaffé-W. 700.

C. 68. a) et — sunt *om. M, Bol.,* V_2, *Bb.* b) navis *Bb'.*

1 A. Thiel, ep. cit. p. 454, cf. Coll. min. c. 22.

thalamus Christi sit[c]), sancta tamen Romana catholica et apostolica ecclesia nullis synodicis constitutis[d]), ut supra.

C. 69.[a]) Quod sanctus[b]) Petrus et Paulus doctores sunt gentium, auctores martyrum, principes sacerdotum, et[c]) quod Petrus a soliditate fidei petra dicitur, et in navi eius omnes tuti sunt. Ambrosius[d])[1] in sermone[2] ad populum.

Dicite mihi, si non dolendum fuerit hoc peccatum, si[e]) vos salutis vestrae inmemores tunc fuisse non[f]) doletis, ut beatissimis apostolis Petro et Paulo honorificentiam minime reddideritis, cum ipsos[g]) esse sciatis doctores gentium, auctores martyrum, principes sacerdotum nec volueritis eorum natalem nobiscum[h]) festivissimum celebrare. *Idem*[i])[3] *in undecimo.* Hanc igitur solam ecclesiae navem ascendit Dominus, in qua Petrus
Matth. magister est constitutus dicente Domino: 'Super hanc p. aedificabo eccle-
16, 18. siam m.' Quae navis in altum saeculi istius natat ita, ut pereunte mundo omnes[k]) quos suscipit[l]) servet[m]) illaesos. Sicut enim Noae archa naufragante mundo cunctos quos susceperat incolumes[n]) servavit[o]), ita et Petri ecclesia conflagrante[p]) saeculo omnes quos amplectitur representabit illaesos. *Idem*[4] *in L*^mo^. Fidelior enim factus est, postquam fidem se perdidisse deflevit, atque ideo maiorem gratiam reperit quam amisit. Tamquam bonus enim pastor tuendum gregem accepit[q]), ut qui sibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum, et qui se[r]) interrogationis[s]) temptatione[t]) mutaverat[u]), ceteros fidei stabilitate fundaret. Denique pro
Matth. soliditate devotionis ecclesiarum petra[v]) dicitur, sicut ait Dominus: 'Tu
16, 18. es[w]) Petrus' et cetera. Petra enim dicitur eo, quod primus in nationibus fidei fundamenta posuerit et tamquam saxum inmobile[x]) totius operis

---

c) *hic verbis:* cetera (et cet. *L*) ut supra *finitur cap. in codd.* A_2, capitulum usque ad finem mutatis aliquibus verbis continuat *M, solum usque ad:* prima Petri *addens* ut supra *Ven., usque ad:* garriunt *Bol.*, V_2, *econtra Bb.*, V_4 *c. 67 et 68 in unum contrahunt.* d) et cetera *add. N.*

C. 69. a) *numerum om.* V_2, *cap. Nicolai papae I antecedit in Bb.* b) *om. M, Bol.*, V_2. c) et — sunt *om. M, Bol.*, V_2. d) Ambrosius — si vos in *L atramento nigriore scripta sunt.* e) sic *Ambros.* f) non dolet *Bol.*, V_2, non doletis *desunt Ambros.* g) os *repet. neglegenter* V_1. h) *om.* V_1. i) Item *codd.* A^2, *Bb'*. k) *deest Ambr.* l) suscepit *N, Bb'.* m) servos *N.* n) incolomes *Bol.*, V_2. o) reservavit *Ambr.* p) confragante *Bol.*, confragrante V_2. q) et *add. Bol.*, V_2. r) ipse *Ambros.* s) interrogatione *N.* t) contemptione *G.* u) nutaverat *Ambr.* v) Petrus V'_4. w) inquit *add. Bol.*, V_2. x) immobilem *G, L.*

1 S. Ambrosii Opera, Paris 1614, t. 5 in vol. II. Sermonum, quos Anselmus ab Ambrosio dictos affert, alii inter opera Maximi Taurinensis, alii etiam in appendice operum S. Augustini excusi leguntur. »De vero auctore horum totque aliorum sermonum, qui nunc Ambrosio nunc Maximo nunc aliis tribuuntur, adhuc certi nihil erutum est«, ait Maxim. Ihm Studia Ambrosiana, Lips. 1889, p. 75. 2 Sermo 1 de sanctis, l. c. col. 129. 3 Sermo 62 de tempore, col. 85. 4 Sermo 2 de sanctis, col. 130.

christiani compagem molemque contineat. *Idem* [y] [5] *in LXX*: Ergo beati Petrus et Paulus eminent inter universos apostolos et peculiari quadam prerogativa precellunt. Verum [z]) inter ipsos quis cui preponatur, incertum est. Puto enim illos aequales esse meritis, qui [a]) aequales sunt passione, et simili eos fidei devotione vixisse, quos simul videmus ad martyrii gloriam pervenisse. Non enim sine causa factum putamus [b]), quod una die uno in loco sub [c]) uno persecutore passi sunt: una die [d]), ut ad Christum pariter pervenirent; uno in loco, ne alteri Roma deesset: sub uno persecutore, ut aequalis crudelitas [e]) utrumque constringeret. Dies ergo [f]) pro merito, locus pro gloria, persecutor decretus est pro virtute. Et [g]) in quo loco [h]) tandem martyrium pertulerunt? [i]) In urbe Roma [k]), quae principatum et caput obtinet [l]) nationum, scilicet ut ubi caput superstitionis erat, illic caput quiesceret sanctitatis, et [m]) ubi gentilium principes habitabant, illic ecclesiarum principes morarentur [n]).

C. 70. Quod [a]) ad corpus beati Pauli vel ad sudarium eius nemo potest accedere, de cuius catena [b]) interdum potest aliquid limari [c]), interdum minime. Gregorius [1] Constantinae [d]) imperatrici inter cetera.

Sudarium beati [e]) Pauli apostoli cum corpore eius [f]) est. Quod [g]) ita tangi non potest, sicut [h]) nec ad corpus illius accedi. Sed quia sere-

---

y) Ex sermone Maximi episcopi in nat. apostolorum Petri et Pauli cap. X *Coll. min.* Maximus episcopus in sermone quodam dicit *3, 4, 5, 8, 11.* Item decretum Anacleti *habet 7 (cf. Ps. Anacl. c. 30).* z) verumtamen *G, N.* a) quia *G.* b) putemus *Max Taur.* c) unius tyranni toleravere sententiam *Coll. min., Ambr., Max. Taur.* d) passi sunt *add. Coll. min., Ambr., Max. Taur.* e) *sequitur rasura et lacuna 4.* f) puto *add. Max. Taur. ed. Rom.* g) At *Max. Taur.* h) *tand. loco Coll. min., Ambr., Max. Taur.* i) *ex* protulerunt *corr. Ven.,* protulerunt *G, N.* k) Romana *3, 4, 8.* l) tenet, *3, 4, 8.* m) ut *G.* n) *sic N, codd. A² et bB, ex* morentur (6) *syllaba* 'ra' *suprascripta corr.* V_1, *ex* memorentur *Ven.;* memorentur *exhibent G, Pm, M, Pis.,* V_5; morerentur vel morarentur *2,* morerentur *3, 5, 7—11, Ambr. et Maxim. Taur.* V_1 *in marg. inser.:* Idem in XXV: Optima apostolorum nomina: petra et vasculum necessaria domui Salvatoris. Domus enim fortitudinis petra construitur, utilitate vasis ornatur. Petra ad firmitatem populos ne labantur sustentat, vas ad custôdiam nec (*7 circiter litterarum spatio relicto et addito.* temnentur) operit Christianos. *Legendum videtur:* ne *et supplendum:* contemnantur vel tenententur *(orig.). Quod additamentum in ipsum contextum receptum est P, L, quibus finis est:* nec operit Christianos, *verbis* nec *et* operit *non plus solito distantibus. Locus impressus exstat Ambros. Sermo de sanctis 11, col. 141 et Maximi Taur. Opp., Sermo 64, col. 578.*

[5] Sermo 12 de sanctis, col. 142; Maximus Taurin. Opp. ed Rom. 1784, homil. 72, col. 231. Coll. min. c. 23.

C. 70. a) Quod nemo potest accedere ad beati Pauli corpus vel sudarium eius, de cuius catena *(om.* V_3*)* interdum limari potest, interdum minime (non *codd. bB*) *M, codd. bB.* b) cathededra *N.* c) liminari *Ven.* d) Constantiae *codd. A².* e) b. Pauli ap. *desunt Greg.* f) eiusdem *Ven.* g) quidem *G.* h) sic *G,*

[1] Greg. I, ep. IV, 30, t. I, p. 266, Jaffé-W. 1302.

nissimae dominae tam religiosum desiderium esse vacuum non debet, de catenis, quas ipse sanctus Paulus in collo et in manibus gestavit, ex quibus multa miracula in populo demonstrantur, partem vobis aliquam transmittere festinabo, si tamen hanc[i]) tollere[k]) limando valuero[l]). Quia dum frequenter ex catenis eiusdem[m]) multi veniunt et benedictionem petunt, ut parum quid ex limatura percipiant, assistit sacerdos cum lima et aliquibus petentibus ita concite aliquid de catenis eius[n]) excutitur, ut mora nulla sit; quibusdam vero petentibus diu per catenas ipsas lima ducitur, et tamen ut exinde aliquid[o]) exeat non obtinetur.

C. 71. Quod auctoritate pontificum et potestate regum mundus regitur[a]), et[b]) regalis tamen potestas subiecta esse debet pontificibus. Gelasius[1] Anastasio imperatori.

Famuli[c]) vestrae pietatis et cetera: Duo[d]) sunt, imperator auguste, quibus principaliter mundus[e]) hic regitur: auctoritas sacra[f]) pontificum et regalis potestas. In quibus tanto gravius est pondus sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus[g]) hominum in divino reddituri sunt examine rationem. Nosti etenim[h]), fili clementissime, quoniam licet presideas humano generi[i]) dignitate, rerum tamen presulibus divinarum devotus colla submittis atque[k]) ab eis causas tuae salutis expetis[l]), hincque[m]) ⟨l. inque⟩ sumendis caelestibus sacramentis eisque ut competit disponendis subdi te debere cognoscis religionis ordine potius quam preesse[n]), itaque inter haec illorum te pendere iudicio[o]), non illos ad tuam velle redigi voluntatem[2]. Si enim, quantum ad ordinem publicae[p]) pertinet disciplinae, cognoscentes imperium tibi superna dispositione collatum legibus tuis ipsi quoque religionis parent antistites, ne vel in rebus mundanis exclusae videantur obviare sententiae, quo, oro, te decet affectu eis ⟩convenit[q])⟨ obedire qui prerogandis[r]) venerabilibus sunt attributi mysteriis? Proinde sicut non leve discrimen imcumbit pontificibus siluisse pro divinitatis cultu, quod congruit, ita his, quod absit, non mediocre periculum est, qui cum

---

i) hoc *G.* k) tollerare *G.* l) praevaluero *Greg.* m) eisdem *Ewald.* n) ipsius *Greg.* o) aliquit V_2 *J.*

C. 71. a) *om.* V_2, *extat vero in tabula.* b) *om. N.* c) *sec. M, Bol. correxi* famulus, famulis V_2, famuli — etc. *om. Coll. min.* d) Duae *7.* e) hic mundus, *5, 10.* f) sacrata *Coll. min., Gelas.,* sacramenta *13.* g) *sec. Bol.* V_2 *correxi* rebus, regibus *etiam Coll. min., in marg. 13 legitur:* Ex decreto Pii k. III.: Lex imperatorum non est supra legem Dei vel subtus. h) enim *G, Coll. min., om. 5.* i) *ex* generis *L,* generis *P, pro* humano generi *exhibet* hominibus *5.* k) ab eis atque sal. t. caus. exp. *Bol.,* V_2; atque — expectas *om. 7.* l) exspectas *Coll. min., Gelas.* m) *ex* hinc V_1, hic *Bol.*; hincque te illis subdi *Coll. min.* n) vel interest (interesse?) *M in marg. man. 2.* o) noveris *add. 1* manu recentiore. p) pert. publ. *Gelas.* q) *om. Bb'.* r) pro regendis V_1.

1 Epist. 12, A. Thiel I, p. 351, Jaffé-W. 662, cf. Coll. min. 227, 228.
2 Hic finitur Coll. min. c. 227.

debeant parere despiciunt. Et si[3]) cunctis generaliter sacerdotibus recte divina tractantibus fidelium convenit colla[s]) submitti, quanto potius sedis illius presuli[t]) consensus adhibendus[u]) est, quem cunctis sacerdotibus et Divinitas[v]) summa[w]) voluit preminere et subsequens ecclesiae generalis[x]) iugiter pietas celebravit[4]. Ubi pietas tua evidenter advertit, numquam quolibet penitus[y]) humano consilio elevare se quemquam posse illius privilegio vel confessioni, quem Christi vox pretulit universis, quem ecclesia veneranda semper confessa est et habet devota primatem. Impeti possunt humanis presumptionibus, quae divino sunt constituta[z]) iudicio, vinci autem quorumlibet potestate non possunt. Atque utinam sic[a]) contra nitentibus perniciosa non sit audacia, quemadmodum quod ab ipso sacrae religionis auctore[b]) prefixum est non potest ulla virtute convelli. 'Firmamentum enim Dei stat.'[c]) Numquidnam cum[d]) <ab> aliquibus infesta <l. infestata> religio est, quanta umquam[e]) potuit novitate superari, et non magis hoc invicta permansit, quo aestimata est posse succumbere? Desinant ergo[f]), quaeso te, temporibus tuis quidam per occasionem perturbationis ecclesiasticae precipitanter[g]) ambire quae non licent[h]), ne et illa quae male appetunt ullatenus <l. nullatenus> apprehendant, et modum suum apud Deum hominesque non teneant. Quapropter sub conspectu Dei pure[i]) sincere pietatem tuam deprecor obtestor exhortor, ut petitionem meam non indignanter accipias. Rogo, inquam, ut me in hac vita potius audias deprecantem, quam, quod absit, in divino iudicio sentias accusantem.

II. Tim 2, 19.

C. 72. Quod sacerdotibus imperatores obedire debent non iubere.
Nicolaus[a])[1] episcopus servus servorum Dei piissimo et dilectissimo filio superatori gentium atque tranquillissimo imperatori Michaeli a Deo protecto semper Augusto.

Non[b]) ergo quales sint sacerdotes Domini, sed quid de Domino loquantur est[c]) magnopere[d]) vobis previdendum[e]). Nec in vicariis beati Petri apostoli vobis est attendendum, qui[f]) sint, sed quid pro correctione ecclesiarum quid pro salute vestra[g]) satagant. Neque enim illos inferiores

---

s) corda V_1, *L*, *Bb'* *Coll. min.*, *Gelas.* t) presulibus *G*, *N.* u) est adh. *Coll. min.*, *Gelas.* v) divina *Coll. min.* w) sententia *3, 5, 13.* x) auctoritas generalis iug. cel. *5.* y) penitet V_2. z) iud. const. *Gelas.* a) si econtra *P.* b) auctoritate *Bb'.* c) distat *Bb'.* d) in *add. N.* e) quantacumque *Gelas.* f) ergo temporibus tuis, queso, quaedam V_4. g) *an* precipitantur *G*, V_1, precipitantur *N*, *Bb'*, *ex* precipitantur *corr. P.* h) liceret *N.* i) ac *add. Gelas.*

3 Cf. Coll. min. c. 228. 4 hic explicit c. 228 Coll. min.

C. 72. a) *Capit. Leonis* I. papae *(Coll. min. c. 226) praemitt. Bb.* b) nos V_5. c) *om. codd.* A^2, est vob. magnop. *Ven.*, V_3, *Bb*, *Nicol.*; *alii codd. aliter verba* est — previd. *transponunt.* d) magnospere *G.* e) providendum *N.* f) quid *G.* g) nostra *G.*

1 Nicolaus I., Mansi t. XV, col. 187, 188 sq.: Jaffé-W. 2976.

dicetis Scribis et Pharisaeis sedentibus super cathedram Moysi, de quibus Matth. 23, 3. Dominus precepit dicens: 'Quaecumque dixerint vobis facite et observate, secundum opera vero[h] eorum[i] nolite facere'. Ergo imperator, considera, si illos dixit audiendos qui[k] super[l] cathedram Moysi sedebant, quanto potius his[m] qui super cathedram Petri resident esse existimatis ⟨l. existimetis⟩[n] obaudiendum. Et si illorum non opera sed dicta facere et observare iubet, quanto potius horum, quicumque sint ipsi, dicta et monita custodienda sunt et amplectenda? Quid autem nos mali volumus, Matth. 5, 22. quia frustra indignamini et contra[o] evangelium quod dicit: 'Qui dixerit fratri suo, „fatue", reus erit gehennae ignis'[p]. Nos levitatis nomine lacescendos[q] opinamini, vobis nichil nisi quod est salubre, nichil nisi quod acceptum sit Deo offerre studentes. *Item*[r] *in eadem*[s]. Preterea[2] scripsistis iussisse vos quosdam qui sub nobis existunt mitti ad vos, quod longe est a piorum imperatorum affectu, quorum sicut locum tenetis, utinam ita et pietatem sectemini, quod longe est, inquam, a principibus sedis apostolicae reverentiam observantibus. § Non quippe hoc dixit[t] Honorius, qui reverendo presuli Bonifacio scribit dicens[3]: 'Petimus, ut cotidianis orationibus apostolatus[u] tuus studium ac votum suum circa salutem atque imperium nostrum dignetur impendere'. §[v] Non, inquam, hoc dixit Valentiniani[w] et Marciani pia dualitas[x] ad beatum papam Leonem scribens[4]: 'Et tuam, inquiens, sanctitatem principatum in episcopatu[y] fidei possidentem sacris litteris in principio iustum credidimus[z] alloquendam invitantes atque rogantes, ut pro firmitate[a] et statu nostri imperii aeternam divinitatem tua sanctitas deprecetur'. § Non hoc dixit[b] Justinianus, qui dicit sancto papae Johanni etiam promulgatis[c] legibus[5] id interserens: 'Petimus vestrum paternum affectum, ut vestris ad nos destinatis litteris manifestum nobis faciatis, quod omnes, qui predicta recte confitentur, suscipit[d] vestra sanctitas et[e] eorum[f], qui Judaice ausi sunt rectam denegare fidem, condempnet'[g] ⟨l. condemnat perfidiam⟩. § Et rursum[6]: 'Petimus, inquit, vestram beatitudinem orare pro nobis et Dei

---

h) *eras. Pm*, vero opera *N, L, V_2, Bb'*. i) *ex* vestra *corr. V_2*. k) quae *V_1, P*, *ex* que *postea corr. L*. l) supra *V_1, L*. m) hi *V_2*. n) existimans *Pm*. o) tunc *G*. p) nos — opinamini et contra evang. — geh. ignis *add. Ven., sed subducta linea delevit*. q) lacessendos *complures codd.*, lacesçendo *M*. r) *signum § ponunt aliquot codd., alii alio modo partes distinguunt*. s) aepistola *add. V_2, V_3*. t) dicit *G, N, Bb'*. u) epistolatus *V_2*. v) Item *add. Pm, M, Ven., Bb*. w) Valentiani *ex* Valentini *G*. x) divalitas *per corr. Ven.*, divalitas *V_4*. y) divinae *add. epist. tam imperatorum quam ea Nicolai I papae*. z) credimus *utraque epistola*. a) infirmitate *Ven*. b) dicit *G, Pm*. c) provulgatis *G*. d) suscipiat *codd. A^2*. e) ut *G*. f) eos .... condemnat *Mansi*. g) perfidiam *add. solus Bb'*.

2 Col. 190. 3 Mansi t. IV col. 393, v. Maassen § 318, 36. 4 Mansi, t. VI col. 94, v. Maassen § 321, 1. 5 cf. Cod. Justin. I 1, 8 § 22, v. Maassen, § 327, 1. 6 Cod. Justin. l. c. § 24.

nobis acquirere providentiam'. § [h]) Non hoc dicit Constantinus, qui Dono [i]) papae scribens etiam jurando benignitatem et honorem circa sedem exhibet apostolicam in his verbis [7]: 'Per Deum, inquiens, omnipotentem non est apud nos [k]) partis cuiuslibet favor sed aequalitatem utrisque partibus observabimus [l]), nullatenus necessitatem facientes in quocumque capitulo eis qui a vobis diriguntur quoquo modo, sed et omni honore et competenti munificentia et susceptione dignos eos habebimus. Et siquidem utrique [m]) convenerint, ecce bene: sin autem minime convenerint, iterum cum omni humanitate eos ad vos dirigemus'. Et post pauca. 'Invitare enim et rogare possumus ad omnem emendationem et unitatem [n]) omnium [o]), necessitatem vero inferre nullatenus volumus'. § Non [p]) hoc alius Constantinus et Hirene Augusti dicunt, qui ad [q]) Adrianum papam scribentes aiunt [8]: 'Rogamus vestram paternam beatitudinem, magis quidem dominus [r]) Deus rogat, qui vult omnes homines salvos fieri et in agnitionem veritatis venire, ut det se ipsam et nullam tarditatem faciat et ascendat huc'. Et paulo post [9]. 'Si non potuerit', inquiunt, 'ascendere huc, eligat viros pretiosissimos et dirigat una cum syllabis'. O imperator, saltem [s]) nunc non [t]) agnoscitis, quam a priorum imperatorum pietate in hac re differatis, et quam vox vestra [u]) ab [v]) eorum discrepet divinitus inspirata modestia? Illi [w]) quippe: 'petimus', 'invitamus', 'rogamus', ecce sparsim ad sedis apostolicae presules sed pari [x]) pietate clamant. Vos autem quasi non mansuetudinis et reverentiae sed solius imperii eorum heredes effecti et in causa pietatis illos imitari nolentes precepisse iussisse ac imperasse vos, ut quosdam subiectorum nostrorum ad vos mitteremus, asseritis. Et hoc ipsum vos quidem egisse nescimus, cujus instigationibus fascinati et oblivioni traditi dicitis; porro factum a vobis nulla recordatione recolimus. Nusquam [y]) enim nobis tale quid [z]) iussisse vos, ni fallimur, hactenus reminiscimur nusquam vos ad tantam circa sedem beati Petri apostolorum principis in reverentiam [a]) devenisse cognovimus. Revolventes enim epistolam, quam tunc per venerabiles episcopos et Arsavir [b]) gloriosum spatarium mise-

I. Tim. 2, 4.

---

h) Item in eodem *Pm.* i) *sic M, Ven.;* domno *G, N et alii codd.,* domino V'_4. k) vos *G.* l) conservabimus *Mansi.* m) *ex* utrisque *Ven.,* utique *Bb'*; utrimque *Mansi.* n) omnem unitatem *codd. Bb,* V_4. o) *exceptis codd.* A^1 *et* V_5 *omnes codices add.* Christianorum, *quod extat et in epist. Nicolai I. papae et Constantini IV. imperatoris.* p) De *G,* Et *N.* q) *om. L,* V_5, *inser. Pm, Ven.,* ad drianum *P.* r) *om.* V_2. s) salutem *codd.* A^1, *M, Bb', ex* salutem *corr.* V_1. t) *om. Ven.* u) nostra *N, Bol.,* V_2. v) a beatorum V_4'. w) illa *Pm.* x) pari pietate V_1 *m. 2.* y) nusquam — reminiscimur *om. N.* z) *ex* aliquid *L,* aliquid *P.* a) in te rever. *G.* b) *sic G, M, Ven.,* V_5, Arsam virum *N*; *Mansi,* Arsar vir *Pm,* Arsa vir *codd.* A^2, *Bol.,* V_2 et *Bb,* Arsa virum V_3.

7 Mansi t. XI col. 198; quod tam modestam imperator Constantinus Pogonatus divalem iussionem condiderit, etiam auctorem vitae Agathonis in Lib. pontif. (ed. Duchesne I p. 350) movisse videtur, cum ipsa verba: 'invitans atque adhortans' allegaret. 8 Mansi t. XII col. 985. 9 l. c. col. 986, ubi textus paulo amplior invenitur.

ratis, nil iussisse vos nobis sed potius obsecrasse atque[c] rogasse nos omnino reperimus. In quo datur intelligi, cum nunc aliter perhibeatis[d], aut vos oblitos eorum fuisse quae antea miseratis, aut certe poenituisse pro[e] his quae humiliter petiveratis. § *Item in eadem*[f]. Quod[10] autem hii, qui[g] a iam fato fratre et comministro[h] nostro Ignatio depositi et[i] excommunicati vel anathematizati fuerant, nullam adversus eum intorquere dampnationem potuerint, ex prolato secundae[k] universalis synodi capitulo declaratur, cum dicitur[11]: 'Si vero ecclesiasticum fuerit crimen, quod episcopo illatum fuerit[l], tunc probari oportet accusantium personas, ut primo quidem[m] hereticis non liceat accusationes contra orthodoxos episcopos pro[n] ecclesiasticis negotiis facere'. Sed ne hos hereticos esse denegetis, audite sequentia: 'Hereticos autem, inquiunt[o], dicimus tam eos qui olim ab ecclesia proiecti sunt, quam qui post haec a nobis anathematizati sunt'. Porro si adhuc nec sic creditis, audite quod subditur: 'Preter hos[p] autem, aiunt[q], et eos qui fidem quidem sanam simulant[r] confiteri, scismaticos etiam et eos qui seorsum a communicantibus nobis episcopis collectas faciunt. Deinde vero et si quidam ab ecclesia super causis quibusdam reprehensi fuerint[s] et proiecti aut excommunicati, sive ex clero, sive ex laicali[t] ordine, nec his licere accusare episcopum, antequam proprio crimine primitus exuantur. Similiter autem et eos qui sub accusatione prioris[u] ⟨l. priori⟩ existunt[v], non ante esse acceptabiles[w] in accusationem[x] episcopi aut aliorum clericorum, quam innoxios semetipsos illatorum sibi ostenderint criminum'. Quid[y] autem periculi regulae huius immineat contemptoribus, non ignoratis. § *Item in eadem*[z]. Ceterum[12] ut calamum ad Constantinopolitanos presules specialiter extendamus[a], aut numquam omnino aut certe vix eorum aliquis sine consensu Romani pontificis reperitur eiectus[b], qui tamen hactenus inter depositos annumeretur et non ab hereticis vel tyrannis pulsus aut interemptus commemoretur[c]. Denique ut ex his paucos commemoremus, nonne Maximus postquam multum[d] a Damaso papa, sicut eius ad diversos epistolae[13]

[c]) atque rog. *inser. L*, rogasse *om. N*. [d]) prohibeatis *N*. [e]) quae pro his *Pm*. [f]) eodem *codd. bB*. [g]) quia iam *G, N*, qui iam a fato *codd.* A^2, hii quia iam facto *Bb*. [h]) cummin. *G*, *Pm*, cum min. *N*. [i]) *postea inser. G*, V_2, *om. codd.* A^2; *Mansi*. [k]) federe V_3 *ex mala interpretatione* 'secundae' *et abbreviationis; om.* V_4; federe *corr.* secunde *Bb*. [l]) extiterit *Mansi*. [m]) *inser.* V_3, quidem non lic. her. V_2, V_3. [n]) *om. Ven*. [o]) *om. Ven*. [p]) omnes *Bb'*. [q]) *om. Bb'*. [r]) et *add. P*. [s]) fuerunt *Mansi*. [t]) clericali *G*. [u]) priores *N*. [v]) consistunt *Mansi*. [w]) acceptabilem *Ven*. [x]) accusatione V_1, *L*, V'_4. [y]) quod *G*, quid regulae aut. peric. huius V_2. [z]) eodem *codd. bB*. [a]) ostendamus V'_4. [b]) electus *Ven*. [c]) *ex* commemoraretur V_1, commemoraretur V_2, V_4. [d]) *om. Bb*.

[10] Col. 193. [11] hoc capitulum non synodi Constantinopolitanae I fuisse probat J. Hefele, Conciliengeschichte II p. 13, 26; legitur: Mansi, t. III col. 563 cum versione G. Herveti ut can. VI secundae universalis synodi. [12] col. 200. [13] Epist. Damasi 8 et 9 ap. Coustant I col. 535, 539.

missae indicant, laboratum est, Constantinopoli pulsus est? Nonne Nestorius[e]), nonne Acatius, nonne Anthemius[f]) ⟨l. Anthimus⟩, Sergius, Pirrus[g]), Paulus, Petrus sedis apostolicae discurrentibus consultationibus ac decretis eiecti[h]) sunt? Cum[i]) ergo ita sit, cur in solo Ignatio beati Petri memoriam despicere ac oblivioni tradere studuistis, nisi[k]) quia pro voto cuncta facere voluistis, constituentes[l]) synodum Ephesinae secundae[m]) crudelitate consimilem? § *Et post pauca.* Et[14] ad votum saecularium, ut cum pace vestra dicamus, de solio imperiali descendentes cathedram presularem, ut ita fateamur, ascendistis et pro desiderio hostium eius augustalium obliti sceptrorum quemdam regem Israel imitantes adversus illum sacer- II Paralipom. 26, 16.
dotalis ministerii[n]) arripuistis officium: presertim cum imperium vestrum suis publicae rei cotidianis administrationibus debeat esse contentum[o]), nec usurpare[p]) quae solum sacerdotibus Domini conveniunt. Dicite, quaeso[q]), ubinam legistis imperatores antecessores vestros[r]) in synodalibus conventibus interfuisse, nisi forsitan in quibus de fide tractatum est, quae universalis est, quae omnium communis est, quae non solum ad clericos verum etiam ad laicos et ad omnes omnino[s]) pertinet christianos. Vos autem non solum in[t]) synodo in causa sacerdotis collecta interfuistis, verum etiam numerosa saecularium millia videndi[u]) eius opprobrium (supple: causa) aggregastis, cum magis debueratis in[v]) hoc imitari Constantinum pium Augustum, de quo scriptum est[14], quod dixerit: ‘Quia si vidissem aliquem eorum, qui religioso circumamicti sunt habitu, turpitudinem aliquam operantem, clamidem meam explicassem et cooperuissem eum, ne videretur a quoquam’. Sed hoc in viro omnia haec[w]) oblivioni traduntur. Fit plausus de Domini sacerdote scurris et histrionibus. ‘Heu quomodo obscuratum est Thren. 4, 1.
aurum’, libet cum Hieremia clamare, *et cetera.* § *Item*[x]) *in eadem.* Sed[15] rogamus omnipotentem Deum, ut vobis[y]) tribuat nosse ad plenum suae[z]) dispositionis, qua[a]) sancta ecclesia moderatur, archanum, et quae sint vel quanta et qualia privilegia ecclesiae Romanae, et ex quo ceperint exordium et quis[b]) eius summae auctoritatis auctor existat, vobis clementer aperiat. Quod si a nobis quaeritis scire utpote a ministris Christi et dispensatoribus ministeriorum[c]) ⟨l. mysteriorum⟩ eius, vobis evidentius

---

e) Historius *Pm.* f) Anthemis V_2. g) Pirrus *N*, V_4, Pyrtus *G*, Pirthus *codd.* A_2, Pyrthus *Pm, M*, V_5, *Bb*, Pyrrhius *Bol.*, Phyrthius V_2, Phirtius V_3. h) abiecti V_4. i) cur ergo, cum *Mansi.* k) nisi cuncta pro voto fac. *P.* l) *ex* inst. *L*, instituentes *P.* m) ecclesiae *Bb'*, sedem V_4. n) misterii *codd.* A^2. o) contemptum *codd.* A^1, V_5. p) usurpate *G.* q) quos *Pm*, V_4. r) nostros *N*, tuos *Bb'*. s) *om. Bb'*. t) synodo ... collectae *Mansi.* u) ad videndum *Ven., codd. bB*, V_4; *Mansi.* v) *om. G.* w) *om. N, codd. bB.* x) item idem *Bol.*, V_2, item de eodem V_3. y) nobis *G, codd. bB*; ut qui suae cognitionis vobis reseravit mysterium, tribuat quoque nosse *epist. Nicol.* z) suas dispositiones, quibus *Mansi.* a) quod *N*, quae V_2. b) quisquis *G.* c) myministeriorum V_2 *J.*

14 Cf. Anastas. Biblioth. rec. C. de Boor, II 84, l. 11. 15 col. 204.

ostendemus; si vero nosse parvipenditis et solum contra privilegia ecclesiae
Acta Romanae nisus vestros erigitis, cavete ne super vos convertantur. Durum
9, 5. 26, 14. quippe est vobis contra impetum fluminis reluctari, durumque[d] est[e]
contra stimulum calcitrare. Porro si nos non audieritis, restat[f] ut sitis[g]
Matth. apud nos necessario[h], quales Dominus noster[i] Jesus Christus hos haberi
18, 17. precipit[k] qui ecclesiam Dei audire contempnunt, presertim cum ecclesiae Romanae privilegia Christi ore[l] in beato Petro firmata in ecclesia ipsa disposita antiquitus observata et a sanctis universalibus synodis celebrata atque a cuncta ecclesia iugiter venerata nullatenus possint[m] minui nullatenus infringi[n] nullatenus commutari, quoniam fundamentum quod Deus posuit[o] humanus non valet amovere conatus, et quod Deus statuit firmum validumque consistit. Illeque potissimum peccat qui Dei ordinationi resistere temptat. Privilegia, inquam, istius[p] sedis vel ecclesiae perpetua sunt, divinitus radicata atque plantata sunt[q], impingi possunt, transferri non possunt; trahi[r] possunt, evelli non possunt. Quae ante imperium vestrum fuerunt, et permanent Deo gratias hactenus illibata[s] manebuntque post vos[t], et quousque Christianum nomen predicatum fuerit, illa subsistere non cessabunt inmutilata. Ista igitur privilegia huic sanctae ecclesiae a Christo sunt donata, a synodis[u] non sunt donata, sed solummodo celebrata et venerata, per quae non tam honor quam onus nobis incumbit.

§ *Item*[v] *in eadem.* Proinde [16] animadvertendum est, quia non Nicena, non denique ulla synodus quodquam Romanae ecclesiae contulit privilegium, quae in Petro noverat eam totius iura[w] potestatis pleniter meruisse et cunctarum Christi ovium regimen accepisse, sicut beatus presul Bonifacius [17] attestatur universis episcopis per Thessaliam constitutis scribens: 'Institutio universalis nascentis ecclesiae de beati Petri sumpsit honore principium, in quo regimen[x] eius et summa consistit. Ex eius enim ecclasiastica disciplina per omnes ecclesias[y] religionis[z] iam crescente cultura fons emanavit. Nicenae synodi non aliud precepta testantur adeo, ut non aliquid super eam ausu sit constituere, cum videret nichil supra meritum suum posse conferri. Omnia denique noverat huic Domini sermone concessa'. Si omnia[a], ergo nichil defuit quod non[b] illi concesserit,

---

[d]) quippe *ex corr.* V_4. [e]) *om. N.* [f]) prestat *M, Bol.,* V_3, *Bb, at* restat *M in marg. man. 2.* [g]) scitis *Pm,* V_2, tales sitis *Ven.* [h]) tales *inser. M man. 2.* [i]) *om. N.* [k]) precepit V_1, *M, Bb'; Mansi.* [l]) *om. Ven.* [m]) commut. possunt, nullat. min. nullat. infringi *N.* [n]) frangi *Bb'.* [o]) disposuit *codd.* A^2. [p]) ipsius *solus* V_1. [q]) *del. M man. 2.* [r]) trahi — non possunt *inser. Bb in marg. m. 3.* [s]) illabata *P.* [t]) nos *N,* V_1. [u]) synodibus *plerique codd. A et B,* a sinodibus n. s. don. *om.* V_5, *inser. Bb m. 3.* [v]) it. in ead. *om. codd. Bb, solum* idem V_2. [w]) vita *G, N.* [x]) regnum *N,* V'_4. [y]) romanas *add. sed mox del. G,* V_1. [z]) *ex* regionis *suprascript. litt.* 'li' *corr.* V_1, religionis *N, P, L,* V_2, V_3, V_4, regionis *G, Pm, M, Ven.,* V_5, *Bb.* [a]) ergo omnia *G, Pm.* [b]) *om. N.*

[16] Col. 205. [17] scil. Bonifacius II; Mansi, t. VIII col. 755; Maassen § 290, 2, § 785.

denique si instituta Nicenae synodi diligenter inspiciantur, invenietur profecto, quod[c] Romanae ecclesiae nullum eadem synodus contulit incrementum, sed potius ex eius forma, quod Alexandrinae ecclesiae tribueret, particulariter sumpsit exemplum. Haec igitur et his similia nos et[d] pro Constantinopolitana et pro cunctis ecclesiis sollicitos reddunt. § *Item in eadem.* Per[e] [18] principalem beatorum apostolorum Petri et Pauli, de qua supra[f] exposuimus, potestatem ius habemus non solum[g] monachos verum etiam[g] quoslibet clericos de quacumque diocesi, cum necesse fuerit, ad nos convocare atque ecclesiasticis exigentibus opportunitatibus invitare. § *Item in eadem.* Et [19] ut[h] cum[i] beato Gelasio [20] nostrae sedis antistite consulte dicamus, necessaria rerum dispositione constringimur et apostolicae sedis moderamine convenimur, sic canonum paternorum decreta librare et retro presulum decessorumque nostrorum precepta metiri, ut quae presentium necessitas temporum restaurandis ecclesiis[k] relaxanda[l] deposcit, adhibita consideratione diligenti, quantum potest fieri, temperemus. Et quoniam de persona Ignatii atque[m] Photii nichil discretius atque mitius nec non et salubrius arbitramur, quam ut uterque Romam ad renovandum examen veniat, hoc magnopere volumus, et ut vos annuatis salubriter admonemus. § *Et infra.* Patet [21] profecto sedis apostolicae, cuius auctoritate maior non est, iudicium a nemine fore retractandum[n], neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Iuxta[o] quod Bonifacius papa [22] Rufo et ceteris episcopis per Thessaliam constitutis scribens: 'Nemo', ait, 'unquam apostolico culmini, de cuius iudicio non licet retractari, manus obvias[p] audacter intulit, nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se voluit[q] iudicari'. §[r]. Et [23] beatus[s] Gelasius [24] papa: 'Nec de eius, hoc[t] est Romanae ecclesiae, canones umquam preceperunt iudicari iudicio sententiamque illius constituerunt non oportere dissolvi, cuius potius sequenda decreta mandarunt'. Ergo de eius[u] iudicio, Romani presulis, non retractando, quia nec mos[v] exigit, quod diximus[w] comprobato, non negamus eiusdem sedis sententiam posse in melius commutari, cum aut sibi subreptum aliquid[x] fuerit aut

---

c) quia *codd. A²*. d) et pro Const. et *desunt Nicol.* e) § Per principalem — invitare *in Bb ut cap. II 14 denuo recurrit.* f) partim *add. Mansi.* g) in *add. Bb'.* h) *del. V_1, om. Bb*; *Mansi.* i) *om. P, L.* k) ecclesia V_2. l) *ex* relaxandis *G.* m) et *solus V_1.* n) tractandum *G.* o) *cum eorum quae praecedunt, tum quae sequuntur, aliquibus verbis praetermissis.* p) obuians *Ven.* q) volunt *Pm.* r) Item in eadem *add. Pm.* s) papa Gel., *N, V_1.* t) hoc est R. eccl. *desunt epist. Nicol.* u) *codd. A¹, V_5, rell. codd. om.* v) nos *G*, mox *L, V_2, V_3*, vos *V_3, Pis.* w) *sic V_3, V_4*, comprobatio dix. *G, codd. A² et alii*, comprobare dix. *N.* x) aliquod *G.*

18 Col. 208. 19 col. 209. 20 principium ep. 19 ad episcopos per Lucaniam et Brutios, A. Thiel p. 362; Maassen § 285, 12. 21 col. 210. 22 Bonifacius I, ep. 15, P. Coustant, col. 1042; Maassen § 278, 8, § 785. 23 col. ead. 24 ep. 10, A. Thiel p. 344; Maasen § 285, 4.

ipsa pro consideratione aetatum vel temporum seu gravium necessitatum dispensatione[y] quiddam[z] ordinare[a] decreverit; quoniam et egregium apostolum Paulum quaedam fecisse dispensatorie legimus, quae postea reprobasse dignoscitur; quando[b] tamen illa, Romana[c] videlicet, ecclesia discretissima consideratione fieri delegerit, non quando ipsa quae bene sunt diffinita retractari[d] renuerit. § *Et paulo post.* Ne[e] [25] ergo dicatis nos preter ecclesiae legem prefatos Romam venire sanxisse, beatus papa Julius [26] et accusatum et accusatores Romam venire precepit, et venerabilem Athanasium ad iudicium regulariter evocavit. Sed ille qui[f] bonam conscientiam habuit[g] nichil reluctans venit, illi vero qui malam contempserunt, scientes profecto facile suum capi posse mendacium; quod nos quoque in Ignatio ac Photio modo probabimus, quia conscientia se remordente qui pavet nobis oboedire contempnet[h]. § *Item in eadem.* Iam [27] vero si monitis nostris oboedieritis et quae intimavimus adimplere studueritis, favente Domino auctoritateque sanctorum principum apostolorum potiti licentiam christianissimae ac mansuetissimae sublimitati vestrae[i] concedemus[k] cum sancta catholica et apostolica ecclesia specialiter autem nobiscum et cum consacerdote[l] nostro Ignatio et cum parte ipsius communionis gratiam participandi, excepta communione[m] Gregorii Syracusani et partis eius atque consentaneorum ipsius communione. § *Item in eadem.* Nolite [28] indignari, nolite adversus nos frustra causari, nolite perversorum hominum verba libenter audire sed potius nos audite, nolite nobis minas pretendere, quoniam nec illas Domino protegente metuimus nec per has precepta vestra, nisi divinis[n] fuerint ornata iussionibus, faciemus. Parati autem sumus propter veritatem sanguinem nostrum[o] effundere et quidem plebem divinitus nobis commissam nec vobis nec ulli vestrum propitio Christo trademus. Vestrum autem est considerare, utrum quod meditamini valeatis necne perficere. 'Cogitate itaque dies antiquos et annos aeternos in mente habetote', et quid[p] imperatores qui persecuti fuerunt[q] ecclesiam Dei et maxime ecclesiam Romanam id est[r] Nero, Diocletianus, Constantius[s], Anastasius et ceteri moris eorum pertulerint[t], et ubi modo sint[u] attendite diligentei, et quantum sit in ecclesia Dei execrabilis fama eorum et nomen detestabile sapienter advertite[v]. Quam autem Dei cul-

Psalm. 76, 6.

---

y) *ex* dispensationem *corr. P,* dispensatorie *Mansi.* z) quedam V_1. a) ordinari V_2, V_3. b) *ex* quoniam *corr.* V_1, quoniam *G, Pm, Pis.* c) *om. G.* d) *om. codd.* A^2, retractare *N.* e) Non *solus* V_1. f) quia *N.* g) gerebat *Mansi.* h) contempnit *N.* i) nostrae *P, L.* k) *ex* concedimus *corrigunt et G et* V_1. l) sacerdote *G, N, codd.* A^2, consacerdo *inser. Pm m. 2.* m) *om. codd. bB,* V_4. n) vestris *add. sed mox delevit G.* o) *om. L.* p) quod *Ven.* q) fuerint *G,* fuerunt *Pm m. 2.* r) et *G.* s) Constantinus *facit Ven.* t) protulerint *Ven.,* pertulerunt *Bol.,* V_3. u) sunt *P.* v) *ex* advertite *corr. postea* audite *L.*

25 Ead. col. contextu ampliore. 26 Cassiod. Hist. trip. IV. 6. 27 col. 212. 28 col. 213.

torum[w]) Augustorum, qui ecclesiam Dei exaltaverunt et[x]) precipue Romanam, Constantini videlicet et Constantis, Theodosii quoque maioris et Valentiniani[y]) et ceterorum[z]) laus in[a]) universali ecclesia polleat et eorum[b]) preconia ubique personent et nomen eorum inpretermisse[c]) inter sacra misteria commemoretur, attentius et sedule recordamini, sicque[d]) nos audire illos imitantes satagite. *Et paulo post.* Quapropter[29] attendat clementia vestra, quantus fuerit erga sedis apostolicae reverentiam antecessorum vestrorum piorum[e]) dumtaxat imperatorum, et precipue quos longe superius memoravimus, amor et studium, qualiter Romanam ecclesiam diversis privilegiis extulerint, donis ditaverint, beneficiis ampliaverint, qualiter illam litteris suis honoraverint, eius votis annuerint, instituta perficienda mandaverint, orationes[f]) petiverint, fidem sectandam decreverint, qualiter etiam legibus suis pro adunandis[g]) ecclesiis promulgaverint, pro colligendis conciliis ac proferendis sententiis non imperaverint sed precati et hortati[h]) solummodo extiterint, et quae ipsius[i]) pontifices decreverunt[k]) ipsi consenserint, et quae illi dampnaverunt[l]) ipsi[m]) respuerint. Sic ergo, fili karissime, sic et tua sublimitas non ex parte ingratorum et inoboedientium filiorum existens, quod absit, sed hos inter ceteros Dei cultores Augustos imitando[n]), quae decrevimus de Constantinopolitana ecclesia obedienter attendat pre[o]) oculis habitis Domini verbis dicentis: 'Qui vos audit me audit, et qui vos spernit me spernit, et qui me spernit, spernit eum qui me misit'. *Et paulo post.* Dispensatione[p])[30] nobis coelestis seminis iniuncta vae[q]) si non sparserimus, uae, si tacuerimus. Quod cum electionis vas formidet et clamet, quanto magis cuilibet exiguo metuendum est? Proinde, sicut non leve discrimen incumbit pontificibus siluisse quod[r]) congruit, ita[s]) his, quod absit, non mediocre periculum est, qui cum debeant parere despiciunt. *Item*[t]) *in eadem.* Vos[31] autem, quaeso, nolite preiudicium Dei ecclesiae irrogare, illa quippe nullum imperio vestro preiudicium infert, cum magis pro stabilitate ipsius aeternam divinitatem exoret. Nolite[u]) quae sua sunt usurpare[v]), nolite quae ipsi soli commissa sunt velle subripere scientes[w]), quia tanto nimirum a sacris debet omnis mundanaram rerum administrator esse remotus, quanto

Luc. 10, 16.

---

w) cultores Augusti *N.* x) ut *G.* y) et Valentiniani *om. N, ex* Valentini *corr.* V_3. z) preconia *add. Ven.* a) *om. N, Ven., Bol.,* V_2. b) ceterorum *Ven.* c) inter pretermisse *G.* d) sic *G.* e) primorum V'_4. f) orationes — decreverint *om. G.* g) ei *add. codd. bB,* V_4; *Mansi.* h) exhortati *codd. bB,* V'_4; honorati *corr.* hortati *L m. 2, Ven.* i) ipsi *N*; illi *pro* ipsius pontifices *Mansi.* k) decreverint V_2 *J.* l) dampnaverint V_2 *J.* m) illi V_1. n) imitata *Mansi.* o) *paucis ex epist. Nicol. praetermissis.* p) dispensationem . . . iniunctam *Bb'.* q) etsi *G.* r) *paucis verbis praetermissis.* s) etiam *add. solus* V_1. t) it. i. ead. *om. Bol.,* V_3. u) *paucis praetermissis.* v) sperare *Bb'.* w) *ex corr. G,* sientes *Pis.*

29 Col. ead. 30 col. 214. 31 col. ead.

quemlibet ex catalogo clericorum et militantium Deo nullis[x]) convenit negotiis saecularibus implicari. Denique hi quibus tantum humanis rebus et non divinis preesse permissum est, quomodo de his per quos divina ministrantur iudicare presumant, penitus ignoramus. Fuerunt haec ante adventum Christi, ut quidam typice reges simul et sacerdotes existerent[y]) quod sanctum Melchisedech fuisse sacra prodit[z]) historia, quodque[a]) in membris suis diabolus imitatus, utpote qui[b]) semper quae divino cultui conveniunt sibimet ex[c]) tyrannico spiritu vendicare contendit, ut pagani imperatores idem et maximi pontifices dicerentur. Sed cum ad verum ventum est eundem regem atque pontificem, ultra sibi nec imperator iura[d]) pontificatus arripuit, nec pontifex nomen imperatorum[e]) usurpavit, quoniam idem mediator Dei et hominum homo Christus Jesus sic actibus propriis et dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit propria volens medicinali humilitate[f]) sursum efferri, non humana superbia rursus in[g]) inferna[h]) dimergi[i]), ut et Christiani imperatores pro aeterna vita pontificibus indigerent et pontifices pro cursu imperalium[k]) ⟨l. temporalium⟩ tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur, quatenus spiritualis actio carnalibus distaret incursibus et ideo militans Deo minime se negotiis saecularibus implicaret[l]), ac vicissim non ille rebus divinis presidere videretur, qui esset[m]) negotiis saecularibus implicatus. *Et post pauca.* Quibus[32] omnibus rite collectis satis evidenter ostenditur a saeculari potestate nec ligari prorsus nec solvi posse pontificem quem constat a pio principe Constantino, quod longe superius memoravimus, Deum appellatum, cum nec posse Deum ab hominibus iudicari manifestum sit. Sed et Theodosius minor[33] sanctae synodo scribens Ephesinae primae dicit: Deputatus est igitur Candidianus magnificentissimus comes strenuorum domesticorum transire usque ad sanctissimam[n]) synodum vestram, et in nullo quidem quae faciendae sunt de piis dogmatibus quaestiones seu potius expositiones communicare. Illicitum namque est eum qui non sit ex ordine sanctissimorum episcoporum ecclesiasticis intermisceri[o]) tractatibus. § *Et post pauca.* His[34] itaque[p]) manifeste repertis apparet comministrum nostrum[q]) Ignatium per imperialem tantummodo sententiam nullomodo potuisse prorsus expelli, in cuius dampnatione quia presulum quoque assensus[r]) est subsecutus, apparet id causa patratum fuisse adulationis non legitimae sanctionis.

---

x) nullatenus *solus* V_1. y) insist. *G*. z) pandit *solus* V_1, prodidit V_3. a) quod quia *N*, quod quoque V_3. b) *om. G*. c) et *add. G*, sibimet ex t. cult. conv. *rep.* V_2, V_3. d) *Pm m. 2*. e) imperatoris V_1, V_2, V_3, imperatorium *Mansi*. f) humanitate V'_4. g) *om. G*. h) infernum V_1. i) demergi V_1. k) imperialium *omnes codd. excepto M, qui man. 2 in marg. corr.* temporalium. l) implicaret — negotiis saecularibus *om. N*. m) est V_1. n) sanctam *G*. o) intermiscere *codd.* A^2. p) ita V_3. q) *om. N*. r) ascensus *N*, asensus *ex* ascensus *facit Pm*.

32 Col. 215. 33 in Sacra: 'Omnium quidem', Biblioth. Casin. t. I, Florilegium p. 5, Maassen § 738 not. 5. 34 col. ead.

C. 73. De constantia papae Agapiti[a]) contra Justinianum Augustum, quem tandem ad pedes suos humiliavit Ex[b]) Pontificali[1].

Agapitus natione Romanus[c]) ingressus Constantinopolim susceptus est cum gloria, et coepit altercationem habere de fide cum Iustiniano Augusto affirmans duas naturas in domino nostro Jesu Christo vero Deo et homine. Cui dixit Augustus: 'Aut consenti[d]) nobis, aut exilio te deportari faciam'. Tunc beatissimus papa cum gaudio dixit ad eum: 'Ego quidem peccator ad Justinianum christianissimum imperatorem venire desideravi, nunc autem Diocletianum inveni[e]), tamen minas tuas non pertimesco'. Tunc ex precepto Augusti accersito[f]) episcopo Constantinopolitano nomine Antimo[g]) et discussione patefacta numquam voluit confiteri duas naturas in uno domino nostro Jesu Christo, quem convicit beatus papa et glorificatus est ab omnibus. Tunc[h]) Justinianus Augustus gaudio repletus humiliavit se apostolicae sedi et adoravit beatissimum papam et segregato Antimo a communione et pulso in exilio[i]) ex rogatu[k]) Augusti consecravit in loco eius Mennam venerabilem[l]) virum.

C. 74. De obedientia et honore, quem Tiberius imperator exhibuit papae Constantino. Ex[a]) Pontificali[1].

Constantinus[b]) natione Syrus ingressus est Constantinopolim, cui a[c]) septimo miliario obviam venit Tiberius imperator filius Justiniani Augusti cum patriciis et omni[d]) sincletu[e]) et Cyrus patriarcha cum clero et multitudine populi omnes laetantes et diem festum agentes. Pontifex[f]) et eius clerus et primates[g]) cum sellaribus[h]) imperialibus et[i]) frenis inauratis simul et mappulis[k]) ingressi sunt civitatem. Et apostolicus pontifex cum caumelauco[l]), ut solitus est Romae procedere. In[m]) die autem, qua se invicem[n]) viderunt, Justinianus[o]) Augustus christianissimus cum regno in capite sese prostravit et pedes osculans pontificis deinde in amplexu mutuo corruerunt et facta est laetitia magna in[p]) populo.

C. 73. a) Acapiti *Bol.* b) ex pontificali *minic in margine script., Ven.* c) R. *codd. A?.* d) consentis, *Mommsen.* e) quod *add. Lib. pontif.* f) arcessito *G.* g) Anthimo *Ven., Bol.,* V_2, *Bb'.* h) piissimus *add. Lib. pontif.* i) exilium *N.* k) decreto V'_4. l) vener. virum *deest Libro pontif.*

[1] Liber pontificalis, p. I, ed. Th. Mommsen, p. 142, verbis hinc inde contractis.

C. 74. a) ex pontificali *om. Ven.* b) *ex* Constantinis *fec.* Constantinius *G.* c) sept. a *N.* d) *ex* omni sincletu *fac.* omnibus inclitis *M, statim* omnibus inclitis *scrib. Ven., cod.* E^1 *Lib. pontif., qui scripturae Anselmianae plurimum consentit.* e) singletu V_5, senatu *N*, V_3, sinclito *Lib. pontif.* f) vero *add. G, codd.* A^2. g) primatus *Pm.* h) sellares imperiales *Mommsen.* i) cum *add. codd.* A^2. k) in nappulis *N.* l) melauco *N,* camelauco *M*, V_1, V_3, V'_4, camelaico *Ven.,* caumelaugo *Lib. pont. cod.* E^1. m) *aliqua pretermissa sunt.* n) vicissim *Lib. pont.* o) *deest Lib. pont.,* autem *add. M.* p) in pop. *supra lin. Ven.*

[1] Liber pontificalis, p. 223, initio compendiato.

C. 75. Quod imperatoribus fas non est curiose de spiritualibus negotiis agere. Ex historia Anastasii [1].

Mundi anno 5856 divinae incarnationis anno 356 orthodoxi accesserunt ad Valentinianum [a]) per Hypatium [b]) episcopum Heracliae deprecantes quo fieri conventum preciperet super correctione dogmatis: Omousion [c]). Ad quos Valentinianus: 'Michi, inquit, cum subiecto populo de huiusmodi negociis curiose agere fas non est. Ut ergo videtur [d]) vobis sacerdotibus, facite'. Tunc [e]) venientes apud Lampsacum et duobus illic mensibus commorati novissime irrita fecere [f]), quae ab Eudoxio et Acatio [g]) Constantinopoli sunt patrata, tenendamque fidem apud Seleutiam expositam [h]) decreverunt. Sed impius Valens, quae apud Lampsacum gesta sunt, destruxit et episcopos qui ibidem [i]) convenerant exilio [k]) relegavit [l]). Interea Liberius papa Romanus et [m]) Athanasius et ⟨Meletius et⟩ Samosatensium Eusebius, qui Joviani [n]) precepto ab exilio fuerant revocati in orthodoxo sermone vigebant necnon et Hierosolymitanus Cyrillus et alii orthodoxi [o]) propugnatores.

C. 76. Qualiter [a]) Gregorius papa regnum a Leone imperatore separavit propter eius impietatem. In eadem [1].

Mundi anno 6217 [b]) divinae incarnationis anno 717 [c]) anno [d]) imperii Leonis nono [e]). Gregorius [f]) papa Romanae preest ecclesiae, quo videlicet anno oepit impius imperator Leo depositionis contra sanctas [g]) imagines facere verbum. Quod cum didicisset Gregorius papa Romanus, tributa Romanae urbis prohibuit et Italiae scribens ad Leonem epistolam [h]) dogmaticam non oportere imperatorem de fide facere verbum et novitate violare antiqua dogmata ecclesiae catholicae, quae a sanctis patribus sunt [i]) predicata. *Et infra* [2]. In seniori vero Roma Gregorius sacratissimus vir apostolicus et Petri verticis apostolorum consessor [k]) verbo et actu coruscans removit Romam et Italiam necnon et [l]) omnia tam reipublicae quam ecclesiasticae iura in Hesperiis ab obedientia Leonis et imperii sub

---

C. 75. a) Valentianum V_2, V_3. b) perypathium *G*, perhypatium V_1, *P*. c) omousii *Anast.* d) videatur *G.* e) faci *errore add.* V_1, *P.* f) facere *G*, *codd. bB.* g) Chatiano V'_4. h) exposita *codd.* A^2. i) ibi *G.* k) *om. G.* l) religavit *G.* m) *om. G.* n) Juviani *G*, Joviniani *codd.* A^2, Jobiani *Anast.* o) episcopi orthodoxae fidei *Anast.*

[1] Anastasii bibliothecarii Chronographia tripertita in Theophanis Chronographia rec. Car. de Boor, Vol. II Lips. 1885, p. 91.

C. 76. a) Quod *M*, *Bol.*, V_2. b) VICCXVIII *G*, VICCXII V'_4; 6216 *Anast.*, *at 6217 Theophanes Vol. I p. 404.* c) DCCXXII V'_4, divinae inc. DCCXVII *post inser. L.* d) *del. L.* e) noni *corr. G.* f) III *postea inser.* V'_4. g) sacras V_1; et venerabiles *add. Anast.* h) epām *L*, *supra:* vel epistolam *m. 2.* i) *om. Anast.* k) confessor *G*, *N*, *L*, *Bb'*. l) alia *add. P*, *L.*

[1] Anastasius l. c. p. 210. [2] p. 264 ad ann. 721.

ipso constituti. *Et paulo post.* Sane[3]) Gregorius sacratissimus presul Romanus, quemadmodum predixi, Anastasium Constantinopolitanum[m]) episcopum una cum libellis abiecit Leonem per epistolas tamquam impie agentem redarguens et Romam cum tota Italia ab illius imperio recedere faciens. Insaniens ergo tyrannus contra venerabiles imagines persecutionem extendit et[n]) contra papam atque recessum Romae ac Italiae saeviebat. Ea[o]) vero quae dicuntur patrimonia sanctorum apostolorum in Sicilia, quae ab[p]) olim ecclesiis auri dimidium et tria[q]) conferebant talenta publicae rationi exsolvi precepit.

C. 77. Quod Stephanus papa Pipinum in regem provehit[a]) et antecessorem eius regem totondit et in monasterio[b]) conscripsit, illum vero[c]) sacramento regi[d]) commisso absolvit. Ex[e])[1] historia Anastasii.

Papa Stephanus vi pressus et crudelitate Haistulfia[f]) coactus simul etiam ab ipso adhortatus est[g]) ire in Franciam et facere quaecumque[h]) posset. Veniens Pipinum provehit virum in omnibus probatissimum, qui preerat tunc quoque rebus post regem et debellaverat Arabes et[i]) occidit etiam principem eorum Abderachman[k]) et[l]) multitudinem haud facile numerabilem iuxta Rodanum[m]) fluvium[n]) et amatur[o]) a gente non solum propter hoc sed et propter alia precipua gesta et preficitur genti non ignorabiliter[p]) primus, solvente scilicet eum a periurio in regem commisso eodem Stephano; qui et totondit[q]) decessorem eius regem et in monasterio cum honore et requie circumscripsit.

C. 78. Item[a]) quam magnam obedientiam et humilitatem rex Pipinus Stephano papae exhibuit. Item[b]) ex Pontificali[1].

Stephanus natione[c]) Romanus[d]) abiit[2] ad excellentissimum regem Francorum Pipinum adversus Haistulphum regem Longobardorum auxilium

---

m) Const. ep. *deest. Anast.* n) *aliquibus pretermissis; ad ann. 724, p. 266.* o) *paucis iterum praetermissis. l. c.* p) obolim *G.* q) trita *G, codd. A², Bb', correxi* tria *sec. codd. bB, V'₄,* triginta *M* (*ex* trita), *Ven.,* XXX *N.*

3 p. 265.

C. 77. a) provexit eumque a periurio in regem commisso absolvit *M, codd. bB.* b) monasterium *G.* c) a *add. V₂.* d) regi comm. *om. V₅.* e) ex eadem *Bol., V₂, Bb', inscriptionem om. V₅.* f) Aistulfi *Bb',* Astulfi *Anast.* g) deest *Anast.* h) quodcumque *Anast.* i) *paucis pretermissis* p. 273. k) sic *V₁,* Abderachianan *G ex* Abderachinnam, Abderachinan *N,* Abcherachman *P,* Abderachman *corr. man. recent. L,* ('de' *in ras.*) *verisimiliter ex* Abcherachman. l) *post pauca.* m) Rothamum *codd. bB.* n) et admirationi habetur *add. Anast.* o) agente *G.* p) ignobiliter *Anast.* q) attondit *Anast.*

1 Anastasius l. c. p. 272.

C. 78. a) De obedientia et humilitate quam rex *etc. M, codd. bB.* De obedientia Pipini regis quam ferit Stephano papae *V₅.* b) *om. G, N.* c) naturaliter *N.* d) R. *G, L, Ven.*

1 Liber pontificalis, ed. L. Duchesne, Paris 1886, t. I p. 440 sq. 2 Lib. pontif. compendiatus p. 445—447.

postulans. Audiens autem[e]) idem rex eiusdem beatissimi pontificis adventum nimis festinanter in eius advenit occursum una cum coniuge et filiis et primatibus[f]), et fere ad centum milliaria[g]) filium suum Carolum ei[h]) obviam misit cum aliquibus[i]) ex suis optimatibus. Ipse quoque in palatio, quod[k]) dicitur[l]) Ponticone[m]), fere ad trium milliariorum[n]) spatium descendens de equo suo cum magna humilitate terrae prostratus una cum coniuge et filiis et optimatibus eundem suscepit[o]) pontificem. Cui et vice stratoris usque in aliquantum[p]) locum iuxta eius sellare properavit et[q]) cum magna gloria ad suum palatium perduxit[r]) et omnia, quae[s]) ab eo pontifex petiit, impetravit.

C. 79. Ubi[a]) papa Johannes VIII. cum episcopis et senatu populoque Romano Karolum in regem[b]) eligit[c]) et confirmat[d]). Johannes[e]) papa VIII.

Et quia pridem apostolicae memoriae predecessoris[f]) nostri[g]) papae Nicolai id[h]) ipsum iam inspiratione caelesti revelatum fuisse comperimus, elegimus[i]) Karolum hunc magni Karoli nepotem[k]) et approbavimus una cum annisu et voto omnium fratrum et coepiscoporum nostrorum atque[l]) sanctae Romanae ecclesiae ministrorum amplique senatus totiusque Romani populi gentisque[m]) togatae[n]). Et secundum priscam consuetudinem sollempniter ad imperii Romani sceptra proveximus et augustali nomine decoravimus unguentes eum oleo extrinsecus, ut interioris[o]) quoque spiritus sancti unctionem[p]) monstraremus constituentes[q]) ad imitationem scilicet veri regis Christi[r]) domini Dei nostri, ita ut quod ipse possidet per naturam iste consequatur per gratiam. Denique non hic perpetuus Augustus ad tanta fastigia se velut improbus intulit, non tamquam importunus fraude aliqua vel machinatione prava aut hianti[s]) ambitione ad imperialem apicem aspiravit. Absit. Neque enim sibi honorem presumptuose adsumpsit, ut imperator fieret, sed tamquam desideratus optatus postulatus a nobis et a

---

e) vero *Lib. pont. p. 447.* f) pro quo *add. Lib. pont.* g) milia *Lib. pont.* h) *paulo uberius dicit Lib. pont.* i) aliquis *P, L.* k) qui *N.* l) vocatur *Lib. pont.* m) Penticone *codd.* A^2. n) milli V_1, milium *Lib. pont.* o) sanctissimum papam susc. *Lib. pont.* p) aliquantulum V_1, *L; Lib. pont.* q) *quae sequuntur, sententiae sed non verba Libri pontif. sunt.* r) duxit *Bb'.* s) quaecumque *N.*

C. 79. a) Quod *codd. bB.* Quod Joh. papa cum ep. et sen. Karolum in regem el. V_5. b) et *add.* V_1, *P.* c) elegit *G, L.* d) confirmavit *L, M, Bol.,* V_3 e) *inscript. om. M,* V_1, V_5, *extat codd.* A^2, *Bol., in marg.* (*sine* VIII) *G,* V_3, Johannis papae *N.* f) decessori nostro p. Nicolao *Joh. VIII.* g) *om. codd.* A^2. h) ad *G, codd.* A^2, *om. Bol.,* ad *post corr.* id *Ven.,* id V_2. i) eligimus *P, L.* k) merito *add. Joh. VIII.* l) aliorum *add.* V_2; *Joh. VIII.* m) gentisque — imperii Romani *om. N.* n) rogatae *G.* o) interius *N,* V_2, V_5. p) unctionis monstr. virtutem *Joh. VIII.* q) scilicet *add. N*; *aliquibus praetermissis* constituens *Joh. VIII.* r) *om. G, add.* filii sui *Joh. VIII.* s) inhianti *Joh. VIII.*

¹ Mansi, t. XVI app. col. 172; Jaffé-W. post 3109.

Deo vocatus et honorificatus ad defendendam religionem et Christi ubique[t]) servos tuendos humiliter ac obedienter accessit operaturus et roboraturus[u]) imperio summam[v]) pacem et tranquillitatem et in ecclesia Dei iusticiam et exaltationem. Nisi enim nos talem eius cognovissemus intentionem, numquam animus noster fieret tam promptus[w]) ad ipsius provectionem[x]). Et cetera circa finem. Et conversus ad sanctam synodum dixit: Placet vobis? Respondent omnes: Placet. Et iterum dixit: Consentitis ita? Omnes respondent: Consentimus[z]).

Johannes[a])[2] episcopus Karolo, glorioso regi, inter cetera. Igitu. quia, sicut Domino placuit, Luduicus gloriosus imperator defunctus est, cum nos, quis[b]) in loco eius propitia[c]) divinitate succedere debuisset cum fratribus nostris[d]) et inclito Romano senatu concorditer tractaremus, devotione et fide tua ad medium deducta hanc multi dignis[e]) preconiis effere coeperunt. Cuius et nos non solum nostris diebus sed etiam beati papae Nicholai tempore reminiscentes excellentiam tuam ad honorem et exaltationem sanctae Romanae ecclesiae matris tua et ad securitatem populi Christiani eligendam esse speravimus.

C. 80. Quod Apostolico licet imperatores excommunicare ac deponere, quod aetiam aliqui fecerunt episcopi. Gregorius VII.[a]) papa[1]. Gregorius episcopus servus servorum Dei dilecto in Christo fratri H.[b]) Metensi episcopo inter cetera.

Quod[2] autem postulasti te quasi scriptis nostris iuvari ac premuniri contra illorum insaniam, qui nefando ore[c]) garriunt auctoritatem sanctae[d]) et[e]) apostolicae sedis non potuisse regem Henricum[f]) hominem[g]) Christianae legis contemptorem, ecclesiarum videlicet et imperii destructorem atque hereticorum auctorem et consentaneum, excommunicare nec quemquam a sacramento fidelitatis eius absolvere. *Et post pauca.* Ut[3] de

---

t) utique *Mansi.* u) in *add. Joh. VIII.* v) et *add. N.* w) pronus V_5. x) proventionem *G, codd.* A^2, V_5, promotionem *Mansi.* y) *sequentibus similia apud Mansi.* z) *signum* ⅌ *ponit* V_1 *in textu, L in marg.: in* V_2 *quod sequitur ut capitulum ipsum distinctum est. Rubricam:* De Carolo rege in Romanum imperatorem (imperium V_4) electo *praemittunt M, Bol.,* V_3, V_4. Ubi papa Johannes VII *(sic) etc., quae sunt rubrica cap. 79, Ven.* a) *littera initialis J deest L, eam colore coeruleo N, minio scriptam habet Pm.* b) qui *G; de hac et duabus aliis lectionibus v. P. Ewald, Die Papstbriefe der brittischen Sammlung, Neues Archiv V 322, n. 2.* c) prop. divin. *om. N.* d) nostris *om. N.* e) *P. Ewald vult dignam.*

2 Johannes VIII ad Carolum Crassum regem; Jaffé-W. 3019.

C. 80. a) Ex epistola Gregorii VII papae V_1, *P,* Greg. VII *in marg. P et* V_2, *inscriptionem nullam habent L, M, Bol.* b) Herimanno *codd.* A^2, ill. *Bol.* c) *om. G.* d) *om. G, N.* e) *om. N.* f) *ex* Heinricum *corr. P,* Heinricum V_1, *Ven., Bol.,* hunc V'_4. g) nomine *codd.* A^2.

1 Gregorii VII Registrum VIII 21, Monum. Gregor. ed. Ph. Jaffé, Berol 1865, p. 453 sq. 2 p. 453. 3 p. 454.

multis pauca dicamus, quis ignorat vocem domini ac salvatoris nostri
Matth. 16, 18. Jesu Christi dicentis in evangelio: 'Tu es P. et s. h. p. ae. ec. m.' et cetera usque: 'erit solutum et in coelis'? Numquid sunt hi reges excepti?
Joh. 21, 17. aut non sunt de ovibus, quas filius Dei beato Petro commisit? Quis, rogo, in hac universali concessione ligandi atque solvendi a potestate Petri
Matth. 11, 30. se exclusum esse existimat, nisi forte infelix ille qui iugum Domini[h]) portare nolens diaboli se subicit[i]) oneri et in numero ovium Christi esse recusat? *Et post quasdam optimas interpositiones.* Quodsi[4] beatus Gregorius[5], doctor utique mitissimus, reges qui statuta sua super unum xenodochium[k]) violarent non modo deponi sed etiam excommunicari atque in aeterno examine dampnari decrevit, quis nos H.[l]) non solum apostolicorum iudiciorum contemptorem, verum etiam ipsius matris ecclesiae, quantum in ipso est, conculcatorem totiusque[m]) regni et ecclesiarum improbissimum predonem et atrocissimum destructorem[n]) excommunicasse reprehendat[o]), nisi fortasse[p]) similis eius? Sicut beato Petro[q]) docente cognovimus in epistola[6] de ordinatione Clementis in qua sic ait[r]): 'Si quis amicus fuerit his quibus ipse', de eodem Clemente dicens, non loquitur, unus est et ipse ex illis qui exterminare ecclesiam Dei volunt; et cum corpore nobiscum esse videatur, mente et animo contra nos est, et est multo nequior hostis hic, quam illi qui foris sunt et evidenter inimici. Hic enim per amicitiarum speciem, quae inimica sunt, gerit et ecclesiam dispergit ac vastat. Nota ergo, karissime, si eum qui amicitia vel colloquio his quibus papa proactibus suis aversus est sociatur, tam graviter iudicat, quanta illum ipsum, cui pro actibus suis aversus[s]) est, animadversione dampnat? *Item post quasdam optimas interpositiones.* Talibus[7] ergo institutis talibusque fulti[t]) auctoritatibus plerique pontificum, alii reges alii imperatores excommunicaverunt. Nam si speciale aliquid[u]) de personis principum requiratur exemplum, beatus Innocentius papa[8]) Archadium imperatorem, quia consensit, ut sanctus Johannes Chrisostomus a sede sua pelleretur, excommunicavit. Alius item Romanus pontifex, Zacharias scilicet[v]), regem Francorum non tam pro suis iniquitatibus, quam pro eo quod tantae potestati non erat utilis, a regno deposuit, et Pipinum Karoli magni imperatoris patrem in eius loco substituit omnesque

---

h) Dei *P, L.* i) subicic V_2, *forsitan* subiecit *corruptum.* k) xenodoxium *G.* l) *sic M, Ven.,* hominem *G, N,* V_5, Heinricum V_1, Henricum *P, L.* m) totius V_1, *P,* que *inser. L m. 2.* n) deposuisse et *add. Greg. VII.* o) *sic Ven., M (ex corr. man. 2),* deprehendat *rell. codd.* p) forte *Greg. VII.* q) apostolo *add.* V_1. r) fiat *N: post* ait: *(cap.)* LXXX V_5. s) adversus *N.* t) suffulti *codd.* A^2. u) aliquod *codd.* A^2; *Greg. VII.* v) videlicet *Greg. VII.*

4 P. 456. 5 v. Bernhardi Lib. canonum c. 25 Mon., Germ. Libelli de lite I 495, n. 8, et quae de hac re exposui in ‚Neues Archiv' 16 p. 537. 6 Ps. Clemens c. 18, p. 36. 7 p. 458. 8 v. Innocentii I epistolam spuriam, ed. Coustant, app. col, 905.

Francigenas a iuramento fidelitatis, quod[w]) illi fecerant, absolvit. Quod etiam ex frequenti auctoritate saepe agit sancta ecclesia, cum milites absolvit a vinculo iuramenti, quod factum est his episcopis qui apostolica auctoritate a pontificali gradu deponuntur. Et beatus Ambrosius, licet sanctus[x]), non tamen[y]) universalis ecclesiae episcopus, pro culpa, quae ab aliis sacerdotibus non adeo gravis[z]) videbatur, Theodosium magnum imperatorem excommunicans ab ecclesia exclusit. Qui etiam in suis scriptis ostendit, quod aurum non tam pretiosius sit plumbo, quam regia potestate sit altior dignitas sacerdotalis, hoc modo circa principium sui Pastoralis[9] scribens: 'Honor[a]), fratres, et sublimitas episcopalis nullis[b]) poterit comparationibus adaequari. Si regum[c]) fulgori compares et principum diademati, longe erit inferius, quam si plumbi metallum[d]) ad auri fulgorem compares; quippe cum videas regum colla et principum submitti genibus sacerdotum et exosculata eorum dextera orationibus eorum credant se communiri[e]). Haec cuncta, fratres, ideo nos premisisse debetis cognoscere, ut ostenderemus nichil in hoc saeculo esse excellentius sacerdotibus, nichil sublimius episcopis reperiri[f]).

C. 81. Quod rogante Adriano papa Karolus rex Desiderium regem Longobardorum cepit, et[a]) quam[b]) honorifice idem Karolus[c]) Romae susceptus est. Ex[d]) Pontificali[1].

Adrianus nat.[e]) R.(omanus) necessitate compulsus direxit marino[f]) itinere suas apostolicas litteras Karolo excellentissimo regi Francorum deprecans, ut sicut suus pater sanctae memoriae Pipinus et ipse succurreret sanctae Dei ecclesiae adversus insolentiam et tyrannidem Desiderii regis Longobardorum. Tunc ipse a Deo protectus Karolus rex aggregans universam regni sui exercituum multitudinem per sex menses obsedit eundem Desiderium in civitate Papia. Adveniente vero paschali festivitate magno desiderio ad apostolorum limina properavit. Cui pontifex venerandas[h]) cruces id est signa obviam misit et universas scholas militiae et pueros portantes ramos palmarum sive olivarum. Ipse vero excellentissimus rex, qua hora easdem sacratissimas cruces et signa conspexit, statim de equo descendens cum suis ad beatum Petrum pedestris perrexit. Quem venerandus pontifex in sabbato sancto paschae in gradibus ipsius apostolicae aulae cum clero et populo Romano presto-

---

w) sic *N*, quam *G et reliqui codd.* x) fratres *G.* y) in *add. G.* z) gravius *Bol.*, V_2. a) inquit *add. codd. bB.* b) nullus *G.* c) regnum *Bol.* V_2. d) metalli V_2 *J.* e) et post pauca *add. Greg. VII.* f) repperire V_2 *J.*

9 V. 'de dignitate sacerdotali' opus s. Ambrosio suppositum cap. 2.

C. 81. a) et — susceptus est *om. Ven.* b) quam *om. M.* c) *om. M*, V_2, V_3. d) item exponunt *G*, *in marg. Bol.* e) naturaliter *N.* f) maritimo *codd.* A^2. g) a Deo *om. G.* h) venerandus *codd.* A^2.

1 Liber pontificalis ed. L. Duchesne I p. 493 sq., cuius compendium hic profertur.

latus est. Qui dum advenisset omnibus gradibus[i]) beati Petri deosculatis[k]) ad prenominatum[l]) pervenit pontificem. Cumque mutuo se amplexati essent, tenuit idem Christianissimus rex manum[m]) ipsius pontificis, et ita ad beati Petri confessionem cum omnibus suis properans terrae prostratus Deo et sancto eius apostolo vota persolvit. Tunc rex obnixe precatus est pontificem, ut illi licentiam tribueret Romam ingrediendi, orandi gratia per diversas ecclesias, et descendentes pariter ad corpus beati Petri cum iudicibus Romanorum et Francorum seseque mutuo per sacramenta munientes ingressi sunt continuo Romam. Celebrata vero paschali festivitate IIII. feria oblatis magnis donis beato Petro ad obsidionem[n]) Papiae reversus est, et auxiliante Deo et eodem apostolo Desiderium Longobardorum regem cum coniuge secum deportavit et[o]) sibi[p]) omne eius[q]) regnum subiugavit. [Sciat[r]) [2] rex quod sicut in throno hominum primus[s]) constitutus est, sic et in poenis, si iustitiam non fecerit, primatum[t]) habiturus est. Omnes namque, quoscumque peccatores sub se habuit, modo plagali[u]) supra se in illa futura poena habebit.]

C. 82. Quod Karolus rex et patricius provincias et civitates et castra aliaque multa ecclesiae sancti Petri dedit ac restituit. Ex[a]) epistola papae Adriani [1] recitata in[b]) II. actione VII. synodi.

Domnus Karolus rex Francorum et Longobardorum et patricius Romanorum nostris obtemperans monitis atque nostram[c]) adimplens[d]) in omnibus voluntatem[e]) per sua laboriosa certamina eiusdem[f]) Dei apostoli ecclesiae ob nimium amorem plura dona inperpetuo obtulit possidenda tam provincias quamque civitates seu castra et[g]) territoria immo et patrimonia, quae a perfida Longobardorum gente detinebantur brachio[h]) forti eidem[i]) Dei apostolo restituit, cuius et iura[k]) esse dinoscebantur. Sed aurum atque argentum cotidie pro luminariorum concinnatione seu alimoniis[l]) pauperum non desinit offerre[m]), quatenus eius[n]) memoria non derelinquatur in saeculum. Idcirco nimium diligentes ac venerantes vestrum a Deo concessum imperium magnopere suggerentes, quaesumus[o])

---

i) *inser. L.* k) deosculatus *G.* l) prenotatum V_1, *P.* m) manus *Bb'.* n) obscidionem *L*, obsidinionem V_2 *J.* o) et sibi omne genus eius regnum subiugavit *Ven.*, et sibi — subiugavit *om. Bol.* p) et *add.* V_1, *P.* q) regnum eius *Pm, M*, eius *om.* V_2. r) Cyprianus in libro XII abusivorum *praemittunt codd. bB.* s) primum *Bb'.* t) *ex* primatus *L*, primatus V_1, *P.* u) *ex* legali *corr. P.*

[2] Ex libro S. Cypriano supposito de XII abusionibus saeculi c. 9 i. f.

C. 82. a) inscriptionem *man. al. inser. L, M (man. 2), Bol. inm arg.* b) in sinodo *codd.* A^2. c) *om. G, N,* V_2, *Ven., Bol., inser. L.* d) adimplere *N.* e) volentes *G*, volens *N, Bb'*, volentem *L.* f) eidem *Mansi.* g) cetera *add. Mansi.* h) *om. G.* i) eiusdem V_1, *P.* k) vita *G*, iure V'_4 l) alimonia *N.* m) offerendo *Mansi.* n) regalis *Mansi.* o) q̅s̅ *codd.*

[1] Hadrianus I, epist. ad Constantinum et Irenem imperatores, Mansi, t. XII col. 1075; Jaffé-W. 2448.

ut presentium vectores[p]), videlicet Petrum[q]) dilectissimum nostrum archipresbyterum[r]) seu Petrum[q]) abbatem atque presbyterum venerabilis[s]) monasterii sancti Sabae[t]) hilari mente et vultu placidissimo suscipiatis[u]) et cetera.

C. 83. Quod cum magna honorificentia legati sedis apostolicae dirigendi sunt ad regem. Stephanus[1] episcopus servus servorum Dei Karolo glorioso imperatori inter cetera.

De cetero vestra noverit celsitudo litteras vestro nomine insignitas ad nos tertio kal. Apriles pervenisse, in quibus continebatur vos XIIII post sanctum paschae diem placitum tenere in Alemannia[2], ad quod sanctae cui Deo auctore presidemus ecclesiae legatos vos velle venire significabant[a]). Quae in ambiguitatem apud nos ob[b]) hoc devenerunt. Primo quidem, quia earum delator idoneus vestrae honorificentiae non habebatur persona videlicet vilissima; secundo, quia neque[c]) aliquid[d]) missi dirigi muniri deberentur, nec in epistola continebatur nec ipse verbotenus dicere sapiebat; tertio quia tam celeri tempore nec missi occurrere poterant nec parari ad proficiscendum; quarto, quia qui eos susciperet ad deducendum more solito secundum beati Petri vestramque decentiam deerat. Novimus itaque vestram gloriam ad huius ecclesiae decentiam et exaltationem summopere anhelare, prout talis filius tantae matris honorificentia[e]), a qua totius imperii diadema suscepit. Ideoque[f]) cum[g]) prelibata IIII. capitula, neutrae decentiae congrua[h]) haberentur, ambiguitas an vestrae essent litterae inolevit. Attamen si vestrae expedit decentiae atque utilitati, mittite qui causam indicent et eosdem legatos deducant; et nos congruo tempore pro posse ad vestrum obsequium gratanter mittemus, quia et consuetudo ecclesiae huius et decessorum vestrorum talis extitit et vestrae decentiae sic congruum videtur et creditur. Ipse perpendite cuius sit indecentiae, si secundum dedecus matris vestrae eius legati destinantur[i]); et si vobis necessitas quaelibet incumbit, qua[k]) auctoritate prodesse possint et a contrariis honorentur et audiantur, si vulgi more gradiuntur.

---

p) transvectores *Mansi.* q) P. *Bb'.* r) *ex* archiepiscopum *corr. L.* s) venerabilem (v—le V_3) *codd. bB,* V'_4. t) Sabee *L.* u) suscipiens iubeat *Hadr.*

C. 83. a) significabat *N.* b) ob hoc *om. N.* c) *legendum esse censeo:* quia per quem missi . . . deberentur, aliquid nec *etc.* d) *ex* aliquid *facit* aliqui *L.* e) honorificentiam *N.* f) Ideo *Ven.* g) cur *Bol.* h) congrue *codd. bB.* i) destinentur *codd. bB.* k) *ex* quia *L,* quia *G.*

1 Stephanus V, Neues Archiv f. ältere d. Gesch. V 412, n. 4 et VII 159; Jaffé-W. 3428. 2 Nempe Waiblingen, ut iam P. Ewald asseruit N. A. V. 412.

C. 84. Quod Adrianus papa suos[a]) legatos noluit Constantinopolim dirigere[b]), nisi imperator et Augusta cum[c]) omni senatu securitatem eis facerent, et quae sine ipso facta sunt prius anathematizarent, et ne universalis episcopus dicatur Constantinop[olitanus][d]). Ex[e]) II. actione synodi VII.[1] universalis CCCL episcoporum.

Adrianus episcopus servus servorum Dei[e]) dominis piissimis et serenissimis imperatoribus[f]) filiis diligendis in Deo et domino nostro Jesu Christo Constantino et Hirenae Augustis. *Et infra.* Si[2] vero impossibile est hereticorum vesaniae pro incredulitate ipsorum ipsas sacras ac[g]) venerandas[h]) imagines sine[i]) synodi actione in pristinum erigere ac confirmare statum et nostros sacerdotes pro huiuscemodi pia operatione vestra cupit serenissima imperialis potentia accersire, sicut in vestris fertur imperialibus iussionibus imprimis pseudosyllogum illud quod sine apostolica sede[k]) irrationabiliter nequiterque contra sanctorum venerabilium patrum traditionem de sacris imaginibus actum est anathematizetur presentibus missis nostris et tunc sicut antiquitus mos[l]) extitit, iureiurando vestra piissima ac[m]) tranquillissima potestas[n]) una cum domina Augusta vestra[o]) piissima genitrice seu eiusdem regiae urbis patriarcha nec non et cuncto senatu corporale tribuentes sacramentum verbum commonitorium, sicut antiquitus pia sacra nobis dirigere vestra dignetur imperialis potestas, quia non est apud vos partis cuiuslibet favor aut defensio sed aequalitatem utrisque partibus servabitis[p]) nullatenus necessitatem facientes in quocumque capitulo eis qui a nobis dirigentur quoquomodo sed et[q]) omni honore cum conpetenti[r]) munificentia et susceptione dignos eos habebitis. Et siquidem[s]) convenerint, ecce bene, si autem minime convenerint, iterum cum omni humanitate eos ad[t]) nos dirigere satagetis, quia dudum ibidem pro zelo fidei ac sanctarum imaginum religiosi viri[u]) directi in exilium missi sunt et bona[v]) confessione huius mundi vitam finierunt[w]). *Et infra.* Et[3] valde mirati sumus, quod in vestris imperialibus iussis pro patriarcha regiae urbis scilicet Tharasii <l. Tharasio> directis universalem eum ibidem reperimus exaratum, sed utrum per nequitiam[x]) aut scisma vel heresim

---

C. 84. a) *om. M, codd. bB.* b) mittere *M, codd. bB.* c) cum omni sen. *om. M, codd. bB.* d) Constantinopolim *N, codd. A², Ven.* e) *inscriptio post inserta L, minio in marg. adscripta Ven., in marg. etiam Bol.* e) domini *G.* f) ac triumphatoribus *add. Hadr.* g) atque *Bol., V₂.* h) reverendas *N,* venerabiles *V₁.* i) *om. V₂.* k) enormiter et *add. Hadr.* l) mox *G.* m) ac — piissima *om. Ven.* n) potestate *Bol., V₂.* o) piissimi imperii vestri genitrice *Hadr.* p) conservabitis *Hadr.* q) cum *add. G.* r) mun. compet. *Hadr.* s) utrique *add. Hadr.* t) ad nos *om. V₂.* u) ac Dei famuli *add. Hadr.* v) bonae confessionis *Hadr.* w) fin. vitam *Hadr.* x) imperitiam *Hadr.*

1 Hadriani papae I epistola, cuius versio graeca in concilio VII universali lecta est. Mansi t. XII col. 1056; Jaffé-W. 2448. 2 col. 1073. 3 col. 1074

iniquorum scriptum est ignoramus. Sed deinceps suademus vestrae clementissimae imperialique potentiae, ut minime in suarum exarationum serie universalis describatur, quia contra sanctorum canonum instituta[y]) esse videtur. In secundo enim ordine nisi[z]) per sanctae nostrae catholicae et apostolicae ecclesiae auctoritatem sicut[a]) omnibus patet, numquam valuit nomen habere, quia[b]) nimirum si universalis super prelatam sibi sanctam Romanam ecclesiam, quae est caput omnium Dei ecclesiarum, describatur, tamquam sanctarum synodorum rebellem[c]) atque hereticum se manifestare certum est, quia si universalis[d]) est[e]) etiam nostrae sedis primatum habere dinoscitur quod ridiculum omnibus fidelibus christianis apparet, quia in toto orbe terrarum ab ipso redemptore mundi, beato Petro apostolo principatus ac potestas data est, et per eundem apostolum cuius[f]) inmeriti vices gerimus, sancta catholica et apostolica Romana ecclesia[g]) usque in aevum tenet principatum ac potestatis auctoritatem. Si[h]) autem, quod non credimus, deinceps[i]) quispiam[k]) hunc[l]) universalem nuncupaverit vel assensum tribuerit, sciat se orthodoxae fidei[m]) alienum et nostrae sanctae[n]) catholicae et apostolicae ecclesiae rebellem.

C. 85. Ut monitis Apostolici[a]) obedientia prebeatur ab Augustis. Gloriosissimo et clementissimo filio Anastasio Augusto. Anastasius[1] episcopus.

Illud peculiarius pro amore imperii vestri et beatitudine quae[b]) consequi potuerit[c]) regnum, pro apostolico officio predicamus, ut sicut decet et[d]) Spiritus[e]) sanctus dictat, monitis nostris obedientia prebeatur, ut bona omnia vestram rempublicam consequantur, sicut in Exodo promittitur: 'Si audieris vocem domini Dei tui, et quae placent feceris coram ipso et obedieris preceptis eius et custodieris omnem iusticiam eius, omnem infirmitatem, quam importavi Egyptiis, non importabo in te'. Exod. 15, 26.

C. 86. Sacramentum[a]) regis Ottonis[b])[1] factum domino papae Johanni.

Tibi domno[c]) Johanni papae ego rex Otto[d]) promittere et iurare facio per Patrem et Filium et Spiritum sanctum[e]) et per hoc lignum

---

[y]) seu sanctorum patrum traditionum decreta *Hadr.* [z]) si non *Hadr.* [a]) in *add. Mansi.* [b]) quod *Mansi.* [c]) *om. G.* [d]) ecclesiae *add. Mansi.* [e]) *om.* V_1, *P.* [f]) vel *add. Hadr.* [g]) hactenus et *add. Hadr.* [h]) quatenus, quod *Hadr.* [i]) si quispiam *Hadr.* [k]) *sic Ven. Bb'*, quippiam *alii codd.* [l]) *om. G*, eum *Hadr.* [m]) esse *add. Hadr.* [n]) *om. G.*

C. 85. [a]) apostoli *G.* [b]) quam V_1. [c]) poterit *codd.* A^2, V_2, V_3; *Thiel.* [d]) *om. G.* [e]) sanct. spir. *codd.* A^2.

[1] Anastasius papa II, ep. 1, c. 6, A. Thiel I p. 619; Jaffé-W. 744.

C. 86. [a]) De sacramento . . . facto *M, Bol.*, V_2. [b]) Attonis *Bol.* [c]) donno *G.* [d]) Oto *G.* [e]) *om. G.*

[1] Promissio Ottonis regis, anno 962. Mon. Germ. Acta publica I p. 21.

vivificae crucis et per has reliquias sanctorum; quod[f]) si permittente Deo[g]) Romam venero, sanctam Romanam ecclesiam et te rectorem ipsius exaltabo secundum meum posse. Et nunquam vitam aut membra neque ipsum honorem quem[h]) habes mea voluntate aut meo consensu aut meo consilio aut mea[i]) exhortatione[k]) perdes. Et in Roma nullum placitum aut[l]) ordinationem faciam de omnibus quae ad te aut[m] ad[n]) Romanos pertinent sine tuo consilio. Et quicquid de terra sancti Petri ad nostram potestatem venerit, tibi reddam. Cuicumque autem regnum Italicum commisero, iurare[o]) faciam illum, ut adiutor tui[p]) sit ad defendendam terram sancti Petri[q]) secundum suum posse.

C. 87. Epistola Johannis papae ad imperatorem Justinianum et[a]) imperatoris ad papam de confirmatione fidei catholicae contra Judaicam et apostaticam perfidiam. Justiniano Augusto[b]) Joannes[1] urbis Romae episcopus.

Inter claras sapientiae[c]) mansuetudinis[d]) vestrae[e]) laudes christianissime principum puriore luce[f]) tamquam sidus[g]) aliquod irradiat, quod amore fidei quod caritatis studio edocti[h]) ecclesiasticis disciplinis Romanae sedis reverentiam conservatis et ei cuncta subicitis et ad eius deducitis unitatem ad cuius auctorem[i]) hoc est apostolorum primum[k]) Domino loquente
Joh. preceptum[l]) est[m]): 'Pasce oves meas, quam esse omnium ecclesiarum vere
21, 15. caput et patrum regulae et principum statuta declarant, et pietatis vestrae reverentissimi[n]) testantur affatus. Patet igitur in vobis impletum fore
Prov. quod scripturae loquuntur: 'Per me reges regnant et potentes scribunt
8, 15. iustitiam'. Nichil enim est quod lumine clariore[o]) prefulgeat quam recta[p]) fides in principe, nichil[q]) est quod ita nequeat[r]) occasui[s]) subiacere quam vera religio, nam cum auctorem vitae vel luminis utraque respiciant, recte[t]) et tenebras respuunt[u]) et nesciunt subiacere defectui. Quamobrem, gloriosissime principum, votis omnibus exorabitur divina potentia, ut pietatem vestram in hoc ardore fidei in hac devocione mentis in hoc in-

---

g) *om. Bb'.* h) nunc habes et per me habiturus eris *Prommissio.* i) *om. Promissio.* k) exortatione *M, Ven., Promissio.* l) neque *Promissio.* m) vel *Promissio.* n) *om. N,* tuos *add. Promissio.* o) tibi *add. Promissio.* p) tuus *Bb'.* q) P. *G, Ven., M.*

C. 87. a) et — papam. *om.* V_5, — perf. *om. Bol.* b) *om. Bol.* c) ac *add.* V_2, V_3, *Bb'.* d) magnitudinis *G.* e) nostrae V_2. f) lunae V_3. g) *ad haec:* 'Nota' *in marg.* V_1, sydus — edocti *in marg. inser. Ven.,* synodus V_2; aliquod sidus *Cod. Just.* h) haec *inser Ven.* i) *ex* auctoritatem *L,* auctoritatem V_1, *P,* V_3, auctoritatem *suprascripto* 'em' *corr.* V_2, et ad eius auctorem V'_4. k) primo V_1, *P.* l) prepositum *N.* m) *om.* V_1, *P.* n) reverentissimae *Bb'.* o) clariorem *Ven.* p) rectam V_2. q) enim *add. Ven.,* nih. est enim *C. Just.* r) *ex* nequeant *corr. M man. ead.;* nequeant *G,* V_2. s) occasio *Bb'.* t) rectae V_2 *J.* u) *ex* respiciant *corr.* V_3.

1 Johannes papa II, Cod. Just I 1, 8; Avellana collectio ed. O. Günther, Vindob. 1895, I nr. 84, ex qua tamen hoc capitulum desumtum non esse, lectiones discrepantes et finis probant.

tegrae religionis studio sine defectu sui in tempora longiora[v] conservet[w].
Hoc enim et sanctis credimus ecclesiis expedire, scriptum est enim: ʻLabiis Prov.
regit rex', et iterum: ʻCor regis in manu Dei, et ubi voluerit, inclinabit 16, 13. Prov.
illud'. Hoc est enim quod vestrum firmat[x] imperium, hoc quod vestra 21, 1.
regna conservat[y]; nam pax ecclesiae religionis unitas auctorem facti in
sublime provectum grata sibi tranquillitate custodit neque enim parva ei[z]
vicissitudo a potentia divina tribuitur; per quem nullis rugis ecclesia divisa
secernitur, nullis insertis maculis variatur. Scriptum est enim: ʻQuia, cum
rex iustus sederit supra sedem, non adversabitur sibi[a] quicquam mali- Prov.
gnum[b]. Proinde serenitatis vestrae apices per Hypatium[c] atque Deme- 20, 8.
trium sanctissimos[d] viros fratres et coepiscopos[e] meos reverentia con-
sueta[f] suscepimus, quorum etiam relatione comperimus, quod fidelibus
populis proposuissetis[g] edictum amore fidei[h] pro submovenda hereti-
corum intentione secundum apostolicam doctrinam fratrum et coepiscopo-
rum[i] nostrorum interveniente consensu, quod quia apostolicae doctrinae
convenit nostra auctoritate confirmamus. Textus[k] autem epistolae talis
est[l]. Victor Justinianus pius[m] felix inclitus triumphator semper
Augustus Johanni sanctissimo archiepiscopo almae urbis Romae et pa-
triarchae. Reddentes honorem apostolicae sedi[n] et vestrae sanctitati quod
semper in nobis[o] votum fuit et est, et[p] ut decet patrem honorantes
vestram beatitudinem, omnia quae ad ecclesiarum statum pertinent festi-
namus ad notitiam deferre vestrae sanctitatis, quoniam semper magnum
nobis fuit studium unitatem vestrae apostolicae sedis et statum[q] sancta-
rum[r] Dei ecclesiarum custodiri[s], qui hactenus optinet et incommote per-
manet[t] nulla intercedente contrarietate. Ideoque omnes[u] sacerdotes[v]
universi Orientalis tractus et subicere et unire sedi vestrae sanctitatis pro-
peravimus. Et in presenti ergo quia haec commodata[w] ⟨l. quae hic com-
mota⟩ sunt, quamvis[x] manifesta et indubitata[y] sint et secundum apo-
stolicae vestrae sedis doctrinam ⟨ab⟩ omnibus[z] sacerdotibus semper firme

---

v) largiora *G, N, Bb′*. w) servet *G*. x) firmet *codd.* A^2. y) *sic N, Bb′*; conservet *alii exhibent codd. A et B; sed ex* conservet *corr. M man. 2.* z) *om. P.* a) ei *Avell. ed. Günther.* b) malignus *Bb′*. c) *sec.* V_2, V_3, *Bb′ correxi* Hypacum (Hip.). d) sacratissimos V_3, V_4. e) *sec. codd. bB correxi* episcopos. f) *om. G.* g) *ex* proposuisses *G, N, codd.* A^2, *Bb et aliorum codd. correxi*; proposuistis *codd. bB*, V_4. h) *sec. codd. bB*, V'_4 *correxi* dei. i) *sic* V_3, V'_4, episcoporum *alii codd.* k) *titulum:* Epistola imperatoris *praemittunt M, codd. bB*, V'_4; *LXXXVIII addidit Bb at mox delevit*; Testus *P, Ven., Bb,* Texstus V_3, Textum V_5. l) *sequitur signum* ⁒ *in codd.* A^2. m) felix pius V_1. n) sedis vestrae *codd.* A^2. o) *sic N, Ven.*, V_5, vobis *alii codd. A et codd. M, Bb*; in votum nobis *codd. bB*, V_4, nobis in voto *Cod. Justin.* p) *om. G.* q) *om. Bb′*. r) Dei sanct eccl. *G*, sanct. eccl. Dei *Bol.*, V_3. s) custodire *G, N, L, Ven.* t) *ex* pertinet *corr.* V_3. u) sacerdotes omnes *N, codd.* A^2, V_3. v) *ex* sacerdos V_3. w) commoda *N, Bb′*. x) quamvis m. et ind. sint V_3 *in marg.* y) indebita *G*. z) ab omnibus semper sac. *Cod. Iustin., Avell.*

custodita et predicata, necessarium duximus, ut ad notitiam vestrae sanctitatis perveniant. Nec enim patimur quicquid[a] ad ecclesiarum statum pertinet, quamvis manifestum[b] et indubitatum sit, quod movetur, ut[c] non etiam vestrae innotescat sanctitati, quia caput est omnium sanctarum ecclesiarum. Per omnia enim, ut dictum est properamus honorem auctoritatem crescere[d] vestrae sedis; manifestum igitur facimus vestrae sanctitati, quod pauci quidem infideles et alieni sanctae Dei catholicae atque apostolicae ecclesiae contradicere Judaice atque[e] apostatice ausi sunt adversus ea[f], quae ab omnibus sacerdotibus secundum vestram doctrinam recte tenentur et glorificantur ac[g] predicantur. *Et post pauca*[2]. Omnes ergo sacerdotes sequentes doctrinam apostolicae[h] vestrae sedis ita credunt et confitentur[i] et[k] dicunt[l]. Unde properavimus hoc[m] ad notitiam vestrae deferre sanctitatis per Hypatium et Demetrium beatissimos episcopos[n], ut nec vestram sanctitatem[o] lateat, quae a quibusdam paucis monachis male et Judaice secundum Nestorii perfidiam denegata sunt. Petimus ergo vestrum paternum affectum, ut vestras[p] ad nos destinetis[q] litteras et[r] ad sanctissimum episcopum huius almae urbis et patriarcham vestrum fratrem, quoniam et ipse per[s] eosdem[t] scripsit ad vestram sanctitatem festinans in omnibus sequi sedem apostolicam beatitudinis vestrae, manifestum nobis faciatis, quod omnes qui predicta recte confitentur suscipit vestra sanctitas et eorum, qui Judaice ausi sunt rectam denegare fidem, condempnat perfidiam[u]. Plus enim ita et[v] circa vos[w] omnium amor et vestrae sedis crescit auctoritas, et quae ad vos est unitas sanctarum ecclesiarum inturbata servabitur: quando[x] per vos didicerint omnes beatissimi episcopi eorum, quae ad vos[y] relata[z] sunt, sinceram vestrae sanctitatis doctrinam. Petimus autem vestram beatitudinem orare pro nobis et Dei nobis acquirere providentiam. Et subscriptio[a]. Divinitas[b] te servet per multos annos, sancte ac[c] religiosissime[d] pater. §[e]

---

a) quicquam quod *P. Krueger.* b) est *add. G.* c) et *G.* d) accrescere *codd. bB, V'$_4$.* e) atque ap. *om. P. Krueger.* f) *om. codd. A^2.* g) atque *Cod. Justin.* h) vestrae apost. *V$_5$.* i) confidenter *Bol., V$_3$.* k) *om. codd. bB.* l) predicant *P. Krueger.* m) haec *Cod. Justin.* n) *ex* apostolos *corr. V$_3$.* o) *lat. sanct. V$_3$.* p) vestris ad nos destinatis litteris *P. Krueger.* q) destinctis *L.* r) *addidi sec. codd. bB.* s) per *om. Bb'.* t) *sec. codd. bB, V'$_4$ correxi ex* eos descripsit *G, N, P, L, M, Ven.*; eos ad vestram descripsit *V$_1$.* u) perfidia *ex* perfidiam *N.* v) et *om. Bb',* omnium ita et *N.* w) sec. *codd. bB, V'$_4$ correxi ex* nos. x) quoniam *G.* y) nos *suprascr.* 'v' *Ven.* z) *sec. codd. bB, V$_5$, correxi ex* relicta *G, N, codd. A^2, V$_4$, Bb' et aliorum.* a) Et subscr. *Bol., V$_3$, in marg.* Et haec subscr. *Bb'.* Et alia manu *P. Krueger.* Data *in codicibus omissa est.* b) diuinitatis *N.* c) et *G.* d) gloriosissime *G,* religiose *V$_3$.* e) *om. G ita, ut indistincte sequantur* (L)iquet *etc.* LXXXVI, Professio imperatoris, quod primum et maximum bonum est christianae fidei recta confessio *praemitt. hic errore librarii Ven.* LXXXVIII, Idem papa ad eundem imperatorem de recipiendis *V$_5$.* Epistola Johannis

[2] § 20.

Liquet igitur, gloriosissime imperator, ut lectionis tenor et legatorum vestrorum relatio patefecit[f]), vos apostolicis eruditionibus studere, cum religionis[g]) catholicae fidei ea sapitis, ea scripsistis, ea protulistis[h]), fidelibus publicastis[i]), quae, sicut diximus, et sedis[k]) apostolicae doctrina et patrum[l]) decrevit auctoritas et nos confirmavimus in[m]) omnibus. Oportunum est ergo voce proclamare[n]) prophetica: Tibi abundetur[o]) coelum desuper, effundant montes iocunditatem et colles iustitiam[p]) letitia[q]) letabuntur. Hoc[r]) igitur[s]) in tabulis cordis fidelis[t]) scribere, hoc[r]) ut pupillas[u]) oculorum convenit observari[v]). Neque enim quisquam est, in quo Christi caritas fervet[v']), qui tam rectae, tam verae confessionis vestrae fidei refragator existat, cum impietatem evidenter Nestorii Euticiique[w]) vel[x]) omnium hereticorum dampnantes unam veram[y]) catholicam fidem domini et Dei nostri salvatoris Jesu Christi magisterio institutam propheticisque[z]) predicationibus ubique diffusam et sanctorum per totum orbem confessionibus roboratam, patrum atque doctorum sententiis adunatam et nostrae doctrinae consentaneam inconcusse atque inviolabiliter devota Deo et pia mente servatis. Soli etenim[a]) vestris professionibus adversantur, de quibus divina scriptura loquitur dicens: 'Posuerunt mendacium spem suam et mendacio[b]) operiri speraverunt[c]): et iterum qui[d]) secundum Prophetam dicunt Domino: 'Recede a nobis, vias tuas scire nolumus', propter quod[e]) Salomon dicit: 'semita[f]) propriae culturae erraverunt, colligunt autem manibus ⟨in-⟩ fructuosa'[g]). Haec est[h]) igitur vestra vera[i]) fides, haec[k]) certa religio, hoc beatae recordationis, ut diximus, patres omnes presulesque Romanae sedis[l]), quos in omnibus sequimur, hoc sedes apostolica predicavit hactenus et inconvulse custodivit: huic confessioni huic fidei quisquis contradictor extiterit, alienum sane[m]) a communione, alienum se ipse ab ecclesia

Isai. 45, 8; 55, 12.

Isai. 28, 15.

Jerem. 4, 7.

---

papae *M minio script. codd. bB,* V_4; *spatium unius lineae vacuum rel. Pis.*; Epistola Johannis papae § LXXXVIIII *minio script. del. Bb., sola littera initiali 'L' distinguunt capitulum (G), N, L.* f) patefacit *N,* V_2, V_3, V_5, *Bb'.* g) *correxi ex* religionibus *G, codd.* A^2, *Bb',* religiosis *N,* de religionibus (regionibus *Bol.*) *codd. bB,* V_4, religione *M (in marg. man. 2), Ven.;* de religionis catholicae fide *P. Krueger.* h) populis *P. Krueger.* i) *sec.* V_2, V_3, V_4 *correxi ex* publicatis. k) sedes apostolica docet *P. Krueger.* l) veneranda *add. Cod. Justin.* m) *om. G, codd.* A_2, *M, codd. bB.* n) clamare proph.: Iucundetur *P. Krueger, Avellana.* o) *ex* habundetur *corr.* habundet *M,* abundet *Ven., Bb'.* p) *addidi ex G, N, om. P. Krueger* (iustitia *cod. C*). q) *om. N.* r) haec *Cod. Justin.* s) ergo *N.* t) fideles *P. Krueger.* u) pupillam V_5, *Bb'.* v) *ex* observare *P. Krueger.* v') ferveat *N.* w) Euticisque *Bb',* Eutychisque *Cod. Just.*, et Eutychis *Avell.* x) et *P. Krueger.* y) ex ūa V_3, vero *Bb'.* z) et propheticis apostolicisque *P. Krueger.* a) enim *Neccenii* V_5. b) mendaci operi *G, N,* V_3, *Bb',* mendacium V_2, V_3, V_4. c) se paraverunt V'_4, idem *Bb'.* d) *sic N,* V_3, V_5, *Bb',* quod dicunt sec. proph. dicunt *G, Pm,* V_1, *L.* e) quos *P. Krueger.* f) semitas *P. Krueger, Avell.* g) infructuosa V_3, V'_4: *P. Krueger.* h) igitur est *N.* i) *om.* V_1, *L,* V_5. k) hoc *G, codd.* A_2, *M, Ven. man. 1.* l) ecclesiae *Cod. Justin.* m) a sancta *P. Krueger.*

iudicavit esse catholica. Nos enim in Romana Cyrum cum sequacibus[n] suis invenimus civitate, qui de Acimitensi[o] monasterio fuit, quos apostolicis suasionibus ad rectam fidem[p] velut oves, quae perierant errantes, ad ovile contendimus revocare Dominicum, ut agnoscerent secundum Prophetam linguae balbutientes loqui quae ad pacem sunt. Ad[q] non credentes autem per nos primus apostolorum Hesayae[r] prophetae verba dicit: Isai. 50, 11. 'Pergite lumine[s] ignis vestri[t] et flammae[u], quam accendistis'[v] Sed obduratum est[w] cor eorum, ut scriptum[x] est, ut non intelligerent, et pastoris vocem oves quae meae non erant audire minime valuerunt. In quibus servantes ea quae ab ipsorum sunt statuta pontifice, eos minime in nostra[y] communione recepimus[z] et ab omni ecclesia catholica esse[a] iussimus alienos, nisi errore dampnato doctrinam nostram quantocius[b] sequi[c] habita regulari professione signaverint[d]. Aequum quippe est, ut qui nostris minime obedientiam commendant[e] statutis, ecclesiis habeantur extorres. Sed quia gremium suum nunquam redeuntibus claudit ecclesia, obsecro clementiam vestram[f], ut si proprio errore deposito et prava intentione[g] depulsa ad unitatem ecclesiae reverti voluerint, in nostra communione recepti[h] ⟨l. receptis⟩ indignationis vestrae removeatis[i] aculeos et nobis intercedentibus benigni animi gratiam condonate. Deum[k] autem et salvatorem nostrum Jesum Christum[l] exoramus, quatenus longaevis et[m] pacificis[n] vos[o] dignetur custodire temporibus in hac vera religione et unitate et veneratione apostolicae sedis, cuius principatum ut christianissimi et pii conservatis in omnibus. Preterea, serenissime principum, laudamus[p] legatorum vestrorum personas, Hypatii et Demetrii fratrum et coepiscoporum[q], quos clementiae vestrae gratos fore ipsa manifestavit electio. Nam tantae causae pondus non nisi[r] in Christo perfectis potuisset[s] iniungi, tantae vero pietatis, tantae reverentiae plenos affectus[t] nisi per amantes minime dignaremini destinare[u]. Gratia domini nostri Jesu

---

n) sequacibus — revo (care) *in duabas lineis atramento subfusco scriptura densiore coartata sunt M.* o) Acouitensi *codd.* A^2, Acimintensi *Bol.*, V_2, V_4, Acoemetensi *P. Krueger, Avell.* p) et *add. Cod. Justin.* q) ad non *codd. bB*, V'_4, ad non *om. G, N, codd.* A^2 *et alii*, non credentibus *P. Krueger*, ad non credentes *Avellana.* r) Ysaiae *codd.* A^2, Esayae *M, Bol.*, V_3, Esaiae *Ven.*, V_2 *J*, V_5. s) in lumine *N*, lumini *P. Krueger.* t) nostri *G, codd.* A^2, V_3. u) in flamma *N.* v) accenditis *codd.* A^2. w) insipiens *add. N.* x) dictum *N.* y) vestra *G.* z) *sec. codd. bB correxi*, recipimus *G, codd.* A^2, *Bb*; recepimus *Cod. Justin., Avellana (ex qua vero Krueger allegat:* recipiunt). a) *om. codd.* A^2. b) quam tocius *G.* c) semper *G, N.* d) signaverunt V_1. e) commendavere *codd.* A^2; commodant *Cod. Justin., Avell.* f) tuam V_5, *Bb'.* g) institutione *Avell.* h) receptis *P. Krueger.* i) amoveatis V_1. k) Dominum V'_4. l) *om. codd.* A^2, *Bol.*, V_3, V_4, V_5, *Bb'.* m) ac *codd.bB.* n) pontificis V_3. o) *add.* diligenter V_3. p) *sequitur rasura in Bb.* q) episcoporum *N*, nostrorum *add. P. Krueger.* r) perf. in Chr. *Avellan.* s) iis *add. P. Krueger*, potuissetis iniungere *Avellana.* t) affatus *Cod. Justin.* u) Et alia manu: *add. P. Krueger, Avellana.*

Christi et caritas Dei[v]) et communicatio sancti[w]) Spiritus sit semper vobiscum, Amen[x]), piissime fili. Item subscriptio: Omnipotens Deus regnum vestrum perpetua protectione custodiat, gloriosissime et[y]) clementissime[z]) imperator Auguste.

C. 88. Professio[a]) imperatoris, quod primum et maximum bonum est[b]) christianae fidei recta confessio. Imperator[1] Caesar Flavius[c]) Justinianus felix[d]) inclitus victor ac triumphator semper Augustus. Edictum[e]) Constantinopolim[f]).

Primum esse et maximum bonum[g]) omnibus hominibus credimus verae et inmaculatae christianorum fidei rectam confessionem, ut per omnia[h]) haec roborentur[i]) ⟨l. roboretur⟩ et omnis orbis terrarum sanctissimi sacerdotes ad concordiam copulentur et consone immaculatam christianorum confessionem predicent et omnem occasionem quae ab[k]) hereticis invenitur auferant[l]): quod ostenditur et ex diversis conscriptis[m]) a[n]) nobis libris et edictis[o]) et cetera.

C. 89.[a]) Quod sacerdotium et imperium humanam maxime vitam exornat et de eligendis ordinandisque[b]) episcopis et de dampnatione symoniacae perversitatis. Idem[1] Augustus Epiphanio archiepiscopo[c]) Constantinopolitanae[d]).

Maxima[e]) in hominibus[f]) sunt dona[g]) Dei a superna collata clementia: sacerdotium et imperium, illud quidem divinis ministrans, hoc autem humanis presidens[h]) ac diligentiam exhibens; ex uno eodemque principio utraque procedentia[i]) humanam exornant[k]) vitam[l]). Ideoque nichil sic erit studiosum imperatoribus, sicut sacerdotum honestas, cum utique et pro illis ipsis semper Deo supplicent. Nam si hoc quidem inculpabile

v) patris *add. Cod. Justin.* w) spir. s. *Bb'; Cod. Justin.* x) *om. P. Krueger.* y) et clementissime *om.* V_2. z) fili *add. Cod. Justin.*

C. 88. a) *in Ven. hanc rubricam falso in capitulo 87 positam vide supra p. 62,e.* De professione imperatoris quod etc. *M, Bol.,* V_2, V_4. b) sit *N.* c) *om.* V_1, *P,* sal. V_4, *Novell. cod. T.* d) *om.* V_1, *P.* e) *sic codd.* A^2, V_2, V_3, *Novell.,* editum *rell. codd.* f) Constant. pp. *Bol.; Novell. cod. T;* Constantinopolitanis *R. Schoell.* g) mandatum *Bb'.* h) haec omnia *Bol.,* V_2; *Novell. cod. V.* i) *ex* roborarentur *Pm.* k) ad V_4. l) *Ven., ex* auferat *corr.* auferant *M, ex* auferatur V_3, auferatur *G, N, codd.* A^2, *Bol.,* V_2, V_4, V_5, *Bb'; Novell. cod. V.* m) a nobis conscr. *N.* n) antea *Bb'.* o) editiis *G,* dictis *P.*

[1] Novella 132 (Auth. 130) rec. R. Schoell.

C. 89. a) *Hoc cap. Bb ponit l. VI, c. 4, cuius solum initium usque ad 'exornant vitam' hoc loco ut additamentum in margine superiore scriptum signo miniato intra c. 92 et 94 reicitur, aliquibus lectionibus a VI 4 devians.* b) ordinandis *om. P.* c) episcopo *Bb.* d) *om. Bb,* urbis *add. N,* Constantinopolitano V_3, *R. Schoell.* e) sunt in hom. dona *Bb.* f) omnibus *G, N.* g) donandi V_2. h) praesedens *G.* i) precedentia V'_4. k) exornat *G, codd.* A^2, V_2 *in* exornant *corr. M,* exornaut *N,* V_3, *Bb,* exornet *Pm.* l) *pro ceteris add. Bb m. 2:* reliqua huius epistolae require in libro VI c. 4.

[1] Novella 6.

sit undique et apud Deum fiducia plenum, imperium autem recte et conpetenter exornet traditam sibi rempublicam, erit consonantia quaedam bona, omne quicquid utile est humano conferens generi. Nos igitur magnam[m] habemus sollicitudinem circa vera Dei dogmata et circa sacerdotum honestatem, quam illis obtinentibus credimus, quia per eam maxima nobis dona dabuntur[n] a Deo, et ea quae sunt firma habebimus, et quae nondum hactenus venerunt acquirimus. Bene autem universa geruntur et competenter, si rei principium fiat decens et amabile Deo. Hoc autem futurum esse credimus, si sacrarum regularum observatio custodiatur, quam iusti laudati[o] et adorandi[p] inspectores et ministri Dei verbi tradiderunt apostoli, et sancti patres custodierunt et explanaverunt. Sancimus[2] igitur sacras per omnia sequentes regulas, dum quispiam sequenti[q] omni tempore ad ordinationem episcopatus adducitur, considerari prius eius
I. Timoth. 3, 2. vitam[r] secundum sacrum Apostolum, si honesta[s] et inculpabilis et undique inreprehensibilis sit, et in bonis testimonium habeat, et sacerdotem docens. Et neque ex officiali aut ex[t] curiali veniat fortuna, nisi[u] tamen[v] ex novella aetate, secundum quod iam dispositum est, in monasterio constitutus fortuna liberetur, quartam tamen prius substantiae reddens curiae: neque ex idiota et his qui vocatur[w] laicus existens et ita mox episcopatum ascendens, nec imaginariam suscipiat ordinationem, tamquam modo quidem[x] idiota, mox autem clericus, deinde parvum aliquid[y] preteriens episcopus appareat; et neque uxori aliae copulatus, sed aut in[z] virginitate degens a principio aut uxorem quidem habens, ex virginitate autem ad eum venientem, et non viduam neque[a] seiunctam viro neque concubinam; neque filios aut nepotes habens neque cognitos legi neque illi odibiles: alioquin qui preter haec aliquid agit, et ipse cadet sacerdotio, et qui eum ordinat foris episcopatus[b] sectabitur[c], hanc legem offendens. Sed neque pecuniis oportere emere sacardotium ei[d] permittimus, solum vero respicere eum domini Dei culturam volumus, et non plurimis[e] humanis cogitationibus protrahi. Sed neque ineruditus existens sacrorum dogmatum ad episcopatum accedat: prius autem aut[f] monachicam vitam professus aut in clero constitutus non minus mensibus sex, uxori tamen non cohaerens[g] aut filios aut nepotes[h] habens. Hoc enim omnino super Deo amabilibus episcopis quaerimus, sicut etiam prius[i] duabus sacris nostris hoc constitutionibus sancitum est, ⟨per⟩ quas[k]

m) maximam *Novella*. n) *sic postea corr.* V_1 *ex* donabuntur, *rell. codd. coll.* o) laudandi *N*. p) venerandi V_1. q) *om. G*. r) vita debet V_2. s) honestus *N*. t) *om. Bol.* V_2. u) Nam si *G, N*. v) *sic* V_1, tam *G, N, L, M, Ven., Bb;* forsitam *Bol.*, fortasse V_2, forte *postea corr.* forsitan V_3. w) vocantur laici *R. Schoell.* y) qui est *N*, quidam *P*. y) aliquod *G*. z) *om. Bol.*, V_2. a) *om. G*, et neque *P*. b) episcopatum V_1; *R. Schoell.* c) setabitur *ex* sectabitur *fecit Ven.*. d) *om. N*. e) pluribus V_1. f) *om. P*. g) adherens V_1. h) nepotenus *P*. i) plus *G*, V_1, *P, Bb*. k) *et* quas *om.* V_1, *P, Ven.* (*et* dudum), V_2.

2 Cap. I.

dudum cohaerentes uxoribus non perscrutamur[l]), omne preteritum[m]) relinquentes, de cetero autem nulli permittentes appositione[n]) legis uxorem habenti talem imponi ordinationem. Quam legem etiam nunc renovamus, ne forte, si preter haec aliquid fiat, et ipse cadat sacerdotio et[o]) ordinantem similiter excludi procuret. Igitur ordinandus episcopus aut ex monachis aut ex clericis sit, etiam[p]) in huiusmodi vita testimonii boni et honestus et gloria fruens bona, et hoc fundamentum pontificatus deponens animae. Sed etiam sic eum constitutum et ad episcopatum preparatum competens et ⟨l. est⟩ venerabiles et undique probatas legere[q]) regulas ante ordinationem, quas recta et inviolata nostra suscepit fides, et catholica Dei apostolicaque disposuit et tradidit ecclesia. Et dum ex frequenti earum lectione transierit qui ad ordinationem deducitur[r]), tunc is qui ordinationem impositurus est interroget eum, si sufficiens est[s]) custodire et agere, quae sacrae regulae sanxerunt. Et si quidem declaraverit et dixerit precepta sacrarum[t]) regularum non se valere servare, nullo modo ei ordinationem imponi; si vero susceperit et dixerit, quia quantum ⟨homini⟩ possibile estcomplebit[u]) quae his continentur, tunc monere eum et dicere quia, nisi haec observaverit, et a Deo alienus erit et cadet[v]) dato honore, et neque civiles leges delictum inultum[w]) relinquent, eo quod et a precedentibus nos imperatoribus et a nobis ipsis recte dictum est oportere sacras regulas pro legibus valere. Et si etiam sic permanserit causam amplectens, tunc super his professionibus unumquemque sacram[x]) suscipere episcopatus[y]) ordinationem, et hanc non pecuniis emere neque per rerum[z]) aliquarum dationem[a]) suscipere, sed puram percipere[b]) et sine mercede, tamquam a Deo datam. Nam si etiam alia omnia habeat utilia, quae prius a nobis dicta sunt, pecuniis autem vel rebus videatur episcopatum emisse, sciat se et[c]) episcopatu ipse[d]) ⟨l. ipsum⟩ casurum et[e]) hoc munus retributurum ordinanti, ut et ille episcopatum amittat et eo cadat, et utrique causa[f]) talem prestet retributionem, ut[g]) hic[h]) quidem non adipiscatur[i]) quae sperabat[k]), ille autem etiam quae habebat amittat; verumtamen pecuniis ac rebus datis occasione ordinationis sanctissimae adsignandis ecclesiae, sive episcopus sit accipiens et propterea sacerdotio cadens, sive etiam quilibet in clero[l]) constitutorum. Nam[m]) et illi aequam imponimus

---

l) perscrutamus *G, N.* m) pretium (p̄tm̄) *Pm, codd. A*². n) a positione *V*₃, *R. Schoell* (appositione *cod. V).* o) in *add. G.* p) et *add. N, V*₁, *P.* q) lege *G, N.* r) ducitur *codd. A*². s) *et G, N, V*₁, *P.* t) *om. Bol.* u) haec *add. Nov.* v) *sic codd. bB,* cadit *G, N, codd. A*², *Ven.* w) multum *G, Novell. cod. R*¹. x) sacra *N, V*₁, *P.* y) episcopatus — dationem suscipere *in marg. postea suppl. L.* z) earum dationem *V*₂. a) elationem *N.* b) suscipere *V*₁. c) de *add. codd. bB.* d) *om. codd. bB.* e) et hoc — retribu *eras. P.* f) *sec. codd. bB, correxi* causam *G, N, V*₁, *P.* g) et *add. G, P, M, V*₂. h) hi *V*₁, *P.* i) adipiscantur *V*₁, *P.* k) sperabant *V*₁, *P.* l) saeculo *G, N, codd. A*₂, *V*₃, *ex* saeculo *corr. Ven.,* clero *M, Bol., V*₂. m) si *add. codd. bB.*

poenam, ut ordine quem in[n]) sacerdotes habuit cadat, et reddat aurum aut res, quae occasione ordinationis datae sunt, iniuriam passae quantum ad ipsum[o]) ecclesiae. Si quis autem extraneorum sit et non[p]) in clero[q]) constitutus, qui aurum aut rem propter patrocinium ordinationis accepit, et maxime si amministrationem aliquam ⟨habeat[r])⟩, habebit quidem ipse a Deo poenam, et succedent ei de coelo supplicia, verumtamen etiam[s]) quod datum est totum ablatum ab eo sanctissimae ecclesiae omnibus reddatur modis duplum; insuper etiam[t]) si quam administrationem habet, ea cadat, et perpetuo exilio condempnetur. Illud quoque sciat aperte qui pecuniis aut rebus emerit presulatum, quia, si prius diaconus aut presbyter sit, deinde per suffragium ad sacerdotium veniat, non solum cadet episcopatu, sed neque prior ei relinquetur ordo presbyterii forsitan aut diaconatus. Amittit etenim etiam illud utpote ⟨non[u])⟩ decentia indigne concupiscens, et omni sacerdotali excluditur ordine. Oportet autem in ipso ordinationis tempore, qui imponit eam[v]) illi, coronam ⟨l. coram⟩ omni fideli populo sanctissimae ecclesiae haec omnia predicare, ut agnoscens eum omnia quae prius dicta sunt a nobis habere, ad sacram eum deducat ordinationem, ut et[w]) ille coram omnibus haec audiens non solum habeat Dei timorem, sed etiam coram omnibus[x]) denuntiationem et professionem erubescat. Si quis autem talis quidem esse putetur, et[y]) ad episcopatus ordinationem[z]) transeat, contradicat autem aliquis atque[a]) dicat conscium esse se alicuius illicitorum ei, non prius mereatur episcopatus ordinationem, quam examinatio[b]) quae symoniacorum[c]) ⟨l. exam. querimoniarum⟩ fiat, et appareat undique innoxius. Quod si etiam post huiusmodi contradictionem[d]) non passus is qui ordinationem facit legitimam examinationem[e]) imponi causae currat[f]) ad ordinationem, sciat quod ab eo fit[g]) pro nichilo esse; sed et is qui contra legem fit cadet sacerdotio[h]), et qui sine probatione imponit ordinationem, et ipse quidem similiter cadet sede sacerdotali, reus[i]) autem erit Deo[k]), qui precipue omnium quaerit suorum sacerdotum puritatem. Si tamen is qui ordinationi contradicit, aut examinatione[l]) facta[m]) probetur calumniator, aut in ipso principio neque in[n]) examinatione persistere confidat, segreget istum in perpetuum a sacra communione is qui ordinationem facere vult, ut non autem illa falsitas impunita sit. Sicut enim bonam gloriam in eo qui ordinandus est quae-

---

n) *om. G*, inter *R. Schoell.* o) usum *N.* p) *om. G.* q) saeculo *G, N, ex* seculo *corr. Ven.* r) *inseruit R. Schoell.* s) et *G.* t) et *N.* u) *inseruit R. Schoell.* v) *om. codd. bB.* w) *om. N.* x) omnibus denuntiati *eras. P.* y) ut *codd. Bb.* z) *ex* ordinem *corr.* V_3. a) et V_1. b) examinatio *G.* c) simoniorum V_1, *P.* d) contraditionem *G.* e) examinatione *N.* f) *sic Ven., codd. Bb,* curat *G, N,* V_1, *P,* V_5. g) sit *G, N, L, Bol.,* scit V_2. h) *sic N,* sacerdotium *G, Pm, codd.* A^2 *et alii,* i) reum *G, codd.* A^2. k) dic. *P.* l) persistere *add. Ven.* m) facta — calum *in ras.,* niator — confidat *in marg.* V_1. n) in *om. P.*

rimus, ita etiam calumniam in eo qui frustra accusavit punimus. Si vero nemo accusaverit omnino, aut toto denuntians examinationem non faciat, aut facta examinatione demonstrare, sicut prediximus, non valuerit accusationem veram, tunc oportet eum qui per tot vias inculpabilis apparuit accedere ad venturam ordinationem. Qui enim ita ordinatur, ex hoc multa et meliora cognoscit preceptorum, et non incurrit ad vitam impunitam, huiusmodi eruditus verbo et opere[o]) corporis sapientia.

---

[o]) ope *G*.

Incipiunt capitula libri secundi[*].

I. Ut difficiliora iuditia ad sacerdotes defferantur, et qui non obedierit moriatur.

II. Edictum imperatoris, ut omnes eam sequantur religionem, quam divinus P.[a] a. edocuit.

III. Ut frustratoriae dilationes causa appellationis non fiant.

IIII. Ut difficiliores causae et maiora negocia ad sedem apostolicam, si appellatum fuerit, deferantur.

V. De eadem re.

VI. Quod ad Romanam ecclesiam ab omnibus oppressis appellandum est, ubi etiam omnes ecclesiasticae (sic) maiores sunt terminandae.

VII. Quod omnes quibus necesse fuerit, ad Romanam debent ecclesiam suffugere absque omni impedimento; et ut nullus episcopus iudicetur vel audiatur nisi in synodo apostolica auctoritate convocata et cetera.

VIII. Ut pulsatus in adversitate episcopus licenter sedem appellet apostolicam, aut si vocatus fuerit veniat; non autem revertatur nisi formatis instructus.

VIIII. Quod absque auctoritate apostolica nulli licet episcoporum causas diffinire, quamvis scrutari liceat cumprovincialibus episcopis.

X. Ut ei qui iudicem sibi senserit adversum liceat appellationis remedio viciatam causam relevare, et nulla detentionis iniuria affligatur; etiam his qui in supplitia sunt destinati fas sit appellare.

XI. Ut omnes episcopi in gravioribus causis pulsati ad apostolicam ecclesiam quasi matrem confugiant, quae per se aut per vicarios suos iudicatorum a comprovincialibus negocia retractet.

XII. Ut primates accusatum episcopum discutiant, sententiam vero dampnationis sine apostolica auctoritate non proferant.

XIII. Quod dubiae ac maiores causae ab apostolica sede debeant terminari.

XIIII. De eadem re.

XV. Qui alieno errore maculatur, aut suo proposito recesserit, vel apostolice sedi non obedierit, non est suscipiendus.

XVI. Quod sancta Romana ecclesia fas habet iudicandi de communibus, de illa vero nullus; et potestatem habet solvendi iniuste dampnatos, et dampnandi quos oportuerit absque synodo.

---

[*]) *Ex cod. Graec.*

[a]) *ex* papa *corr. G.*

XVII. Ut de eo quod ad sinum sanctae Romanae ecclesiae confugit, nichil ante decernatur, donec ab ipsa precipiatur,' quae vices suas ita aliis impertivit ecclesiis, ut sint in partem vocatae sollicitudinis non in plenitudinem potestatis.

XVIII. Quod omnium appellationum et episcoporum et cunctorum maiorum negocia apostolicae sedi debent reservari.

XVIIII. Ut quisquis sacerdotum apostolicae sedi non obedierit preceptis, a ministerio deponatur, et excommunicetur, quia non solum obedire debuit, sed et aliis, ut obedirent, insinuare.

XX. Si quis superbis (sic) dubitaverit, ante corpus sancti Petri victurus atque (sic) vincendus [b]) decertet.

XXI. Ut nullus metropolitanorum causas episcoporum sive aliorum agere presumat, nisi quae ad propriam pertinent parrochiam.

XXII. Quod papa omnium ecclesiarum curam debet habere, et quod sedes sancti P. sacerdotalis mater est dignitatis et magistra ecclesiasticae rationis.

XXIII. Quod papa restituit episcopos iniuste dampnatos propter timorem principum, et omnia sua reddi precepit, alioquin excommunicaret tam episcopos quam eorum principes.

XXIIII. Quod apostolica sedes ab aliis ligatos potest solvere, ab illa vero ligatos nemo, de qua presumptione Acautius (sic) dampnatus est.

XXV. Quod papa renovare possit iuditia dampnatorum.

XXVI. Quod apostolica sedes ius habeat convocandi synodos, et iudicandi omnes maiores causas ecclesiae.

XXVII. Quod ideo Romanae sedi concessa sunt privilegia congregandorum conciliorum ac restitutionum episcoporum et iuditiorum, et ut omnibus oppressis succurrat.

XXVIII. Quod veritas saepius exagitata manifestius clarescit.

XXVIIII. Ut ad apostolicam sedem transferantur, quae alibi finiri non possunt.

XXX. Ut ad apostolicam sedem referatur, si qua discensio inter fratres oriatur.

XXXI. Ut causae ecclesiarum ab episcopis ventilatae corroborentur ab apostolica sede, si ratae debuerint permanere.

XXXII.

XXXIII. Quod papa canonum decreta ita librare debet, ut quae necessitas temporum relaxanda exposcit temperet, quantum fieri potest.

XXXIIII. Ut nec concilium nominetur, quod sine consensu papae congregatum fuerit, et ut difficiliores quaestiones ad ipsum referantur.

XXXV. Quod apostolicae sedi summarum dispositiones causarum ab ipso domino traditae sunt, et ut sacerdotes non accusentur apud publicos iudices.

XXXVI. Ut episcoporum tantum finitiva iuditia referantur ad sedem Romanam, et in ecclesiis eorum non alii preponantur, donec negocia eorum iuste ibi terminentur.

XXXVII Ut accusatus episcopatus (sic) alieno iudice non constringatur, sed apud suos episcopos causa rationabiliter discernatur, finis vero ad apostolicam sedem deferatur.

XXXVIII. Quod apostolica sedes auctoritatem habet universae ecclesiae subvenire, atque nociva corrigere et emendare.

XXXVIIII. Ut difficiliores singularum provinciarum questiones ad sedem apostolicam referantur.

XL. Quod absque auctoritate sedis apostolicae nulla potest synodus regulariter congregari, nec episcopus qui eam appellaverit potest sine ipsa dampnari.

XLI. Ut nemo suspitionis arbitrio iudicetur, et quod sola sedes apostolica privilegium habet a temporibus apostolorum iudicandi episcopos.

---

[b]) erit *add. at mox del. G.*

XLII. Quod ab apostolis eorumque successoribus statutum est, ut absque Romani pontificis sententia nec concilia celebrentur, nec episcopi dampnentur, et sicut beatus P. primus erat apostolorum, sic Romana ecclesia primatum habet omnium ecclesiarum.

XLIII. Quod Romanae sedi a tempore apostolorum concessum est et in Nicena synodo confirmatum est, ut absque eius sententia nullus episcopus dampnetur aut depellatur.

XLIIII. Ut omnes observent, quod apostolica sedes observat.

XLV. Ut absque apostolioa sede nec concilium celebretur, nec episcopus dampnetur.

XLVI. Quod papa Julius increpat eos, qui preter sententiam ipsius concilium fecerunt et episcopos dampnaverunt, quos ipse suscepit et in suis ecclesiis restituit.

XLVII. Quod irritum sit concilium, nisi fuerit auctoritate apostolica firmatum.

XLVIII. Quod apostolicae sedi privilegia specialiter sunt concessa de congregandis conciliis et iudiciis ac restitutionibus episcoporum, et de omnibus negociis summis ecclesiarum.

XLVIIII. Ut in causis episcoporum sententia papae exspectetur.

L. Quod episcopi ab apostolica sede ordinationes dogmata sublevationes debent recipere, et de maioribus causis nihil preter ipsam decernere.

LI. Ut apostolicam sedem apellet, qui metropolitanum suum vel ceteros episcopos habet suspectos, et quod ipsa potestatem habet iniuste dampnatos et excommunicatos restituere et sua eius reddere, quia caput omnium est.

LII. Ut accusatores et accusati episcopi coram papa conveniant, et ibi causae ipsorum retractentur et firmentur aut infirmentur, sicut antiquis censitum est regulis.

LIII. Ut contentiones inter clericos et laicos a comprovincialibus episcopis terminentur, maiores vero ad sedem Romanam transferantur.

LIIII. Cum in fidei ratione dubitatur, debent episcopi ad sedem beati P. hoc referre.

LV. Quod papa non per se, sed per legatos conciliis provincialibus soleat interesse.

LVI. Quod de iuditio sedis apostolicae nullus debeat iudicare, ipsa vero de omnibus.

LVII. Ut si quis iuditio provincialium episcoporum depositus fuerit, papam adeat, et ipse, si videtur, ei retractet.

LVIII. Ut difficiliores questiones ad sedem apostolicam referantur.

LVIIII. Ut pregravati a comprovincialibus episcopis vel metropolitano sedem appellent apostolicam, et nullam interim molestiam paciatur, donec ibi res finiatur.

LX. Quod metropolitano cum omnibus comprovincialibus episcopis summas ecclesiasticas causas licet discutere, sed non diffinire, nec episcopum dampnare, nec synodum congregare absque apostolicae sedis auctoritate.

LXI. Quod statuta maiorum nullo modo sint neglegenda nec usurpanda, quae non sunt concessa.

LXII. Item quod episcopi non possunt regulariter synodum congregare preter apostolicam sedem nec appellantem episcopum dampnare.

LXIII. De eadem re.

LXIIII. [c]) Ut cuius episcopi iuditium renovandum Romana precipit ecclesia renovetur.

LXV. Sicut inter apostolos fuit discretio potestatis, ut unus aliis premineret, sic inter episcopos ordinatum est, ut in singulis provinciis singuli presint et desub primates, quibus tamen omnibus Romana preest ecclesia.

LXVI. Ut cuius episcopi iudicium renovandum Romana precipit ecclesia, renovetur.

LXVII. Invectio papae ⟨contra⟩ Remensem archiepiscopum, qui Rothardum episcopum appellantem apostolicam sedem dampnare ausus est.

---

c) *Rubrica cap. 64 hic repetita in corp. can. G aliorumque codd. confusionem effecit.*

LXVIII. Quod Constantinopolitana ecclesia sicut et ceterae omnes Romanae debet esse subiecta.

LXVIIII. Nec quisquam sibimet assumat honorem sicut et Christus se ipsum non clarificavit sed pater.

LXX. Quod etiam inferioris gradus clericorum causae apud sedem apostolicam sunt finiendae, dum tempus aut res exegerit.

LXXI. Quod apostolicae sedis sententia tanti concilii (sic) deliberatione debet proferri, ut retractatione nec immutatione egeat, nisi ipsa sic proferat, ut retractari possit.

LXXII. Ut anathema sit quicunque contra papam verba infamantia composuerit, aut quemquam pátriarcharum inhonorare temptaverit.

LXXIII. Quod apostolica sedes intra Italiam ac ceteras Hesperiae provincias et intra tocius Illirici fines consecrationes ordinationes et dispositiones patrare antiquitus consuevit.

LXXIIII. Quod papa ordinavit Ravennatem archiepiscopum, et de obedientia Mediolanensis archiepiscopi.

LXXV. Ut si quis episcopus a comprovincialibus episcopis condempnatur, alius in suo loco non ordinetur, dum apostolicam sedem appèllat, nisi ab ipsa determinetur.

LXXVI. Quod quaedam sunt, quae nulla ratione convelli possunt, quaedam vero pro necessitate et etatum consideratione oportet temperari, ut tamen evangelicis preceptis ac decretis patrum non sit contrarium.

LXXVII. Quod Nicenae synodo nullum potuit fieri preiuditium a multitudine Arimino congregata, quia Romana ecclesia nullum ei dedit assensum.

LXXVIII. Quod episcopi debent observare, quae a Romana ecclesia sunt iudicanda.

LXXVIIII. Quod accusati episcopi aut condempnandi sunt apostolica auctoritate, aut eius auxilio fulciendi.

LXXX. Quod nemo preter apostolicam auctoritatem debet episcopum dampnare, licet eius possit perscrutari opinionem.

LXXXI. Ut accusatus vel iudicatus a comprovincialibus episcopis licenter papam appellet, qui eius causam retractet, et in loco eius interim alius non ordinetur.

Incipit Liber secundus.

De[a]) libertate appellationis.

C. 1. Ut difficiliora iudicia ad sacerdotes deferantur, et qui[a]) non obeedierit, moriatur[b]). Ex[c]) libro Deuteronomii[1].

Si difficile et ambiguum apud te iudicium esse perspexeris in[d]) sanguinem[e]), causam et causam[f]), et iudicium[g]) intra[h]) portas tuas videris verba variari; surge et ascende ad locum, quem elegerit dominus[i]) Deus tuus veniesque[k]) ad sacerdotes levitici generis, et ad iudices[l]) qui fuerint[m]) illo[n]) tempore, quaeresque ab eis, qui indicabunt tibi iudicii veritatem[o]). Et facies quaecumque[p]) dixerint, qui presunt loco quem elegerit[q]) Dominus et docuerint te iuxta legem eius[r]) sequeris sententiam[s]) eorum nec declinabis ad dexteram vel[t]) ad sinistram. Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat[u]) domino[v]) Deo tuo et decreto iudicis, morietur homo ille, et auferes malum ex[w]) Israel cunctusque[x]) populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia.

---

a) de primatu Romanae ecclesiae et de *etc. codd. bB.*

C. 1. a) inobediens mor. V_5. b) *ex tab. rubr. hoc loco inserunt* LXXXII De eadem re V_1, *P.* c) inscriptionem *om. P, in marg. adscrib.* V_3. d) inter *codd. bB et Bb, item Coll. min.* (*at* 'in' *10*) *et Deuter.* e) et sanguinem *add. codd. bB, item Coll. min. (at om. 10) et Deuter.* f) lepram et lepram *add. Deuter.* g) iudicium *corrigunt* iudicum V_1, *M et 12,* iudlcum *P, L,* V_2, V_3, V_4, *Bb, 3, 4, 6, 13*; iudicii *1,* iudicium *5, 10.* h) inter *codd.* A^2, *Bb.* i) *om. 3, 4, 5, 12, 13.* k) veniensque *N.* l) iudicem *Coll. min., Deuter.* m) fuerit *Coll. min., Deuter.* n) eo *N.* o) veritates *10.* p) quodcumque *Coll. min., Deuter.* q) viderit V_5. r) eorum V_5, sequerisque *Deuter.* s) sententias V_5; *Coll. min.* t) neque *Deuter.* u) ministret V_2. v) *om.* V_2, *3, 4, 5, 12, 13.* w) *sic G, N,* V_5, de *codd.* A^2, *M,* V_3, *Bb'*; *Deuter.* x) Domnis *3,* omnisque *4, 5, 8, 12, 13.*

1 Cap. XVII 8—13, Coll. min. tit. I De primatu Romanae ecclesiae c. 1.

C. 2. Edictum[a]) Imperatoris[1], ut omnes eam sequantur religionem, quam divinus Petrus apostolus[b]) edocuit.

Cunctos populos quos clementiae nostrae[c]) regit imperium in tali volumus religione versari, quam divinum Petrum apostolum tradidisse Romanis religio usque nunc[d]) ab ipso insinuata declarat, quamque pontificem Damasum sequi claret et Petrum Alexandriae episcopum virum apostolicae sanctitatis, hoc est ut secundum apostolicam disciplinam evangelicamque doctrinam Patris et Filii et Spiritus sancti unam deitatem sub pari maiestate et pia trinitate credamus. Hanc legem sequentes Christianorum[e]) nomen iubemus amplecti, reliquos vero[f]) dementes vesanosque iudicantes heretici dogmatis infamiam sustinere divina primum vindicta, post etiam motus nostri quem ex caelesti arbitrio sumpserimus ultione plectendos.

C. 3. Ut frustratoriae dilationis[a]) causa appellationes non fiant. Imperatores Valentinus[b]) [1] et Valens Augusti ad Julianum comitem Orientis.

Si clericus ante[c]) diffinitivam sententiam frustratoriae dilationis causa ad appellationis auxilium convolaverit[d]), mulctam L librarum argenti, quam contra huiusmodi appellatores[e]) sanctio generalis imponit, cogatur expendere; hanc[f]) autem non fisco nostro volumus accedere, sed pauperibus fideliter erogari.

C. 4. Ut difficiliores causae et maiora negocia ad sedem apostolicam, si appellatum fuerit, deferantur. Anacletus[1] servus Christi Jesu in sede apostolica Domino serviens episcopis omnibus et ceteris cunctis fidelibus, qui coequales[a]) vobiscum sunt sortiti fidem, gratia vobis et pax atque consolatio multiplicetur.

Si[b]) difficiliores ortae fuerint quaestiones aut episcoporum vel maiorum iudicia, aut maiores causae fuerint ad sedem apostolicam, si appellatum fuerit, referantur. Quoniam hoc apostoli statuerunt iussione

---

C. 2. a) Ed. imp. *om. codd. bB;* requir. in primo c. *(codicis tit.)* prima l*(ege) add. L in marg.* Imperator Justinianus A. cap. I. post rubricam *add. codd. bB.* b) p. a. *Bb; pro* Petrus apost. *scripserunt* papa V_1*, P; in tab. rubr. N; ex* papa *postea corr.* Petrus *L omittens*: apostolus. c) vestrae *G, N.* d) ad nunc *P. Krueger.* e) catholicorum *add. Cod. Justin.* f) *om. codd. bB.*

1 Cod. Justinianus I 1, c. 1.

C. 3. a) dilationes causa appellationis non fiant *G* (fiat), *N*, V_1, *P.* b) immo Valentinianus, Valentinus *legitur in c. 40 collectionis legum Romanarum, quam nomine Bobienser Excerpte ex codice Ambrosiano descripsit Fridericus Maassen, Wiener Sitz.-Ber. 1864.* c) autem V_2 *J.* d) convocaverit *N.* e) appellationes *G.* f) hoc *P. Krueger.*

1 Cod. Justin. I 4, c. 2, gemin. VII 65, 4a.

C. 4. a) coequalem nobiscum sortiti sunt fid. *Ps. Anacl.* b) Quod si *Ps. Anacl.*

1 Ps. Anacletus p. 66, c. 17, p. 74.

Salvatoris, ut maiores et[c]) difficiliores[d]) quaestiones semper ad sedem apostolicam deferantur, super quam Christus universam construxit ecclesiam dicente ipso ad beatum principem apostolorum Petrum: 'Tu es, inquit, P. et s. h. p. ae. ec. m.' Matth. 16, 18.

C. 5. De eadem re. Anacletus[1] papa.

Si quae causae difficiliores inter vos ortae fuerint, ad huius sanctae sedis apicem eas quasi ad caput referte, ut apostolico terminentur iudicio, quia sic Dominum[a]) velle ab eoque ita constitutum esse ante dictis testimoniis declaratur.

C. 6. Quod ad Romanam ecclesiam ab omnibus oppressis appellandum est, ubi[a]) etiam omnes ecclesiasticae causae maiores sunt terminandae. Zepherinus[1] Romanae urbis archiepiscopus[b]).

Ad[c]) Romanam ecclesiam ab omnibus maxime tamen ab oppressis appellandum est et concurrendum quasi ad matrem, ut eius uberibus nutriantur, auctoritate defendantur et a suis oppressionibus releventur[d]), quia non potest nec debet mater oblivisci filium suum. Iudicia enim episcoporum maioresque[e]) ecclesiae causae a[f]) sede apostolica, et non alia[g]) sunt terminandae, quia licet in alios transferatur[h]) episcopos, beato tamen[i]) Petro[k]) apostolo dictum est: 'Quaecumque ligaveris super terram Matth. 16, 19. erunt ligata et in caelis, et quaecumque solveris super terram erunt soluta et in caelis'.

C. 7. Quod omnes quibus necesse fuerit ad Romanam debent ecclesiam suffugere[a]) absque omni[b]) impedimento, et ut[c]) nullus episcopus iudicetur vel audiatur, nisi in synodo apostolica auctoritate convocata; et[d]) cetera. Marcellus[1] episcopus dilectissimis fratribus universis episcopis per Antiocenam[e]) constitutis.

Ad Romanam ecclesiam omnes quasi ad caput iuxta apostolorum eorumque successorum sanctiones episcopi qui voluerint vel quibus necesse

---

c) *om.* V_1, *P.* d) dificiles *Hinsch.*

C. 5. a) domino *Ps. Anacl.*

1 Ps. Anacletus c. 34, p. 84.

C. 6. a) ubi omnes *N,* a qua omnes *M, codd. bB.* b) omnibus episcopis *inser. M man. 2, add. Coll. min.* c) *ex* Ad Romanam ecclesiam . . . appellandum *corr.* Romana ecclesia . . . appellanda *1.* d) *ex* revel. *L,* revelentur *P, 10.* e) maiorisque *postea fec. L.* f) a sede *om. G.* g) aliae *codd.* A^2, ab alia *M* (ab *inser.*), *codd. bB,* V_4, *Bb' et Coll. min., Ps. Anacl., qui pauca addit.* h) transferantur *G.* i) *om. codd.* A^2. k) apost. Petro *Coll. min.* (*at* P. ap. *3, 4*), *Ps. Anacl.*

1 Ps. Zepherinus p. 131, c. 6. p. 132, Coll. min. c. 3.

C. 7. a) fugere atque (eamque V_2, V_3), appellare *M, codd. bB.* b) *om.* V_3. c) *om. M, codd. bB.* d) etc. *om. M, codd. bB.* e) ecclesiam *add. N,* Antiochiam V_4.

1 Ps. Marcellus p. 223, c. 2, p. 224.

fuerit suffugere eamque appellare debent, ut inde accipiant tuitionem[f]) ⟨et liberationem unde acceperunt informationem⟩ atque consecrationem, quod omnibus minime convenit denegare episcopis, sed absque ulla custodia aut excommunicatione vel dampnatione aut[g]) expoliatione libere ire concedatur[h]). Simulque idem inspirante Domino constituerunt, ut nulla fieret synodus preter[i]) eiusdem sedis auctoritatem, nec ullus[k]) episcopus nisi in legittima synodo suo tempore apostolica auctoritate convocata super quibuslibet criminibus pulsatus, audiatur vel iudicetur[l]) quia ut paulo superius prelibatum est episcoporum iudicia et summarum causarum negotia, sive cuncta dubia apostolicae sedis auctoritate sunt agenda et finienda, et omnia comprovincialium[m]) negocia per huius sanctae universalis et apostolicae ecclesiae auctoritatem retractanda, si huius ecclesiae pontifex preceperit. Nec alicui[n]) liceat sine preiudicio Romanae ecclesiae, cui[o]) in omnibus causis debetur reverentia custodiri[p]), relictis his sacerdotibus, qui in eadem provincia Dei ecclesias[q]) nutu divino gubernant ad alias convolare provincias vel aliarum[r]) provinciarum episcoporum iudicium expeti[s]) vel pati sed[t]) omnibus eiusdem[u]) provinciae[v]) episcopis congregatis iudicium auctoritate huius sedis terminetur. Quod tamen, ut prefatum est, per eius[w]) vicarios si libuerit erit retractandum[x]), et quicquid iniuste actum est reformandum.

C. 8. Ut pulsatus in[a]) adversitate episcopus licenter sedem appellet apostolicam, aut[b]) si vocatus fuerit veniat non autem revertatur, nisi formatis instructus. S i x t u s[1] universalis apostolicae ecclesiae episcopus omnibus sanctae Dei ecclesiae rectoribus salutem.

Si quis vestrum pulsatus fuerit in[c]) aliqua adversitate licenter hanc sanctam[d]) et apostolicam appellet sedem et ad eam[e]) quasi ad caput suffugium habeat, ne innocens dampnetur, aut ecclesia sua detrimentum paciatur. Si autem necesse[f]) ei evenerit[g]), eamque minime[h]) appellare voluerit, et[i]) vocatus tamen ab[k]) hac sancta sede fuerit, non[l]) renuet[m]) venire, sed confestim ut ei nunciatum fuerit venire festinet, et causas pro

---

f) ultionem *G*, unctionem *N*, tutionem *Bol.*, V_2; *quae uncis inclusa sequuntur solus habet Bb'.* g) vel *Hinsch.* h) conceditur V_1, *P.* i) post *codd.* A^2, *M.* k) nullus *Ps. Marcellus.* l) episcopus *add. Hinsch.* m) comprovincialia *Hinsch.* n) cui *Hinsch.* o) quae *Hinsch.* p) custodire *Hinsch.* q) ecclesiam V_2. r) aliorum V_2, prius *add. N, codd.* A^2, V_2, V_3. s) v. c. 53 n. i. t) in *add. Bol.* u) eisdem V_1, *M.* v) provinciis *G, N, codd.* A^2, *M.* w) *om. G.* x) tractandum *Hinsch.*

C. 8. a) in adversitate *om. M codd. bB.* b) vocatus veniat, non nisi formatis instructus revertatur *M, codd. bB.* c) *om. 11.* d) sedem apostolicam appellet *11.* e) eandem V_2 *J.* f) ei necesse V_1, *P.* g) venerit *G*, V_3, venire *Hinsch.* h) app. min. fuerit *Hinsch.* i) evocatus *G.* k) ad hanc (*ex* hac) sanctam sedem *1.* l) non — fuerit *om.* V_1, *P, post inser. L.* m) rennuit *Bol.*, rennuat *L; Ps. Sixt.*

1 Ps. Sixtus c. 5, 6, p, 108; Coll. min. c. 7.

quibus vocatus est, prudenter disponat atque si necesse aliquid[n]) corrigere fuerit cum his quos hic[o]) primos invenerit corrigat; ad ecclesiam tamen suam non prius revertatur quam hinc litteris apostolicis vel formatis pleniter instructus atque purgatus sit[q]), si fuerit unde. Et postquam domi[r]) reversus fuerit, cognoscant vicini sui qualiter hic[s]) suam aliorumque causam finierit, quatinus ea ⟨l. eam⟩ absque alia[t]) ⟨l. aliqua⟩ ambiguitate nuntiare et predicare omnibus[u]) possit. Si[2] quis autem aliter agere presumpserit, sciat censuram huius sedis cum omnibus membris suis sibi non deesse venturam, et sicut egerit ita recipiet[v]): Si bene, bene, si grave, grave; si pessime, pessime, quoniam dignus est mercenarius ⟨l. operarius[w])⟩ mercede sua. Luc. 10, 7. I. Tim. 5, 8.

C. 9. Quod[a]) absque auctoritate apostolica nulli licet[b]) episcoporum causas diffinire[c]), quamvis scrutari liceat comprovincialibus[d]) episcopis. Victor[e])[1] Romanae ac universalis ecclesiae archiepiscopus Theophilo episcopo et cunctis fratribus Alexandrinae[f]) Domino famulantibus salutem[g]) in Domino.

Ad apostolicam delatum est sedem ea vos iudicare, quae preter nostram vobis diffinire non licet auctoritatem id est episcoporum causas, quod[h]) ita constitutum esse[i]) liquet a tempore apostolorum et deinceps. Quamquam[k]) enim comprovincialibus[l]) episcopis accusati[m]) causam pontificis scrutari liceat, non tamen diffinire inconsulto Romano pontifice permissum est cum beato Petro apostolo non ab alio quam ab[n]) ipso dictum sit Domino: Quaecumque ligaveris s. t. erunt ligata et in caelis. Et alibi in statutis ⟨ita⟩ legitur apostolicis: Si quis putaverit se a proprio metropolitano gravari, apud patriarcham vel primatem dioceseos aut penes universalis apostolicae ecclesiae iudicetur sedem. Nichil aliud est, frater[o]), talis presumptio nisi apostolorum suorumque successorum terminos transgredi eorumque decreta violari[p]). Culpantur enim, ut scriptum est, fra-

---

n) fuerit al. corr. *3, 5, 11.* o) primos hic *3, 11.* p) primo *G.* q) *om. Ps. Sixtus.* r) domum *5, 11.* s) huc *Hinsch.* t) ulla *supra script.* alia V_2, ulla *Bb'*; aliqua *Coll. min.*, *Ps. Sixt.* u) poss. omn. *3, 11.* v) recipiat *1.* w) *sic Coll. min.*

[2] c. 6, p. 109.

C. 9. a) Ut accusatus vel iudicatus a comprovincialibus episcopis licenter papam appellet, qui eius causam retractet, et in loco eius interim alius non ordinetur *Bb'.* b) liceat V_2, V_3 *in tab. rubr.* c) discutere *N in tab. rubr.* d) cumprovincialibus *G*, cum provincialibus V_1, *P.* e) Victor papa Theophilo episcopo Alexandrino inter cetera *Bb'.* f) Alexandria *Hinsch.* g) in salutem domino *Ps. Victor?* h) unde *Ps. Victor.* i) *deest Ps. Victor.* k) *paucis praetermissis, quae exhibet Bb scil.:* Placuit, ut accusatus ..... agit. nullus in loco eius — quoniam quamquam comprov. l) cum provincialibus V_1, *P.* m) accusari V_1, *P.* n) *om. codd.* A^2, *M.* o) super *G*, V_3. p) violáre *Hinsch.*

[1] Ps. Victor p. 127. c. 4—6, p. 128.

tres[q]) qui[r]) aliter circa episcopos iudicare presumunt quam apostolicae sedis papae fieri placuerit.

C. 10. Ut[a]) ei qui iudicem sibi senserit adversum, liceat appellationis remedio viciatam causam relevare et nulla detentionis iniuria affligatur; etiam[b]) his qui in supplicia sunt destinati fas sit appellare. Fabianus[c]) [1] episcopus urbis Romae omnibus[d]) episcopis[e]) salutem[f]).

Si in rebus saecularibus suum cuiusque[g]) ius et proprius ordo servandus est, quanto magis in ecclesiasticis dispositionibus nulla debet induci confusio. Quod hac observatione servabitur[h]), si nichil potestati sed totum aequitati tribuita. Si[i]) [2] quis iudicem adversum sibi senserit[k]), vocem appellationis exhibeat[l]). Appellantem autem non debet afflictio ulla aut detentionis iniuriare custodia, sed liceat appellatori vitiatam[m]) causam appellationis remedio sublevare. Liceat etiam in causis criminalibus appellare nec[n]) vox appellandi[o]) denegetur ei, quem in supplicio[p]) sententia destinarit. Pulsatus ante suum iudicem causam dicat et non[q]) ante suum iudicem pulsatus si voluerit taceat, et[r]) pulsatis quotiens appellaverint induciae dentur[s]) nec quemquam sententia[t]) non a suo iudice dicta constringat.

C. 11. Ut[a]) omnes episcopi in gravioribus causis pulsati ad apostolicam ecclesiam quasi matrem confugiant, quae[b]) per se aut per vicarios suos iudicatorum a comprovincialibus negocia retractet. Sixtus[1] episcopus Grato episcopo[c]) salutem.

In hac sancta sede dudum a multis episcopis constitutum erat et modo ad vestrum et ceterorum fratrum auxilium est denuo roboratum, ut omnes episcopi qui in quibusdam gravioribus pulsantur vel aerum-

---

q) *om. G.* r) quia *Ps. Victor.*

C. 10. a) Ut appellationis remedio viciata causa relevetur et in supplicio etiam (et *Bol.*, eterno V_2) destinato vox appellationis (appellandi *codd. bB*) non negetur *M, codd. bE.* — Ut in ecclesiasticis dispositionibus nulla inducatur confusio *Bb'.* b) et *N.* c) *inscriptio paulum breviata consonat Collectioni minori.* d) orientalibus *add. Bb'.* e) in Domino *add.* V_1, *P.* f) *ex* salus *corr. L.* g) cuique V_1, *Coll. min.* h) observabibur *Hinsch.* i) Item Hylario episcopo XI. *praemittit Bb novo capitulo cui rubrica eadem est, quam codd. A prae se ferunt ad hoc cap.* k) saensaerit *13.* l) adhibeat *3, 5, 11, 13.* m) viciata V_2 *J.* n) ne *G.* o) appellationis *3, 4, 5, 8, 11, 13.* p) supplicium *codd. cit.* q) non pulsatus ante *5,* non suum iudicem ante *Ps. Fab.?* r) ut *add. Coll. min., Ps. Fab., at om. 5, 11.* s) caedantur *apud Hinsch.*; *nescio an ex ultimis syllabis vocis* 'induciae' *fluxerit.* t) non a. s. i. d. sent. *3, 11, 13.*

1 Ps. Fabianus p. 160, c. 15 p. 162, c. 17 p. 167; Coll. min. c. 5, 6. 2 c. 17, Coll. min. c. 6.

C. 11. Ut in gravioribus causis episcopi pulsati ad apostolicam sedem confugiant, qui per se aut suos vicarios negotium eorum retractare procuret *M, codd. bB.* b) quae per se — retractet *om. Bb.* c) coepiscopo *Ps. Sixt.*

1 Ps. Sixtus II. p. 189, c. 2 p. 190.

nantur[d]) causis quociens necesse fuerit, libere apostolicam appellent sedem, atque ad eam quasi ad matrem confugiant, ut ab ea sicut semper fuit pie fulciantur, deffendantur et liberentur. Cuius[e]) dispositioni omnes maiores ecclesiasticas causas et episcoporum iudicia antiqua apostolorum eorumque successorum atque canonum auctoritas reservavit, quoniam culpantur episcopi, qui aliter ergo fratres egerint quam eiusdem sedis papae fieri placuerit[f]). Unde placuit, ut accusatus vel iudicatus a comprovincialibus in aliqua causa episcopus licenter appellet et adeat apostolicae sedis pontificem, qui aut per se aut per vicarios suos eius retractari[g]) negocium procuret. Quoniam[h]) quamquam comprovincialibus[i]) episcopis accusati causam pontificis scrutari liceat; non tamen definire[k]) inconsulto Romano pontifice permissum est, cum beato Petro apostolo non ab alio quam ab ipso dictum sit Domino: 'Quaecumque ligaveris super terram, erunt ligata et in coelis'. Et[2] si quis putaverit se a[l]) proprio metropolitano gravari, apud primatem dioceseos aut penes universalis apostolicae ecclesiae[m]) papam iudicetur. Matth. 16, 19.

C. 12.[a]) Ut primates accusatum episcopum discutiant, sententiam vero damnationis sine apostolica auctoritate non proferant. Carissimo atque dilectissimo Paterno[b]) coepiscopo Felix[1] episcopus in Domino salutem.

Placuit quatenus primates accusatum discutientes episcopum non ante sententiam proferant dampnationis, quam apostolica freti auctoritate aut reum se ipse confiteatur aut per innocentes et canonice examinatos regulariter testes convincatur[c]).

C. 13.[a]) Quod dubiae ac maiores causae ab apostolica sede debent terminari. Dilectissimo fratri Benigno episcopo Felix[1] coepiscopus[b]) in Domino salutem.

Semper dubia et maiora negocia terminum ab hac sancta[c]) sede a tempore apostolorum qui eam suis documentis instruxerunt accipere consueverunt, et ideo tu recte fecisti, quod huius sanctae sedis consultis te ceterosque[d]) firmari et instrui voluisti.

---

d) criminantur *Ps. Sixtus.* e) cui *Hinsch.* f) *reliqua om. Bb.* g) tractari *Hinsch.* h) *paucis praetermissis.* i) provincialibus *G.* k) diffinire *G,* definiri *Ps. Sixt. II.* l) *om. G.* m) *om. N.*

2 C. 3.

C. 12. a) *hoc capit. deest Bb', pro quo inveniuntur capp. Ps. Julii et Nicolai I.* b) *codd. bB, V'$_4$;* coep. Paterno *M* (Pat. *post inser.*), Paterno *alii codd. omittunt.* c) convincantur *N.*

1 Ps. Felix I p. 197, c. 4 p. 198.

C. 13. a) *Hoc capitulum antecedit in V$_4$ cum rubrica:* Quod nulli archiepiscopi primates vocentur, nisi illi qui primas tenent civitates, *Ps. Annicii c. 3, p. 121.* b) episcopus *Hinsch.* c) *om. codd. bB.* d) et ceteros *G.*

1 Ps. Felix I c. 17, p. 204.

C. 14. De[a]) eadem re. Dilectissimo fratri Felici episcopo Gaius[1] salutem[b]).

Sic[2] a patribus nostris institutum est, sic quoque et nos fieri decrevimus, scilicet ut quaecumque[3] difficiles quaestiones per singulas provincias exortae fuerint, semper ad sedem apostolicam referantur.

C. 15. Qui[a]) alieno errore maculatur[b]) aut[c]) a suo proposito recesserit[d]) vel apostolicae sedi non[e]) obedierit, non est suscipiendus. Iginus[1] papa.

Alieni erroris societate[f]) maculatum[g]) vel a sui propositi tramite recedentem vel[h]) apostolicae sedis iussionibus inobedientem suscipere non possumus, nec impedire[i]) recte credentes vel sanctorum patrum iussionibus obtemperantes permittimus, quia inter fideles et infideles magna debet esse discretio.

C. 16. Quod sancta[a]) Romana ecclesia fas habet iudicandi[b]) de omnibus[c]), de illa vero nullus, et potestatem habet[d]) solvendi iniuste damnatos et damnandi quos oportuerit absque synodo. Gelasius[1] episcopus[e]) omnibus episcopis[f]).

Cuncta[2] per mundum novit ecclesia, quod[g]) sacrosancta Romana ecclesia[h]) fas[i]) de omnibus habeat iudicandi, neque[k]) cuiquam de eius[l]) liceat iudicare iudicio. Si quidem ad illam de qualibet mundi parte appellandum est, ab[m]) illa autem nemo est appellare permissus. Sed[3] nec illa preterimus, quod apostolica sedes sine ulla synodo precedente et[n]) solvendi, quod[o]) synodus iniqua dampnaverat, et dampnandi nulla[p]) existente synodo, quos oportuit, habuerit facultatem, et[4] hoc[q]) nimirum

---

C. 14. a) Ut difficiliores singularum provinciarum questiones ad sedem apostolicam referantur, *Bb.* b) deest *Ps. Gaio,* in domino *add. P, L.*

1 Ps. Gaius p. 214, c. 7 i. f. p. 218. 2 similia in principio c. 7 proferuntur. 3 c. 7 i. f.

C. 15. a) Quod *M, codd. bB.* b) maculatus *codd. cit.* c) vel *codd. cit.* d) secesserit V_1, recedens *codd. cit.* e) inobediens *codd. cit.* f) societatem *Ps. Vig.* g) *deest Ps. Vig.* h) aut *Ps. Vig.* i) *ex* implere *L,* implere *P.*

1 Ps. Viginius c. 6, p. 115.

C. 16. a) *om. N, codd. bB.* b) iudicare *M,* V_3. c) communibus *in tab. rubr.* d) *om. codd. bB.* e) papa *Bol.,* V_2; *Bb exhibet:* Gelasius. Nec plane tacemus, quod cuncta. Requ. in lib. I cap. XLVIII (*47 huius ed.*) et aliud cap. sequens (*48 ed.*). f) Dardaniae *add. 3, 4, 11, 12.* g) quoniam *M, sicut I, 47.* h) quorumlibet episcoporum ligata possit absolvere et *add. 3, 4, 5, 11, 12.* i) de omnibus fas habeat *N,* de omni ecclesia fas hab. *Coll. min.* k) nec *11.* l) *ex* eis *corr. 7.* m) *ex* ab *corr.* de *1.* n) exsolvendi *5, 10.* o) quos *5, 10.* p) nulla exist. syn. *om. 5, 11, 12.* q) haec *5.*

1 Hoc capitulum aeque ac cap. 10 Coll. min. ex cap. I 47—49 conflatum allegatur in synodo Romana a. 1074 c. 23. 2 ex c. I 47. 3 ex c. I 48. 4 c. I 49 in fine.

pro suo principatu, quem beatus Petrus apostolus[r]) Domini voce et tenuit semper[s]) et retinebit[t]).

C. 17. Ut[a]) de eo qui[b]) ad sinum sanctae Romanae ecclesiae confugit, nihil ante decernatur, donec ab ipsa precipiatur, quae vices suas ita aliis impertivit ecclesiis, ut sint in partem vocatae sollicitudinis non[c]) in plenitudinem potestatis. Gregorius[d]) [1] servus servorum Dei omnibus episcopis per diversas provincias[e]).

Divinis preceptis et apostolicis saluberrimis incitamur[f]) monitis, ut pro omnium statu impigro vigilemus affectu[g]). Et quia cunctarum divina[h]) dispensatione ecclesiarum curam gerimus, omnibus nostra poscentibus suffragia apostolica auctoritate subvenire optamus, quoniam divinae virtutis et infirmitatis humanae sanctio[i]) est, ut omnium ecclesiarum negotia ad nostrae reparationis tendant effectum[k]). Quapropter has ad vos litteras[l]) destinamus, in quibus decreto nostro vestram rogantes caritatem mandamus, ut[m]) nichil prius de eo qui ad sinum sanctae Romanae confugit ecclesiae eiusque implorat auxilium decernatur, quam ab eiusdem ecclesiae[n]) fuerit preceptum auctoritate, quae vices suas ita aliis impertivit ecclesiis, ut in partem sint vocatae sollicitudinis non in plenitudinem potestatis[o]). Si autem, quod non arbitramur, a quoquam[p]) secus presumptum fuerit[q]), ab officio cleri submotus apostolicae[r]) auctoritatis reus[s]) ab om- Tob.
nibus iudicetur, ne lupi, qui sub specie ovium subintrarunt[t]), bestiali 4, 16.
saevitia quousque ⟨l. quosque[u])⟩ audeant[v]) dilacerare, et quod sibi fieri nolunt aliis inferre presumant.

C. 18. Quod[a]) omnium[b]) appellationum et episcoporum et cunctorum maiorum[c]) negotia apostolicae sedi debent[d]) reservari[e]). Vigilius[1] papa.

Ad Romanam ecclesiam tam summa episcoporum negotia et iudicia atque querelae quam et maiorum[f]) ecclesiarum quaestiones quasi ad caput

---

r) a *G, N,* a *add. Pis., 7.* s) et tenebit semper *N.* t) tenebit *5, 11, 12.*

C. 17. a) Ut nihil de fugiente ad R. ecclesiam sine eius precepto iudicetur; si quis vero secus presumpserit, ab officio submoveatur *M, codd. bB.* b) quod *P, G (in tab. rubr.)* c) *om. G.* d) Gelasius *N,* episcopus *add 7.* e) constitutis *add. Coll. min.* f) incitamur monitis *inser. M man. 2 post* saluberrimis *spatio 7 circiter litteris relicto.* g) effectu *Hampe.* h) divinarum *N,* dispositione divina *3, 12.* i) sanctione *G, 6.* k) affectum *codd.* A^2, *Bol.*, V_3, eff. V_2. l) litterulas *codd. bB.* m) *aliquibus pretermissis p. 74.* n) fuerit eccl. *3, 12.* o) *iterum paucis praetermissis.* p) quo quisecus *6.* q) et *add. Hampe.* r) *pro* apostolicae auctoritatis *exhibet* et iniuriarum *Ps. Greg. IV.* s) indicio *7.* t) subintrant *1.* u) *sic Coll. min.* v) audiant *G, N.*

1 Ex Gregorii IV epist. spuria p. 73, vide lib. I c. 20; Coll. min. c. 13.

C. 18. a) Quod appellantium episcoporum *M, codd. bB.* b) omnium *om.* V_2, V_3 *in tab. rubr.* (Quod appellationum et *etc.*). c) *om. G.* d) debet *G, N.* e) servari *Bb'.* f) maiores *Ps. Vigil.*

1 Ps. Vigilius c. 7, p. 712.

semper referendae[g] sunt. Nam et qui se scit aliis esse[h] prepositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prelatum. Ipsa namque ecclesia quae prima est ita reliquis ecclesiis vices suas credidit largiendas, ut in partem[i] sint vocatae sollicitudinis non in plenitudinem potestatis. Unde omnium appellantium[k] apostolicam sedem episcoporum iudicia et cunctorum[l] maiorum negotia causarum eidem sanctae sedi reservata esse liquet, presertim cum in his omnibus eius semper sit exspectandum consultum; cuius tramiti si quis obviare temptaverit, sacerdotum causas se non sine honoris sui periculo apud eandem sanctam sedem noverit redditurum[m].

C. 19. Ut[a] quisquis sacerdotum apostolicae sedis non obedierit preceptis, a ministerio deponatur et excommunicetur, quia non solum obe-
I Petr. dire debuit, sed et aliis ut obedirent insinuare. Gregorius[b] [1] papa.
5, 5. Nulli fas est vel velle vel posse transgredi apostolicae sedis precepta nec eius dispositionis ministerium, quod omnium sequi oportet caritatem. Sit ergo ruinae suae dolore prostratus quisquis apostolicis voluerit contraire preceptis[c] nec locum deinceps inter sacerdotes habeat, sed extorris[d] a sancto ministerio[e] fiat, nec[f] de eius iudicio quisquam[g] postea curam habeat, quoniam iam dampnatus a sancta et apostolica ecclesia eiusque[h] auctoritate et[i] propria inobedientia atque[k] presumptione a quoquam esse non dubitatur, quia maioris excommunicationis deiectione est exigendus, qui[l] non solum prelatae[m] sanctae ecclesiae iussionibus parere debuit, sed etiam aliis[n], ne[o] preterirent insinuare. Sit[p] ergo alienus a divinis et pontificalibus officiis, qui noluit preceptis obedire[q] apostolicis.

C. 20.[a] Si[b] quis super his dubitaverit, ante corpus sancti Petri victurus aut vincendus decertet. Gregorius [1] papa.

Si quis super his nos voluerit arguere aut extra auctoritatem facere contenderit, veniat ad sedem apostolicam, quo[c] omnia ecclesiastica ne-

---

g) referantur *Bol.* h) *om. G.* i) in parte .... in plenitudine *Ps. Vigil.* k) appellationum *V₁, P.* l) cunctarum *codd. bB et Bb'; Ps. Vigil.* m) Dat. kal. Mart. Uuilisario et Joanne uu. cc. conss. *add. Bb.*

C. 19. a) Quod alienus sit a divinis et pontificalibus officiis, qui apostolicae sedis noluerit obedire preceptis *M, codd. bB.* b) *inscriptionem om. N.* c) decretis *Ps. Greg. IV. et Coll. min., at* preceptis *3, in marg.* vel decretis. d) exterioris *6.* e) fiat ministerio *Hampe,* ministerio — quoniam *inser. Bb al. man.* f) ne *G*; non *Hampe.* g) quisqui *6.* h) ac *Hampe.* i) suaque *pro* et propria *Hampe.* k) absque *codd. A², V₃.* l) cui sanctae Dei ecclesia commissa fuerit disciplina *add. Ps. Gregor IV. et Coll. min., at omittunt codd. 6, 10 sicut Anselmus.* m) prelati *N.* n) alios *6.* o) ne pret. *om. N.* p) sitque *Hampe.* q) obtemperare *Hampe.*

1 Ex Gregorii IV epist. spuria citata, fragmentum cod. A (Ambianensis) p. 77, Coll. min. c. 15.

C. 20. a) *huius capit. loco V₄ habet cum rubrica:* Quod nullus metropolitanus absque comprovincialium episcoporum instantia aliquorum audiat causas, *Ps. Vigin. c. 2, p. 114.* b) De contentione ante beati P. confessionem determinanda *M, codd. bB at in tab. rubr. deest V₂.* c) ad quam 6.

1 Ex Gregorii IV epist. spuria citata, p. 75, Coll. min. c. 16.

gotia, de quibus quaestio habetur, confluere iussa sunt, ut ibi ante confessionem sancti Petri mecum iuste[d] decertet, quatenus inibi unus ex nobis sententiam suscipiat suam[e].

C. 21. Ut nullus metropolitanorum causas episcoporum sive aliorum agere presumat, nisi quae ad propriam pertinent parrochiam. Annicius[a][1] universis ecclesiis per Galliae provincias constitutis in Domino salutem. — Si quis[b] metropolitanorum inflatus fuerit et sine omnium comprovincialium presentia[c] vel[d] consilio episcoporum aut eorum aut alias causas nisi[e] eas tantum quae[f] ad propriam suam pertinent parrochiam agere aut eos gravare voluerit, ab omnibus districte corrigatur[g] ne talia deinceps presumere audeat[h].

Si[i] vero incorrigibilis eique inobediens apparuerit, ad hanc apostolicam sedem, cui omnia episcoporum iudicia terminare iussa (precepta *Ps. Annic.*) sunt, eius contumacia referatur, ut vindicta de eo fiat, et ceteri timorem habeant.

C. 22. Quod[a] papa omnium ecclesiarum curam debet habere, et quod sedes sancti Petri sacerdotalis mater est dignitatis et magistra ecclesiasticae rationis. Leo[1] episcopus[b] universis episcopis per Siciliam constitutis in[c] Domino salutem.

Divinis preceptis[d] et apostolicis monitis incitamur, ut pro omnium ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu[e], ac si quidem[f] usquam reprehensione ⟨l. reprehensioni⟩ invenimus obnoxium, celeri sollicitudine aut ab ignorantiae imperitia aut a[g] presumptionis usurpatione revocemus, quia[h] beati apostoli Petri sedes vobis sacerdotalis mater dignitatis est et ecclesiasticae magistra rationis.

---

d) *om. 3.* e) *om. 3.*

C. 21. a) Anicetus *corr. Bb'*, Anicius Romanae ecclesiae episcopus omnibus episcopis. *Coll. min.* b) aliquis *Coll. min., Ps. Ann.* c) presentiali *G, N, codd.* A^2, *M*, V_3, V'_4. d) *om. Bb'.* e) non *G, M.* f) *abhinc tota pagina f. 36' vacua relicta est L.* g) iudicetur *5.* h) si vero incorrigibilis — apud hanc apostolicam sedem audiatur *add. Bb, pro* timorem *exhibens* metum, *et verba* non posse *ante* fuerit *omittens.* i) *Coll. min.*

[1] Ps. Annicius, p. 120, c. 4 p. 121. Coll. min. c. 191 — timorem habeant.

C. 22. a) Quod omn. eccl. cur. papa deb. hab. et beati Petri sedes *etc. M, codd. bB.* Quod — debet habere, ut non videatur pastorem Christum non amare, *Bb'.* b) papa *Bb.* c) in Dom. sal. *om. Bb.* d) require in primo libro *Bb m. 1,* cap. XLIIII *add. m. 2.* e) effectu *G,* statum *add. M.* f) quid *Leo.* g) assumptionis V_2 *J.* h) *post plura alia, col. 716.*

[1] Epist. 16, Baller. I col. 715; Jaffé-W. 414, cf. I 32 (Ps. Sother), I 43 (Leo I.), II 17 (Ps. Greg. IV).

C. 23. Quod papa restituit episcopos iniuste damnatos propter[a]) timorem principum et omnia sua reddi precepit, alioquin excommunicaret tam episcopos quam eorum principes. Dilectissimis fratribus per Hispaniarum provincias constitutis Sixtus[1] episcopus in Domino salutem.

Fratres quos timore terreno iniuste dampnastis, scitote a nobis iuste esse restitutos. Quibus ex auctoritate sancti Petri apostolica auctoritate omnia quae eis ablata sunt integerrime reddi precipimus, si non vultis et vos et principes vestri a collegio nostro et membris ecclesiae separari. Justo enim iudicio Dei datur plerumque peccatoribus potestas qua sanctos ipsius persequantur, ut qui spiritu Dei iuvantur et aguntur fiant per laborum exercitia clariores.

C. 24. Quod apostolica sedes ab aliis ligatos potest solvere, ab illa vero ligatos nemo, de[a]) qua presumptione Acatius dampnatus est. Dilectissimis fratribus universis episcopis per Dardaniam constitutis Gelasius[b])[1].

Cuncta per mundum novit ecclesia, quoniam quorumlibet sententiis ligata pontificum sedes beati Petri apostoli ius habeat resolvi[c]), utpote quae de omni ecclesia[d]) fas[e]) habeat iudicandi, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio; siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellare[f]) voluerunt[g]), ab illa autem nemo sit appellare permissus. Quapropter satis constet[h]) Acatium nullum habuisse pontificium[i]) sententiam[k]) sedis apostolicae sine ulla eius notione solvendi. Qua certe synodo hoc ille presumpsit, quod nec si <l. sic> absque apostolica sede fas quidem haberet efficere >posset[m])<? Cuius sedis episcopus? Cuius metropolitanae civitatis antistes? Nonne parrochiae Araclensis[n]) ecclesiae? Si illi certe licuit sine synodo sententiam apostolicae sedis abrumpere, nulla eius consolatione[o]) quaesita, itane vero non licuit primae sedi halcedonensis synodi constituta, sicut decuit, exsequenti huiusmodi prevaricationem[p]) sua[q]) auctoritate detrudere?

C. 23. a) timore *M, codd. bB.*
1 Ps. Sixtus II p. 191, c. 7 p. 192.

C. 24. a) de qua — dampnatur est *om. M,* V_2, V_3. b) papa *add.* V_2. c) resolvendi *forma brev., at* resolvi *Merlin.* d) *om.* V_1, *P.* e) ius *R.* f) appellari *forma brev.* g) voluerint *N.* h) constat V_1, *P,* V_3. i) pontificum *N.* k) sententia *N.* l) *ex* si *post. corr.* sic *R.* m) *om. R.* n) Heraclensis *forma brev.,* Aracilensis V_3. o) consultatione V_3, *forma brev., ex* consolatione *corr. Ven. et R.* p) prevaricatorem *Bb', forma brev.* q) *ex* sue *postea corr. R.*
1 Epist. 26, forma brevior, cf. supra I 47, II 16.

C. 25. [a]) Quod papa renovare [b]) possit iudicia dampnatorum. Symmachus[1] episcopus dixit.

Si quis episcoporum iudicio provinciali depositus fuerit, Romanum papam, si placet, rursus appellet, et ipse, si videtur, reparet iudicia in opitulatione [c]) dampnati [d]). Ecce enode est, quod ad laqueum preparastis [e]).

C. 26. [a]) Quod apostolica sedes ius habeat convocandi synodos et iudicandi omnes maiores causas ecclesiae [b]). Venerabilibus fratribus [c]) universis Orientalibus episcopis Julius[1].

Primae sedis [d]) ecclesiae convocandarum generalium synodorum iura et iudicia episcoporum singulari privilegio evangelicis et apostolicis atque canonicis concessa sunt institutis, quia semper maiores causae ad sedem apostolicam multis auctoritatibus referre [e]) preceptae sunt, nec ullo modo potest maior a minore iudicari.

C. 27. [a]) Quod ideo [b]) Romanae ecclesiae [c]) concessa sunt privilegia congregandorum [d]) conciliorum ac restitutionum episcoporum et iudiciorum [e]), ut omnibus oppressis succurrat. Idem[1].

Multos cognovimus pessimis machinationibus iniuste depositos. Ideo summopere mihi cui vice principis apostolorum universalis ecclesiae cura commissa est, providendum est auxiliante ipso summo [f]) apostolo, ne talia deinceps fiant, quoniam ideo huic [g]) sanctae sedi prefata privilegia specialiter sunt concessa tam de congregandis conciliis et iudiciis ac [h]) restitutionibus episcoporum quam et de summis ecclesiarum negotiis, ut ab ea omnes oppressi auxilium et iniuste dampnati restitutionem sumant et talia ab impiis [i]) nec [k]) presumantur absque ultione nec exerceantur absque sua dampnatione. Portamus [l]) enim [m]) onera hominum [n]) qui gravantur, quin immo [o]) haec portat in nobis beatus apostolus Petrus, cuius

---

C. 25. a) *deest Bb; pro hoc et cap. 26 et 27 duo alia ex Ps. Damaso affert.* b) reparare potest *M, codd. bB, V'_4.* c) epitulatione *codd. A^2, ex* epitulatione *corr. M,* opitulationem *Bol., V_1, V'_4.* d) *ex* dampnari *corr. M.* e) *sec. V_3 correxi* preparasti.

[1] Ennodii libellus pro synodo, Auct. antiqu. t. VII p. 60.

C. 26. a) *cap. deest Bb'.* b) Julius papa *praemittit inscriptioni V'_4.* c) *om. V_1, L,* fratribus *inscr. P m. 2.* d) sedi *G.* e) referri *Bol., V_3, V'_4, Hinsch.,* referre *etiam V_2.*

[1] Ps. Julius p. 456, c. 5 p. 459.

C. 27. a) *deest Bb' et V'_4.* b) *om. codd. A^2.* c) sedi *codd. A^2, M, codd. bB.* d) de congregandis conciliis et iudiciis et restitutionibus episcoporum, ut *M, codd. bB.* e) et *add. G, N (at in tab. rubr. spat. vac. rel. N).* f) pontifice *add. codd. bB.* g) haec *Hinsch.* h) et *V^1, V_3.* i) improbis *Ps. Julius.* k) ne *Hinsch.* l) portemus *Hinsch.: quae sequuntur sunt c. 19 i. f., p. 474.* m) deest *Ps. Jul.* n) omnium *Ps. Jul.* o) quinimo *V_1, ex* qui immo *L,* qui immo *P.*

[1] Ps. Julius c. 15 p. 471.

vice fungimur[p] legatione et[q]) cuius regula informamur, quatenus eius fulti auxilio ab omnibus nunc et in perpetuo[r]) tueamur adversis.

C. 28. Quod veritas[a]) saepius exagitata manifestius[b]) clarescit[c]). Innocentius[1] Rufo Gerontio Sofronio[d]) Flaviano Macedonio[e]) Prosdosio et Aristeo[f]) episcopis per Macedoniam constitutis.

Grave non oportuit videri piissimis mentibus vestris cuiuscumque[g]) retractare[h]) iudicium, quia veritas saepius exagitata magis splendescit in luce et pernicies revocata in iudicium gravius[i]) et sine poenitentia condempnatur. Nam fructus divinus est iustitiam saepius recenseri, fratres karissimi.

C. 29. Ut ad[a]) apostolicam sedem transferantur[b]), quae alibi finiri non possunt. Leo[1] episcopus.

Si forte inter ipsos qui presunt de maioribus, quod absit, peccatis causa nascitur, quae provinciali nequeat examine definiri, fraternitatem tuam de totius negotii qualitate metropolitanus curabit instruere. Et[c]) si coram positis partibus nec tuo fuerit resopita[d]) ⟨l. res sopita⟩ iudicio, ad nostram cognitionem quicquid illud est transferatur.

C. 30. Ut ad apostolicam sedem referatur, si qua dissensio inter fratres oriatur. Leo[1] episcopus.

Si in eo, quod cum[a]) fratribus tractandum definiendumve credideris, diversa eorum fuerit a tua voluntate sententia, ad nos omnia sub gestorum testificatione referantur, ut remotis ambiguitatibus quod de[b]) eo placeat decernatur. Ad hunc enim finem omnem affectum nostrum curamque dirigimus[c]), ut quod[d]) ad unitatem concordiae et quod ad custodiam pertinet disciplinae, nulla dissensione[e]) violetur nulla desidia neglegatur[f]).

C. 31. Ut causae ecclesiarum ab episcopis ventilatae corroborentur ab apostolica sede, si ratae debuerint permanere. Leo[1] episcopus universis episcopis per Caesariensem Mauritaniam constitutis in Domino salutem.

Si quae emerserint causae, quae ad statum ecclesiarum et ad concordiam pertineant sacerdotum, illic sub timore Domini volumus[a]) venti-

---

p) et *add. codd. bB.* q) de V_1. r) perpetuum V_1, *P*, imperpetuo V_2 *J*.

C. 28. a) saep. ver. *M, Bb'.* b) verius *M.* c) clarescat *N.* d) Suffronio *G, M.* e) *om. G,* V_3. f) Aresteo *Bol.,* V_2, Aristeae *Coust.* g) cuiusque *G.* h) retractari *Innoc.* i) grav s *G.*

1 Innocentii I ep. 18 ed. Coustant, col. 841; Jaffé-W. 304.

C. 29. a) *om. G.* b) referantur *M.* c) ut V_2, *Leo.* d) reposita *M,* al. resopita *in marg. man. 2,* ressopita *Bb'.*

1 Leo I, ep. 14 c. 7, Baller. I col. 689; Jaffé-W. 411.

C. 30. a) *in G dimidia pars linea vacua relicta est.* b) Deo *Leo.* c) dirigamus *G.* d) quae V_1, qui *P, L.* e) dispensatione V_2. f) negligatur *N.*

1 Epist. cit. c. 11, col. 690.

C. 31. a) ut *add.* V_2.

1 Epist. 12 c. 13, Baller I col. 668; Jaffé-W. 410.

lentur, et de componendis atque compositis omnibus ad nos relatio plena mittatur, ut ea quae iuxta ecclesiasticum morem iuste et rationabiliter fuerint definita nostra quoque sententia roborentur.

C. 32. [a])

Dilectissimis fratribus universis episcopis Orientalibus Gelasius [b]) [1].

Cum constet semper auctoritate [c]) sedis apostolicae huiusmodi personas aut discussas vel esse purgatas, aut sic ab aliis quibus competebat episcopis absolutas, ut tamen absolutio earum ex sedis apostolicae consensione penderet, ubi utrumque defuit, nec discussionem legitimam nec purgationem firmam, ac per hoc receptionem fuisse constat indebitam.

C. 33. Quod papa canonum [a]) decreta ita librare debet, ut quae necessitas temporum relaxanda exposcit temperet, quantum fieri potest. Dum [b]) [1] in unum apud beatum Petrum apostolum sancta sexta synodus canonice a beato Symmacho Romae congregata resedisset, Symmachus predictus episcopus ecclesiae catholicae urbis Romae eadem [c]) synodo presidens dixit:

Quoniam religiosus Spiritu sancto congregante conventus hortatur, ut quaecumque pro disciplina ecclesiastica sunt necessaria cura diligentiore tractemus; nos enim et apostolicae sedis moderamine compellimur et ecclesiasticarum rerum dispositione constringimur sic canonum paternorum decreta librare ex [d]) ⟨l. et⟩ retro [e]) presulum antecessorumque nostrorum decreta metiri, ut quae presens necessitas temporum restaurandis ecclesiis relaxanda exposcit adhibita diligenti consideratione quantum fieri potest auxiliante Domino temperemus, quia nos qui potissimi sacerdotis administramus officia transgressionum culpa [f]) respiciet, si in causis Dei [g]) desides fuerimus inventi, quia meminimus quod timere debemus, et qualiter comminetur Dominus [h]) neglegentiae sacerdotum [i]).

C. 32. a) *rubrica deest G, Pm, V*$_1$*, L, M, Bol., V*$_3$, verum *N et P hanc praebent:* Quod episcopi nec damnari nec restitui possunt sine consensu Romanae sedis: *V*$_2$ *affert:* Ut purgatio episcoporum non fiat sine consensu Romani pontificis vel aliorum pontificum: *Bb summat:* Quod alicuius episcopi absolutio a consensu sedis apostolicae pendet. *Huic* (34) *ex decretis Nicolai I cap. 33 antecedit in Bb'.* b) papa *add. V*$_2$*, V*$_3$*, et in marg. iterum* Gelasius papa *V*$_2$. c) *sic correxi* ac *G*, ad *V*$_1$*, P, M et alior. codd., cf. Thiel n. 34.*

[1] Epist. 27, A. Thiel I p. 427; Jaffé-W. 665.

C. 33. a) decr. can. *M.* b) Cum *codd. A*^{2}*, V*$_3$. c) in eadem *codd. bB,* eidem *Bb'; Ps. Symm.* d) et *Bb'.* e) recto *G, N, V*$_2$. f) culpas *V*$_1$*, P.* g) divinus *codd. A*^{2}. h) D. *M, in marg. man.* 2 dominus. i) *Bb' continuat:* Et post pauca. Ideo tacere — non negligamus.

[1] Ps. Symmachi VI synodus, p. 679.

C. 34. Ut nec concilium nominetur quod sine consensu papae congregatum fuerit, et ut difficiliores quaestiones[a] ad ipsum referantur. Dilectissimis fratribus universis episcopis, qui illicita vocatione Johannis Constantinopolitani episcopi ad synodum Constantinopolim convenerunt. Pelagius[b] [1].

Relatum est ad[c] apostolicam sedem Johannem Constantinopolitanum episcopum universalem se scribere, vosque[d] ex hac sua presumptione ad synodum convocare generalem cum generalium synodorum convocandi auctoritas apostolicae beati Petri sedi singulari privilegio sit tradita et nulla unquam synodus rata legatur quae apostolica auctoritate non fuerit fulta. Quapropter[e] quicquid in predicto vestro conventiculo, quia synodus taliter presumpta esse non potuit, statuistis ex auctoritate sancti Petri apostolorum principis et domini Salvatoris voce, qua beato Petro potestatem ligandi et[f] solvendi ipse Salvator dedit, quae etiam potestas in successoribus eius indubitanter transivit, precipio omnia quae ibi statuistis[g] vana et cassata[h] esse, ita ut deinceps nunquam appareant nec mutilentur[i]) Ait enim ipse Salvator beato Petro, sicut ipsa per se Veritas loquitur
Matth. dicens: 'Quaecumque ligaveris s. t. erunt l. et in caelo[k], et quaecumque
16, 19. s. s. t. erunt s. et in c.'[l] Multis denuo apostolicis et canonicis atque ecclesiasticis instruimur regulis non debere absque sententia Romani[m] pontificis concilia celebrari, quapropter, ut iam dictum est recte, non concilium sed vestrum conventiculum vel conciliabulum cassatur[n] et quicquid in eo actum est irritum habeatur[o] et vacuum. Vos quoque deinceps videte, ut nullius hortatu talia presumatis, si apostolicae sedis communione carere non vultis[p]. Si [2] vero in qualibet provincia ortae fuerint quaestiones et inter ipsius provinciae episcopos discrepare coeperit ratio, atque inter ipsos[q] dissidentes non conveniat, ad maiorem tunc sedem referantur. Et si illic facile et[r] iuste non discernuntur, ubi fuerit synodus regulariter congregata, canonice et iuste iudicentur. Majores vero et difficiliores[s] quaestiones, ut sancta synodus statuit et beata consuetudo exigit, ad sedem apostolicam semper[t] referantar.

C. 34. a) causae *M.* b) papa *add. V_2 in marg.* c) *G,* apud *alii codd. A et B.* d) voxque *P, L.* e) papa *add. P sed mox del.* f) atque V_2. g) et *add. Ps. Pel. II.* h) quassata *G, N.* i) ventilentur *Ps. Pel. II.* k) c. *N,* caelis V_1. l) caelis *N,* V_1, caelo *M,* V_3. m) Romanorum pontificum *Ps. Pel. II.* n) cassabitur *G, N.* o) habetur *Ps. Pel. II.* p) Et infra *add. Bb'.* q) episcopos *Ps. Pel. II,* conveniant *N.* r) eiuste *G, om.* V_3. s) difficiles *Ps. Pel. II.* t) *om. G.*

1 Ps. Pelagius II, p. 721. 2 l. c. 724.

C. 35. Quod apostolicae sedi summarum dispositiones causarum ab ipso Domino traditae sunt, et ut sacerdotes non accusentur apud publicos iudices. Alexandri[1] papae.

Relatum[a]) est insuper ad huius sanctae sedis[b]) apostolicae[c]) apicem, cui summarum dispositiones causarum et omnium negotia ecclesiarum ab ipso Domino tradita sunt quasi ad caput, ipso[d]) dicente principi apostolorum: 'Petrus, tu es p. et s. h. p. ae. e. m': quod quidam aemuli Matth. Christi eiusque sanctae ecclesiae insidiatores, sacerdotes Dei ad iudices 16, 18. publicos accusare presumant[e]); et cetera[f]). His[2] et aliis fulti quam plurimis documentis dominicis vitantes hominum perditionem cum omnibus huius sanctae sedis, quam Dominus caput totius ecclesiae constituit membris talia fieri prohibemus, ne confundatur populus[g]) Domini in aeternum. Nam et a[h]) predecessoribus nostris inhibitum[i]) legimus, ut nemo contristet doctores neque accusationem adversus eos suscipiat. Ipse namque princeps apostolorum in ordinatione beati Clementis populum instruens ait[3]: 'Quicumque contristaverit doctorem veritatis, peccat in Christum et patrem omnium exacerbat Deum, propter quod et vita carebit'. Et doctor Gal. 6, gentium inquit: 'Si preocupatus fuerit homo in aliquo delicto[k]), vos qui 1. 2. spirituales estis, sustentate[l]) illum in spiritu lenitatis considerans te ipsum, ne et tu tempteris, alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi.'

C. 36. Ut episcoporum tantum[a]) finitiva[b]) iudicia referantur ad sedem Romanam, et in ecclesiis eorum non alii preponantur, donec negotia eorum iuste ibi terminentur[c]). Eleutherius[d])[1] papa.

De accusationibus clericorum super quibus consulti sumus, quia omnes eorum accusationes difficile est ad sedem apostolicam deferre, finitiva episcoporum tantum iudicia huc deferantur et huius sanctae sedis auctoritate finiantur, sicut ab apostolis eorumque[e]) successoribus multorum consensu episcoporum iam definitum est. Nec in eorum ecclesiis alii aut[f]) preponantur[g]) aut ordinentur, antequam hic eorum iusta[h]) terminentur negotia[i]).

C. 35. a) Delatum *G, N.* b) *om. N., V_1, P.* c) *om. G,* sedis apostolicae *inser. M man. 2;* sanctae et apost. sedis *Hinsch.* d) ipsi V_1, *P,* ipsoque *Hinsch.* e) cum magis apostolus Christianorum causas ad ecclesias deferri et ibidem terminari precipiat. Taliter varicantes prevaricaverunt in dominum suum et non obediunt precepto eius *add. M in marg. man. 2.* f) *praetermittitur reliqua pars cap. IV et maior pars cap. V.* g) corpus *Hinsch.* h) apud decess. *N.* i) inhabitum legitimum *N.* k) *om. G.* l) substentate *P,* instruite huiusmodi in spir. *N.*

1 Ps. Alexander c. 4, p. 95. 2 ex c. 5, p. 97. 3 vid. I, 3.

C. 36. a) *om. M, codd. bB.* b) finitima *codd. A^2.* c) aliorum vero clericorum apud comprovinciales episcopos et ventilare et iuste finire licet *add. Bb man. 2.* d) Eleutherii papae *N.* e) eorum V_2. f) autem *G, N.* g) proponantur V'_4. h) iuste *Hinsch.* i) *Bb prosequitur:* quoniam quamvis — eis ut predictum — est et iuste finire licet.

1 Ps. Eleutherus c. 2, p. 125.

C. 37.[a]) Ut accusatus episcopus alieno iudice non constringatur, sed apud suos episcopos causa eius rationabiliter[b]) discernatur; finis vero ad apostolicam sedem referatur[c]). Zepherinus[1] papa.

Nullum episcoporum sententia non[d]) a suo dicta iudice constringat, quia et leges saeculi id ipsum fieri precipiunt. Duodecim[e]) enim iudices quilibet episcopus accusatus, si necesse fuerit, eligat, a quibus eius causa iuste iudicetur. Nec prius audiatur aut excommunicetur vel iudicetur, quam ipsi per se eligantur et regulariter vocatus ad suorum primo conventum[f]) episcoporum per eos[g]) eius causa iuste audiatur et rationabiliter discernatur. Finis vero eius causae ad sedem apostolicam deferatur, ut ibidem terminetur, nec finiatur antea, sicut ab apostolis vel successoribus eorum olim statutum est, quam eius auctoritate fulciatur.

C. 38.[a]) Quod apostolica sedes auctoritatem habet universae ecclesiae subvenire atque nociva corrigere et emendare. Dionysius[1] papa.

Olim et ab initio tantam percepimus[b]) a beato Petro apostolorum principe fiduciam, ut habeamus auctoritatem universali ecclesiae subvenire[c]) auxiliante Domino, et quicquid nocivum est apostolica[d]) auctoritate corrigere et emendare.

C. 39.[a]) Ut difficiliores singularum provinciarum quaestiones ad sedem apostolicam referantur. Gaius[1] papa.

Quaecumque difficiliores[b]) quaestiones per singulas provincias exortae fuerint, semper ad sedem apostolicam referantur.

C. 40.[a]) Quod[b]) absque auctoritate sedis apostolicae nulla potest synodus regulariter congregari, nec episcopus qui eam appellaverit potest sine illa[c]) damnari. Marcellus[1] papa.

Vos licet corpora nostra possitis occidere, animas tamen non potestis interficere, nec gradus divinitus collatos potestis auferre. Synodos[d]) ergo absque huius sanctae sedis auctoritate episcoporum, quamquam quosdam episcopos possitis congregare, non potestis regulariter facere neque ullum episcopum qui hanc appellaverit apostolicam sedem damnare, antequam hinc[e]) sententia finitiva procedat.

C. 37. a) *deest Bb', pro hoc extat cap. 39 Damasi papae.* b) *om. M, codd. bB.* c) deferatur *P, L, codd. bB,* defferantur *Bol.* d) a non suo *Hinsch.* e) Christi *G, N,* V_3, undecim *M, Bol.,* V_2. f) conventus *N.* g) *om.* V_2.

[1] Ps. Zepherimus c. 5, p. 131.

C. 38. a) *cap. deest Bb'* b) et *add. P.* c) aux. D. subv. *Ps. Dion. (I 14).* d) auct. ap. *Ps. Dion. (I 14).*

[1] Ps. Dionysius, v. supra I 14.

C. 39. a) *deest Bb'.* b) difficiles *Ps. Gai. (II 14).*

[1] Ps. Gaius, v. in hoc. lib. c. 14.

C. 40. a) *deest Bb'.* b) Ut *M.* c) ipsa V_1, *P.* d) synodus *codd.* A^2, V_2; synodum *Hinsch.* e) *ex* huic *corr. G,* huic *N.*

[1] Ps. Marcellus c. 9, p. 228.

C. 41. Ut nemo suspicionis arbitrio iudicetur, et quod sola sedes apostolica privilegium habet a temporibus apostolorum iudicandi episcopos. Melciades[1] papa.

Nullum iudicium iudicetis[a)] suspicionis arbitrio, sed primum probate, et postea caritativam proferte sententiam. Et 'quod vobis non vultis fieri, alteri nolite facere'. Mementote semper[b)] sermonis Domini, qui ait: 'Nolite iudicare, ut non iudicemini; nolite condempnare, ut non condempnemini. In quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabimini'. Episcopos nolite iudicare, nolite[c)] condempnare absque sedis huius auctoritate. Quod si feceritis, irrita erunt vestra iudicia et vos condempnabimini. Hoc enim privilegium huic sanctae sedi a temporibus apostolorum statutum est servare, quod illaesum manet usque in hodiernum diem. Episcopos ergo quos sibi Dominus oculos elegit et columnas ecclesiae esse voluit, quibus etiam ligandi et solvendi potestatem dedit, suo iudicio reservavit, atque hoc privilegium beato clavigero Petro sua vice solummodo commisit. Quod eius iuste[d)] prerogativum successit sedi futuris hereditandum atque tenendum temporibus, quoniam et inter beatissimos apostolos fuit quaedam discretio potestatis, et licet cunctorum par electio foret, beato tamen Petro concessum est, ut aliis premineret et[e)] eorum quae ad querelam venirent causas et interrogationes prudenter disponeret. Quod Dei ordinatione taliter ordinatum esse credimus, ne omnes posteri eorum cuncta sibi vindicarent, sed semper maiores causae sicut sunt episcoporum et potiorum curae negotiorum ad unam beati Petri principis apostolorum sedem confluerent, ut inde suscipiant finem iudiciorum, unde acceperunt initium institutionum, ne quandoque a suo discreparent capite. Si vero se[f)] viderit quisquam vestrum pregravari, hanc sedem appellet, huc recurrat, ut semper instituta fuit consuetudo. Audivimus[g)] a quibusdam fratribus, quibus infesti eratis nimis, quod iurgia et discordiae sunt[h)] inter vos; propterea ista scripsimus vobis mandantes, ut ita teneatis, sicut ab apostolica sede[i)] tenenda mandantur.

Tob. 4, 16. Luc. 6, 37. Matth. 7, 12.

C. 42. Quod ab apostolis eorumque successoribus statutum est, ut absque Romani pontificis sententia nec concilia celebrentur nec episcopi dampnentur, et sicut beatus Petrus primus erat apostolorum, sic Romana ecclesia primatum habet omnium ecclesiarum. Venerabilibus fratribus universis Orientalibus episcopis Julius[1].

Porro dudum a sanctis apostolis et[a)] successoribus eorum in prefatis antiquis decretum fuerat statutis, quae hactenus sancta et universalis apo-

---

C. 41. a) iudicetis *Bb.* b) *om. P, L (add. m. rec.)* c) nolite cond. *om. N.* d) *om. codd. bB, V'$_4$.* e) eorumque *Ps. Melch.* f) *om. G.* g) *post plura alia c. 5 i. f., p. 244.* h) sint *Ps. Melch.* i) vobis *add. Ps. Melch.*

1 Ps. Melchiades c. 2, p. 243.

C. 42. a) *addidi ex codd. bB.*

1 Ps. Julius c. 6 p. 459.

stolica tenet ecclesia, non oportere preter[b]) sententiam Romani pontificis concilia celebrari nec episcopum damnari, quoniam sanctam Romanam ecclesiam primatum omnium ecclesiarum esse voluerunt. Et sicut beatus Petrus apostolus primus fuit omnium apostolorum, ita et haec ecclesia suo nomine consecrata Domino instituente primatum[c]) et caput sit ceterarum, et[d]) ad eam quasi ad matrem et apicem omnes maiores ecclesiae causae et iudicia episcoporum recurrant eiusque iuxta terminum sumant sententiam, nec extra Romanum quicquam ex his decerni debere pontificem, quatenus non ita proterve et pro libitu cuiusquam suo proprio arbitrio quibusque metropolitanis, sicut agere solebant, liceat inconsulto Romano pontifice aut maiores ecclesiae causas deturbare aut episcopos dampnare, sed communi sanctae Romanae[e]) sedis episcopi consilio et concordatione[f]) quaeque sunt Christi zelo agenda disponant unanimiterque recte sentiant; et ea quae senserint[h]) nobis[i]) sibimet[k]) non discrepando sed Deo placendo perficiant.

C. 43. Quod Romanae sedi a tempore apostolorum concessum est et[a]) in Nicena synodo confirmatum est, ut absque eius[b]) sententia nullus episcopus dampnetur aut depellatur. Eiusdem[c] [1].

Si quis ab hodierna die et deinceps episcopum preter huius sanctae sedis sententiam dampnare aut propria pellere sede presumpserit, sciat se inrecuperabiliter esse dampnatum et proprio carere[d]) perpetim honore. Eos[e]) qui absque huius sedis sententia sunt eiecti vel dampnati, huius sanctae sedis sententia vel[f]) auctoritate scitote pristinam recipere communionem et in propriis restitui sedibus, quoniam[g]) et prius, a tempore scilicet apostolorum, haec sanctae huic sedi concessa sunt et postea in memorata Nicena synodo propter pravorum hominum[h]) infestationes atque hereticorum persecutiones et insidiantium molimina fratrum sunt[i]) concorditer ab omnibus roborata[k]), ut magis singuli[l]) previdEant[m]), nec <l. ne> talia audeant perpetrare et caveant, si non propter Deum et honorem[n]) fraternum, tamen propter obprobrium[o]) hominum et ruborem suum

---

b) post V_1. c) prima *Hinsch.* d) et ad — causae *om. G.* e) ecclesiae *add. N.* f) concordi actione *Ps. Jul.* g) recta V_1. h) consenserint *Bb'.* i) *deest. Ps. Jul.* k) non sibimet *Ps. Jul.* l) *sic G,* placite *N et alii codd.*; placita *Hinsch.*

C. 43. a) *om. P.* b) *om. N, codd. A^2.* c) *om. G,* idem *codd. bB,* Julius papa Romanus omnibus episcopis *Coll. min.* d) perp. car. *3, 4, 12.* e) vero *add. codd. bB,* autem *Coll. min.,* eosque *Ps. Jul.* f) vel auctoritate *incuria librarii in textum irrepsit,* auctoritate *Coll. min., Ps. Jul.* g) *ex iis quae sequuntur nihil nisi sententiam:* Nullus enim debet presumere, quae sibi non videntur concessa *exhibet Coll. min.* h) omnium *codd. A^2, M, Bb'.* i) sibi *G, N.* k) corroborata *Hinsch.* l) singulis *N, M, V_2 J.* m) pervideant *M, V_2 J.* n) amorem fratrum *Ps. Jul.* o) honorem omnium *Bb'.*

1 Ps. Julius c. 8, p. 460, Coll. min. c. 96.

atque canonicam ultionem, saltim haec timore et verecundia compressa silentio comprimantur amputato scilicet totius usurpationis excessu; quia nullus debet presumere, quae sibi non videntur esse concessa. Quam in [p]) culpam nullo modo potuissetis incidere, si unde consecrationem honoris accipitis, inde legem totius observantiae [q]) sumeretis, et beati apostoli Petri sedes, quae vobis sacerdotalis mater est dignitatis, esset et [r]) ecclesiasticae magistra rationis.

C. 44. [a]) Ut omnes observent quod apostolica sedes observat. Julii [b]) [1] papae.

Satis indignum est vel [c]) pontificum vel ordinum quemquam subsequentium hanc regulam refutare, quam beati Petri sedem et sequi videat et docere.

C. 45. Ut absque apostolica sede nec concilium celebretur, nec episcopus dampnetur. Julius [1] papa Orientalibus episcopis [a]).

Vellem enim vos magis ad iam dictam canonicam convenire vocationem, ut coram universali concilio redderetis [b]) rationem, cur synodum ad statum ecclesiarum et fratrum in Antiochia subvertendum et Nicaeni magni concilii destructionem fecistis? Aut cur nobis inconsultis episcopos in eam [c]) convocastis, ad quam nec maximus Hierosolimitanus venit, nec nostra interfuit legatio canonibus quippe in Nicena synodo iubentibus non debere preter sententiam Romani pontificis ullo modo concilia celebrari nec episcopos dampnari. Aut cur in predictorum loco [d]) fratrum alios [e]) posuistis, antequam penes nos aut nostros apocrisiarios [f]) eorum causa [g]) canonice esset examinata finemque perciperet rectum. *Et* [h]) *post pauca.*

C. 46. [a]) Quod papa Julius increpat eos, qui preter ipsius sententiam concilium fecerunt et episcopos dampnaverunt, quos [b]) ipse suscepit et in suis ecclesiis restituit. Eiusdem [c]) [1].

Quibus ita gestis scripsi vobis et omnibus, qui in Antiochiam contra apostolicam canonicamque regulam nobis inconsultis fueratis congregati,

---

p) *deest Ps. Jul.* q) observatione V_1, *P, L* (*m. rec. corr.* observantiae), *M.* r) *om. N, M, codd. bB et Bb'; Ps. Jul.*

C. 44. a) *deest Bb', substituitur cap. (43) Ps. Melchiadis.* b) idem V_2, V_3. c) quemquam vel pont. vel ord. *Ps. Jul. (I 8).*

1 Ps. Julius, v. supra I 8.

C. 45. a) Eiusdem *add. G, N.* b) redderitis *G, M.* c) ea *G, N.* d) locum *codd.* A^2, *M*, V_3. e) adulteros *add. Ps. Jul.* f) apocrisarios *G, N* (apochr.), *codd.* A^2, V_3. g) *om. G.* h) et p. p. *om. codd. bB.*

1 Ps. Julius c. 11, p. 465.

C. 46. a) *numerum om.* V_2. b) Quos (*ex* quod V_2) — restituit, *ordine inverso in rubricae initio ponunt Bol.*, V_2. c) *om. N*, V_2, idem *Bol.*, V_3.

1 Ps. Julius c. 11, p. 465, 466.

arguens vos primum de iniuriis litterarum, deinde[d]) cur Athanasium suosque consecratores ⟨l. consectatores⟩ ad vestrum[e]) concilium convocassetis omnibus scilicet precipientibus nichil extra Romanum decerni pontificem, cui haec[f]) maiora ecclesiarum negotia tam ab ipso Domino quam ab omnibus universorum conciliorum patribus speciali sunt, ut iam dictum est, privilegio contradita[g]). Vobis vero refugientibus et ad concilium totiens convocatis adesse nolentibus illis quoque in sua reclamatione et iusta ratione persistentibus vestraque cognoscentes crimina et illorum iustam[h]) examinantes rationem omnesque eos[i]) Niceno concilio comperientes et nostris apostolicis iussionibus obtemperantes visum est nobis ac[k]) universo concilio, ut nos[l]) divinis preceptis et apostolicis monitis informati, qui pro omnium ecclesiarum statu impigro vigilare debemus affectu[m]), si quicquam reprehensione[n]) usquam invenitur obnoxium, celeri sollicitudine aut[o]) ab ignorantiae imperitia aut[p]) a presumptionis usurpatione revocemus. His taliter consideratis atque decretis tamquam omnium curam gerentes propter sedis propriae dignitatem suscepimus eos in communionem singulisque cum suis auctoritate huius[q]) sanctae sedis rebus proprias[r]) reddidimus[s]) ecclesias. Quoniam huic sanctae sedi propter pravorum hominum insidias ipso Domino instituente et sanctis[t]) apostolis eorumque[u]) successoribus per singula concilia roborantibus; hoc semper licuit licebitque Domino auxiliante in perpetuum. Unde qui se scit aliis esse prepositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prelatum, sed obtemperantiam quam ab[v]) aliis[w]) requirit gratis et ipse dependat. Quapropter increpando vobis scribo, quia non recte tractastis viros inculpatos et[x]) nobis minime examinatos de suis ecclesiis communione privatos pellentes et ecclesiasticae disciplinae iniuriam irrogantes constitutaque[y]) Niceni concilii minime servantes talia indisciplinate agere non formidastis. Idcirco quoniam dudum venire[z]) vocati rennuistis, modo ad certum diem, i.[a]) e. quinto decimo kalendas Novembris vos iterum regulariter[b]) litteris missisque[c]) evocemus[d]), ut coram vobis ostendamus nos iustam in eos protulisse sententiam et de cetero non talia esse passuros. Est etenim[e]) in antiquis ecclesiae statutis decretum, ut qui aliena invadit non exeat inpunitus, sed cum multiplicatione restituat, unde et in evangelio scriptum
Luc. 19, 8. est: 'Quod si aliquid defraudavi, reddo quadruplum'. In lege quoque

---

d) deinceps V'_4. e) *sec. M, V_2, Bb' correxi* nostrum. f) *sec. M, V_2, sed G, N et alii codd. add.* et; et in *Bol.* g) contradicta *N, P, M, V_3.* h) iustorum *G.* i) in *add. G.* k) ab *P, M.* l) vos *codd. A^2.* m) effectu *Ps. Jul.* n) *ex* reprehensionem *V_2.* o) *abest ab ed. Hinsch.* p) *om. G.* q) sanctae sed. huius *G.* r) propriis *codd. A^2.* s) *sec. M, V_2, Bb' et cod. Bamb. Ps. Isid. correxi ex* reddimus. t) sanctorum sanctis *N,* apostolis *addidi ex V_2, V_4.* u) eorum *V_2.* v) *om. G, N.* w) ipse *add. P, L.* x) *om. G,* a vobis *N.* y) constitutumque *Hinsch.* z) voc. venire *N.* a) quinquagesimum XV *N.* b) regulari *G.* c) missis *Hinsch.* d) evocamus *codd. bB, Ps. Jul.* e) enim et *Bol., V_3,* enim. *V_2.*

cautum est: 'Maledictus omnis qui transfert terminos[f] proximi sui, et dicit[g] omnis populus: amen'. Quare miror vos tam audaces esse et tam imprudenter egisse et terminos ac iura beati Petri apostolorum principis invasisse. Sui enim, ut[h] paulo superius prelibatum est, iuris erat, ut absque eius sanctae sedis auctoritate nullus deberet aut[i] concilia celebrare aut episcopos ad synodum convocare vel eos dampnare aut propriis pellere sedibus aut alios in eorum loco ordinare: quae omnia vos temerare non timuistis. Quid, rogo[k], est aliud talis presumptio, nisi quod apostolorum suorumque successorum decreta transgredi et maledictionem superius comprehensam in lege scilicet[l] cautam quam omnis populus uno ore consonaque responsione per 'amen', id est fiat, confirmavit, suscipere non timuistis? Nam, ut reor[m], talibus transgressionum funiculis constricti nostrum, ne vestra proderentur flagitia, examen declinastis et ad saepe[n] dictam vocationem venire distulistis. Sane manifestum est suum eos confiteri crimen, qui quotiens[o] evocati absque inevitabili causa venire distulerint et purgandi se voluntate non utuntur. *Et*[p] *post pauca.*

Deut. 27, 17.

C. 47. Quod irritum sit concilium, nisi fuerit apostolica auctoritate firmatum. Iulius[a] [1] papa.

Regula vestra[b] nullas habet vires nec habere poterit, quoniam nec ab orthodoxis episcopis hoc concilium actum est, nec Romanae ecclesiae legatio interfuit, canonibus precipientibus sine eius auctoritate concilia fieri non debere. Nec ullum ratum est aut erit umquam concilium, quod eius non fuerit fultum auctoritate. *Et*[c] *post pauca.*

C. 48. Quod apostolicae sedi privilegia specialiter sunt concessa de congregandis conciliis et iudiciis ac restitutionibus episcoporum et de[a] omnibus negotiis summis ecclesiarum. Eiusdem[b] [1].

Mihi[c], cui vice principis apostolorum universalis ecclesiae cura commissa est, summopere[d] providendum est[e], ne talia deinceps fiant. Quoniam ideo huic[f] sanctae sedi prefata privilegia specialiter sunt concessa tam de congregandis conciliis et iudiciis ac restitutionibus episcoporum quam et de summis ecclesiarum negotiis, ut ab ea omnes oppressi

---

f) terminum *Bol.*, V_2. g) dicet *Bb'*. h) et *P*. i) *om. codd. bB.* k) ergo *N*. l) *om. codd.* A^2, V_3. m) reorum *G*. n) supra dictam *Hinsch.* o) tociens *P*, *L m. 2*, *Hinsch.* p) et p. p. *om. N*, *codd. bB et Bb'*.

C. 47. a) *inscriptionem om. N.* Eiusdem *codd.* A^2. Idem *codd. bB.* Item. De receptione vero sedis — numero episcoporum restitui — regulam protulistis quae *praemittit Bb'*. b) nostra *G*, *N*. c) et p. p. *om.* V_2, *Bb'*.

1 Ps. Julius c. 13, p. 471.

C. 48. a) de omnibus *om. M*, *codd. bB.* b) *om. G*, *Bol.* Idem V_2, V_3. c) Multos cognovimus — Ideo summopere *praemittit Bb.* d) summopere *ante* 'mihi' *ponit Ps. Jul. (II 27).* e) aux. ips. s. ap. *add. Bb'*, *Ps. Jul. (II 27).* f) haec *Hinsch.*

1 Ps. Julius c 15 p. 471, v. supra II, 27.

auxilium et iniuste dampnati restitutionem sumant et talia ab improbis[g]) nec presumantur absque ultione, nec exerceantur absque sua damnatione. *Et*[h]) *post pauca.*

C. 49.[a]) Ut in causis episcoporum sententia papae expectetur. Eiusdem[b]) [1].

Decuerat vos iuxta prefatas regulas, si aliquid egissent contra suum ordinem, mandare nobis et expectare quid[c]) ad vestra[d]) consulta rescriberemus[e]).

C. 50. Quod episcopi ab apostolica sede ordinationes dogmata sublevationes debent recipere et de maioribus causis nichil preter[a]) ipsam decernere. Domino[b]) beatissimo et honorabili sancto patri Felici sanctae sedis apostolicae urbis Romae[c]) papae Athanasius[d]) [1] et universi Egyptiorum Thebaidorum et Libiorum episcopi in sancta Alexandrina[e]) synodo gratia Dei congregati.

Pater[f]) beatissime!, quia[g]) semper antecessores nostri et nos a vestra apostolica sancta sede auxilium ausimus[h]) et nostri vos curam habere cognovimus, prefatam apostolicam et summam expetimus iuxta canonum decreta sedem, ut inde auxilium capiamus, unde predecessores nostri ordinationes et dogmata[i]) atque sublevationes ceperunt[k]). Ad eam quoque quasi ad matrem recurrimus, ut eius uberibus nutriamur, quoniam non potest mater oblivisci infantem suum. Sic et vos nolite oblivisci nos vobis commissos, quoniam non levibus nos inimici nostri implicuerunt et cotidie facere moliuntur afflictionibus et apprehendere ac ferris nos constringere minantur, nisi eorum consentiamus erroribus quod vobis inconsultis nequaquam agere presumimus. Canonibus quippe iubentibus absque Romano nos de maioribus causis nichil debere decernere pontifice. Ideoque ad propositum currentes et[m]) bravium properantes vestrae apostolicae sedis imploramus auxilium, quia, ut credimus, non despexit Deus preces cum lacrimis sibi oblatas servorum suorum, sed ob id vos vestrosque[n]) predecessores apostolicos videlicet presules in summitatis arce constituit omniumque ecclesiarum eis curam habere precepit, ut nobis

---

g) impiis *(II 27).* h) et p. p. *om.* V_2, V_3.

C. 49. a) *rubricae huic et capitulis 50, 51 desunt in L, numeros in marg. add. m. rec.*; *totum cap. om.* V_4. b) Idem V_2. c) quod V_3; *Ps. Jul.* d) vestram *L.* e) Et post pauca. Portamus enim onera — adversis *add. Bb' (v. II 27 i. f.).*

1 Ps. Julius c. 19 p. 474.

C. 50. a) post V_1. b) ter *add. Ps. Athan.* c) Romanae *codd.* A^2. d) Athanasius episcopus V_2 *in marg.* e) Alexandria *G*, Alexandriae *M*, V_2, V_3, *Bb'*. f) Pat. beat. *om.* V_4. g) quod V'_4. h) auximus *N*, *Hinsch.*, haus. *codd* A^2 *et alii.* i) inde *add. Hinsch.* k) acceperunt V_2, V_3. l) constringi *Ps. Athan.* m) ad *add.* V_2, V_3; *Ps. Athan.* n) predecessoresque vestros *Ps. Athan.*

1 Ps. Athanasius c. 1, 2, p. 479.

succuratis nosque tuentes, cui omne episcoporum iudicium est commissum, liberare[o]) non neglegatis. Nam scimus in Nicena magna synodo CCCX et octo episcoporum ab omnibus concorditer esse corroboratum[p]) non debere absque Romani pontificis sententia[q]) concilia[r]) celebrari[s]).

C. 51.[a]) Ut apostolicam sedem appellet[b]) qui metropolitanum suum[c]) vel ceteros episcopos habet suspectos et quod ipsa potestatem habet iniuste dampnatos et excommunicatos restituere et sua eis reddere, quia caput omnium est. In eadem[d])[1].

Similiter et a supradictis patribus est definitum[e]) consonanter, ut[f]) si quisquam episcoporum aut metropolitanum aut comprovinciales aut iudices suspectos habuerit, vestram sanctam Romanam interpellet sedem, cui ab ipso Domino potestas ligandi et solvendi speciali est privilegio super alios concessa. Ipsa enim firmamentum a Domino[g]) fixum et inmobile percepit, quoniam ipsam formam universorum titulorum lucidissimam dominus Jesus Christus vestram apostolicam constituit sedem. Ipsa est enim sacer vertex, in qua omnes vertuntur sustentantur[h]) relevantur et, sicut in Christo Christiani[i]), et in petra i. e. Petro[k]) Christi renovantur ecclesiae. Tu es enim, sicut divinum veraciter testatur eloquium, Matth. 16, 18. Petrus, et super[m]) fundamentum tuum ecclesiae columnae id est episcopi qui ecclesiam[n]) sustinere[o]) et propriis humeris reportare debent, tibi sunt confirmatae, tibique claves regni caelorum commisit, atque ligare et solvere potestati[p]) tuae, quae in terra et quae in caelis sunt, promulgavit. Tu profanarum heresum et imperitorum[q]) atque omnium infestantium depositor, ut princeps et doctor caputque omnium orthodoxorum[r]) doctrinae et inmaculatae fidei existis. Igitur ne despicias patrum tuorum, pater, pietatem bonamque intentionem, et sicut illi patres et predecessores a multis liberaverunt oppressionibus et angustiis, ita nos liberare digneris. Nam fuit semper vestrae sanctae et apostolicae sedi licentia iniuste dampnatos vel excommunicatos potestative[s]) sua auctoritate restituere et sua eis omnia reddere, et illos qui eos condempnaverunt apostolico punire[t]) privilegio, sicut etiam[u]) nostris et[v]) anterioribus cognovimus actum temporibus.

---

o) ab hostibus nostris *add. Ps. Athan.* p) roboratum *Hinsch.* q) sententiam *Hinsch.* r) *om. N.* s) celebrare *Hinsch.*, nec episcopos dampnari *add. M in marg. man. 2, codd. bB, V'_4 in contextu.*

C. 51. a) *numerum om. V_2.* b) *om. V_2.* c) *om. V_1, P.* d) *om. G,* in eod. *N,* in eadem *M in marg.,* eiusdem *codd. bB (V_2 in marg.).* e) diffinitum *Bol., V_2.* f) et *G.* g) Deo *Ps. Athan.* h) sust. relev. *post inser. L.* i) ita *add. V_2.* k) Christo Petrus *Ps. Athan.* l) Christo *M.* m) supra *codd. A^2.* n) 'm' *in rasura? V_2,* ecclesiarum *V_3,* statum *add. V_2, V_3.* o) sustinent *V_2.* p) potestative *Hinsch.* q) impetitorum *Ps. Athan.* r) orthodoxae *Ps. Athan.* s) potestate *G,* protestative *Bb'.* t) *om. G.* u) et *V_1.* v) in *add. P, L.*

1 Ps. Athanasius c. 4 p. 480.

C. 52. [a]) Ut accusatores et accusati episcopi coram papa conveniant et ibi causae illorum [b]) retractentur et [c]) confirmentur [d]) aut [e]) infirmentur, sicut [f]) antiquis censitum [g]) est regulis. In eadem [h]) [1].

Nefas est supplicum [i]) apostolicae sedi [k]) scripto [l]) preces [m]) oblatas despicere, sed ut condecet et privilegium vestrae sedis est, nos et illi canonicaliter convocemur et ante vos de nostris obiectionibus canonice cum omni probitate concertemus, sicut predecessores nostri penes vestros fecerunt antecessores, et sicut canonica in predicta sancta synodo docent instituta [n]), et veluti paleati verbi per ventilabrum canonicae examinationis plenam purgationem in communi consistentes auditorio de maturis et nutrientibus catholicae ecclesiae dogmatibus quae confirmant cor hominis, per participationem paternarum consequamur institutionem. Antiquis enim regulis censitum est, ut quicquid, quamvis in remotis aut in longinquo positis provinciis super [o]) episcoporum querelis aut accusationibus ageretur, non prius retractandum [p]) aut accipiendum esset, quam ad notitiam almae sedis vestrae fuisset deductum, ut huius auctoritate [q]) iuxta [r]) quae fuisset pronunciatum [s]) ⟨l. pronuntiatio⟩ infirmaretur aut firmaretur, indeque sumerent [t]) normam, unde ecclesiae sumpsere predicationis exordium, ne passim ab insidiatoribus columnae averterentur [u]) ecclesiae. Certum est enim, quod [v]) eidem [w]) sedi vestrae in honore beatissimi Petri patrum decreta peculiarem decrevere reverentiam Dei pro rebus inquirendis [x]) atque determinandis, quas sollicite decet iusteque ab ipso presulum vertice examinare apostolico, cuius sollicitudo semper fuit et est, tam mala dampnare quam probare laudanda.

C. 53. Ut contentiones inter clericos et [a]) laicos a comprovincialibus episcopis terminentur, maiores vero ad sedem Romanam transferantur. Innocentius [1] papa.

Si quae causae vel contentiones inter clericos et [b]) laicos tam superiores [c]) quam inferiores fuerint exortae, placuit. ut secundum synodum Nicenam congregatis omnibus [d]) eiusdem provinciae episcopis iudicium [e])

C. 52. a) *numerum om.* V_2. b) ipsorum *codd.* A^2, *Bb'*, eorum *M*, V_2, V_3. c) aut *suprascripto* V_2. d) firmentur *N*, *codd.* A^2, *M*, V_2, V_3, affirmentur *Bb.* e) aut infirmentur *om.* V_2. f) *sic* V_4. g) consuetum *M*, *codd. bB*, V'_4. h) eodem *codd.* A^2, eiusdem V_2 *in marg.*, V_3. i) supplicium *P*, *M*. k) sedis *Hinsch.* l) aut sine scripto *add. Hinsch.* m) preceps *P*, *L*. n) constituta *Ps. Athan.* o) insuper *P*, *L*. p) tractandum vel *Ps. Athan.* q) auctoritatem *G*, *N*, *M*. r) iusta *ex corr. Bb'.* s) pronuntiatio *Bb'*; *Ps. Athan.* t) sument *G*, *N*. u) everterentur *Hinsch.* v) *om. Hinsch.* w) sanctae *add. Ps. Athan.* x) requirendis *L*.

1 Ps. Athanasius c. 5 p. 481.

C. 53. a) cleros et laicos *P*, V_3, et laic. *om. G.* b) et laicos *om. Coust.* c) superioris ordinis quam etiam inferioris *Coust.* d) *om. Coust.* e) iurgium *Coust.*

1 Innocentius I, ep. 2 cap. 3, Coustant col. 749, cuius lectiones fere omnes cum ed. Merlini fol. 171 concinunt; Jaffé-W. 286.

terminetur. Nec alicui liceat, sine preiudicio tamen Romanae ecclesiae, cui in omnibus causis debetur[f]) reverentia custodiri, relictis his sacerdotibus qui in eadem provincia Dei ecclesias[g]) nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias aut[h]) aliarum prius provinciarum episcoporum iudicium expeti[i]) vel pati. Quod si quis forte presumpserit, et ab officio cleri[k]) submotus et iniuriarum reus ab omnibus iudicetur. Si autem maiores causae in medio[l]) fuerint devolutae, ad sedem apostolicam, sicut synodus statuit, et beata consuetudo exigit, post iudicium episcopale referantur.

C. 54. Dum in fidei ratione dubitatur, debent episcopi ad sedem beati Petri hoc referre. Innocentius[a]) [1] papa.

Quotiens[b]) fidei ratio mutilatur[c]), arbitror omnes fratres et coepiscopos nostros non nisi ad Petrum id est sui nominis et honoris auctorem referre debere, velut nunc retulit vestra dilectio, quod per totum mundum possit ecclesiis omnibus prodesse.

C. 55. Quod papa non per se, sed per legatos conciliis provincialibus soleat interesse. Leo [1] papa ad Pulcheriam Augustam.

Nam illud, quod pietas ipsius me credidit debere interesse concilio, etiam si secundum aliquod precedens exigeretur exemplum, nunc[a]) tamen nequaquam posset impleri, quia rerum presentium nimis incerta conditio a tantae urbis populis me abesse non sineret, et in desperationem[b]) animi tumultuantium mitterentur, si per[c]) occasionem causae ecclesiasticae viderent[d]) patriam et sedem apostolicam me velle deserere. Quia igitur ad publicam utilitatem pertinuisse cognoscitis, ut, salva clementiae vestrae venia, caritati me et precibus civium non negarem, in his fratribus meis, quos vice mea misi, me quoque adesse cum ceteris qui affuerint aestimate.

C. 56. Quod de iudicio sedis apostolicae nullus debeat iudicare, ipsa vero de omnibus. Gelasius [1] papa[a]).

Ipsi sunt canones, qui appellationes totius ecclesiae ad huius sedis examen voluere deferri, ab ipsa vero nusquam prorsus appellari debere

---

f) debet *ex* debetur *P.* g) ecclesiam *Coust.* h) aut — pati *om. Coust.* i) expetere V_1, *P;* experiri, *om.* vel pati *Merlin; atque ita legendum esse puto, cum verba* 'vel pati' *a librario nonnisi ex coniectura addita esse videantur.* k) clerici *Bol.* l) medium *Innoc.*

C. 54. a) Eiusdem *codd.* A^2. b) Quotiens fidei ratio etc. Require in lib. I in cap. XXVIII *Bb'*: Quociens de fidei causa *G.* c) ventilatur V_3.

1 V. supra I, 27.

C. 55. a) nec *Bb.* b) quondam *add. Leo.* c) pro occasione *Baller.* d) viderer *absque* 'me' *Leo.*

1 Leo I, ep. 31. Baller. I, col. 857; Jaffé-W. 425.

C. 56. a) Fausto *add. Bb et incipit a verbis:* Nobis opponunt canones — refugiunt; *rubricam affert:* Quod qui papae canones opponit, quid loquatur nescit, et quod de iudicio sedis apostolicae nullus debeat iudicare, ipsa vero de omnibus.

1 Gelasius I ep. 10, A. Thiel p. 344; Jaffé-W. 622.

sanxerunt. Ac per hoc illam de tota ecclesia iudicare, ipsam ad nullius commeare iudicium, nec de eius umquam preceperunt iudicio iudicari, sententiamque illius constituerunt non oportere dissolvi, cuius potius sequenda decreta mandarunt[b]).

C. 57. Ut si quis iudicio provincialium episcoporum depositus fuerit, papam adeat et ipse si videtur ei, retractet. Symmachus[1] papa.

Legite, insanissimi, aliquando in illis preter apostolici apicis sanctionem aliquid constitutum, et non de maioribus negotiis ad collationem, siquidem[a]) occurrit[b]), prefatae sedis arbitrio fuisse servatum? Sic[c]) enim habes: si quis episcoporum iudicio provinciali depositus fuerit, Romanum[d]) papam, si placet, adeat[e]), et ipse, si videtur, reparet iudicia in opitulatione[f]) dampnati[g]).

C. 58. Ut difficiliores quaestiones ad sedem apostolicam referantur[a]). Gregorius[1].

Fratres[b]), ut honor ecclesiasticus nostris diebus non evacuetur nec[c]) umquam Romana, quae instituente Domino caput est omnium ecclesiarum, privilegiis suis umquam careat aut expolietur, decernimus. Maiores[2] vero et difficiliores quaestiones, ut sancta synodus statuit et beata consuetudo exigit, ad sedem apostolicam semper referantur. Ceterum sanctorum patrum statuta sequentes synodali auctoritate omnes qui adversus patres armantur, ut patrum invasores et mactatores infames esse censemus.

C. 59. Ut pregravati a comprovincialibus episcopis vel metropolitano sedem appellent apostolicam et nullam interim molestiam patiantur, donec ibi res finiatur. Felix[1] papa[a]).

Quotiens episcopi se a suis comprovincialibus vel a metropolitano putaverint pregravari vel[b]) eos suspectos habuerint, mox Romanam appellent sedem. Ad quam eos absque ulla detentione aut suarum rerum ablatione libere ire liceat et dum predictam Romanam[c]) matrem appellaverint[d]) ecclesiam, aut ab ea se audiri[e]) expoposcerint, nullus eos aut excommunicare aut[f]) eorum sedes subripere aut eorum res auferre aut ali-

---

b) mandauerunt V_3, *Bb'*.

C. 57. a) si quid *Ennod.* b) occurrerit *L.* c) Sic en. habes *om. N.* d) Rom. adeat papam, si placet, et ipse *Bb'.* e) rursus appellet *Ennod. (et supra II 25).* f) epitulatione *codd.* A^2, *ex* epitulatione *suprascr.* 'o' *corr. M.* g) Ecce enode (i. e. apertum *suprascrips. m. 2*) est, quod ad laqueum preparastis *add. Bb.*

1 Ennodii libellus pro synodo, p. 60; v. supra II 25.

C. 58. a) deferantur *codd.* A^2. b) Orate, fratres — expolietur (*absque* 'decernimus') *Ps. Pelag. II.* c) ecclesia *add. Bb'.*

1 Immo Ps. Pelagius II p. 722. 724. 2 p. 724.

C. 59. a) II. *add. Bb man. al.* b) aut *Ps. Fel. II.* c) *om. 3.* d) appellaverit *N.* e) exaudiri *3.* f) aut suscipere *ex marg. inser. 10.*

1 Ps. Felix II c. 12 n. 20, p. 488, Coll. min. c. 88.

quam[g]) vim eis inferre presumat, antequam amborum causa Romani pontificis auctoritate finiatur. Quod si aliter a quoquam presumptum fuerit, nichil erit, sed[h]) viribus carebit.

C. 60. Quod metropolitano cum omnibus comprovincialibus episcopis summas ecclesiasticas causas licet discutere sed non diffinire, nec episcopum dampnare nec synodum congregare absque apostolicae sedis auctoritate. Damasus[1] papa Stephano archiepiscopo.

Discutere episcopos et summas[a]) ecclesiasticorum causas negotiorum metropolitanis[b]) una cum omnibus suis comprovincialibus, ita ut nemo ex eis desit et omnes in singulorum[c]) concordent[d]) negotiis, licet, sed diffinire eorum atque ecclesiarum[e]) summas querelas causarum vel dampnare episcopos absque huius sanctae[f]) sedis auctoritate minime licet, quoniam[g]) omnes appellare, si necesse fuerit[h]), et eius fulciri auxilio oportet. Nam, ut nostis, synodum sine eius auctoritate fieri non est catholicum, nec episcopus nisi[i]) in legitima synodo et suo tempore apostolica vocatione congregata diffinite[k]) dampnari potest, neque ulla concilia[l]) umquam rata leguntur, quae apostolica non sunt fulta auctoritate.

Accusatores[m]) autem episcoporum et tertes absque ulla infamia aut suspicione vel manifesta macula et verae fidei pleniter instructi esse debent et tales quales ad sacerdotium elgere divina iubet auctoritas.

C. 61.[a]) Quod statuta maiorum nullo modo sint neglegenda nec usurpanda, quae non sunt concessa. Julius[1].

Amputato totius usurpationis excessu nullus debet presumere quae sibi non videntur esse concessa[b]), et ea[c]) quae sunt ab apostolis eorumque[d]) successoribus instituta[e]) nulla desidia neglegantur[f]), nulla desidia[g]) ⟨l. dissensione⟩ violentur, nulla concertatione turbentur[h]).

---

g) aliqua inde *N.* h) *om. 5, 12.*

C. 60. a) summorum *Hinsch.* b) metropolitanos *Coll. min.*; *Ps. Dam.* c) singula *5.* d) concorditer *G, N.* e) ecclesiasticarum *5.* f) *om.* V_2. g) quia *5.* h) est *5.* i) *deest Hinsch.* k) vel diffiniri *7.* l) umquam conc. *Ps. Dam.*, rata umquam *7.* m) *Coll. min.*; *Ps. Dam. c. 10.*

1 Ps. Damasus c. 8, 9, p. 502; Coll. min. c. 90 — iubet auctoritas.

C. 61. a) huic capitulo *Bb m. 2* post c. 65 sine numero *in margine infer. substituit:* Julius papa episcopis orientalibus. Amputato — magistra rationis *ex cap. VIII Ps. Jul.; rubricam et ipsa m. 2 dat:* Quod nullus presumere debeat quae sibi non sunt concessa, quam culpam nullus incurrit qui legem observat apostolicae sedis. b) conc. esse *G.* c) *paucis praetermissis, ex c. 9.* d) eorum V_2 *J.* e) statuta *Ps. Jul.* f) negligant violenter, nulla concert. *N,* negl. nulla des. *om. L.* g) *M man. 2 in marg. corr.* dissensione. h) conturbentur *G.*

1 Ps. Julius c. 8, 9 p. 460, 461.

C. 62.[a] Item[b] quod episcopi non possunt regulariter synodum congregare preter apostolicam sedem nec appellantem episcopum dampnare. Marcellus[1] episcopus[c] sanctae catholicae[d] ecclesiae urbis Romae Maxentio.

Synodos[e] absque huius sanctae sedis auctoritate episcoporum, quamquam quosdam episcopos possitis congregare, non[f] potestis regulariter facere, neque ullum episcopum qui hanc appellaverit apostolicam sedem dampnare, antequam hinc sententia finita[g] procedat. Nam si saeculares in[h] publicis iudiciis libellis utuntur appellatoriis, quanto magis sacerdotibus haec eadem agere licet, qui super illos sunt, quibusque[i] dictum est:
Psalm. 81, 6. 'Ego dixi, dii estis'.

C. 63. De eadem re[a] [1].

Sancta et universalis apostolica tenet ecclesia non oportere preter sententiam Romani pontificis concilia celebrari nec episcopum dampnari, quoniam sanctam Romanam ecclesiam primatum omnium ecclesiarum sancti[b] patres esse voluerunt.

C. 64. Ut[a] cuius episcopi iudicium renovandum Romana precipit ecclesia renovetur. Nicolaus[b] [1] servus servorum Dei reverentissimis et sanctissimis confratribus nostris metropolitanis episcopis et ceteris episcopis, qui in Convicinum[c] villam publicam secus civitatem Silvanectis in concilio[d] convenistis.

Iuxta[2] constitutionem sanctae Sardicensis synodi, etiam si numquam reclamasset Rothardus[e] episcopus, numquam[f] sedis apostolicae fecisset[g] mentionem, a vobis, qui causam eius examinastis, memoria sancti Petri honorari debuerat et[h] ad eius vicarium scribi, ut si iudicaret renovandum esse iudicium, renovaretur et daret iudices.

C. 62. a) numerum *om. N, rubricam om. Bb.* b) *om. M, Bol., V₂.* c) papa Maxintio *Bb'.* d) et apostolicae *add. Ps. Marc.* e) Vos licet corpora — auferre *praemittit Bb,* synodum *Hinsch.* f) *inser. V₃.* g) finitiva *Bol., V₂; Ps. Marcell.* h) *om. codd. A².* i) quibus *Bol., V₂,* de quibus *Hinsch.*
[1] Ps. Marcellus p. 226, c. 10, p. 228.

C. 63. a) Eiusdem *add. Bb'.* b) sancti patres *deest Ps. Jul. et supra.*
[1] Ps. Julius c. 6, p. 459, v. supra II 42.

C. 64. a) Ut iudicium renovetur, si Romana iudicaverit ecclesia renovandum *M, codd. bB.* b) episcopus *add. epist. Nicol., cuius inscriptio etiam alias ab hac aliquantum discrepat.* c) Convicinum *G,* Convincinum *V₂.* d) concilium *V₁.* e) Rothadus *Nicol. I semper.* f) numquamque *P, L, codd. bB; Nicol. I.* g) fuisset mentio *N.* h) atque ei perscribi *Mansi.*
[1] Nicolaus I, Mansi XV col. 300; Jaffé-W. 2723. [2] col. 303.

C. 65. Sicut inter apostolos fuit discretio potestatis, ut unus aliis premineret, sic inter episcopos ordinatum est, ut in[a] singulis provinciis singuli presint et[b] desub primates, quibus tamen omnibus Romana preest ecclesia. Nicolaus[1] papa episcopis Galliae.

Verum[2] et inter beatos apostolos, sicut ille magnus et sanctus Leo[3] scribit, in similitudine honoris fuit quaedam discretio potestatis, et cum omnium par esset electio, uni tamen datum est, ut ceteris premineret. De qua forma[c] episcoporum quoque est orta distinctio et magna ordinatione provisum est, ne omnes sibi omnia vindicarent, sed essent in[d] singulis provinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia, et rursus quidam[e] in maioribus urbibus constituti[f] sollicitudinem eius susciperent ampliorem, per quos ad unam Petri sedem universalis ecclesiae cura conflueret et nichil usquam a suo capite dissideret[g]. Quod si[h] quidam ex vobis ullo[i] interiori[k] comprehendissent obtuitu, numquam Rothardum[l] episcopum Suessionicae[m] urbis sine consensu nostro deponerent[n], depredarentur[o] et in exilium pulsum monasteriali custodia manciparent. *Et infra.* § Quid[4], rogo[p], de presbyteris vel de[q] inferioris[r] gradus clericis agetur[s], quorum apud nos quoque causa a[t] Chalcedonensis[5] concilii regulis, cum ratio exigit, audiri iubetur, si episcopos tanta facilitate deponitis? *Et infra.* An[6] sedes apostolica caput non est? Frustra ergo, ut multa preteream, concilium Sardicense[7] ad Julium papam scribens inter cetera dixit: 'Optimum et valde congruentissimum esse videbitur[u], si ad caput, id est ad beati Petri apostoli[v] sedem, de singulis quibusque provinciis Domini referant[w] sacerdotes'? Ecce[x] sedem Petri[y] caput appellatam, ecce[z] ad quam de singulis provinciis Domini sacerdotes[a] referant. At contra vos adeo hanc despicitis, ut ad eam nichil de maioribus ecclesiae negotiis referre curetis[b]. *Et*[c] *cetera.*

C. 65. a) *om. M, Bol.* b) et de sub primates *om. M, codd. bB,* de sub *om. N, in tab. rubr.* 'de' *linea transducta deleto,* 'sub' *omisso.* c) *delet L.* d) *om. codd. bB.* e) quidem *N.* f) prostituti *M, Bol.,* perstituti V_2, V_3. g) discideret *Bol.,* V_2, discederet V_3. h) nisi — nullo *Mansi.* i) *om. Bb'.* k) intensiori *M,* V_4. l) Rothadum *Nicol. I.* m) Succursionicae *N.* n) deposuissent *Mansi.* o) *sic N,* V_2, V_3, depredarent *G, codd. A²,* *M, Bol.* p) ergo *N, codd. bB,* V'_4. q) *om. N.* r) inferiori gradu *N.* s) ageretur *N,* agitur *codd. A²,* augetur *Bol.* t) *deest Mansi.* u) videtur *Mansi.* v) *om. N,* V_3, *abhinc in rasura L.* w) referantur *G, L,* sac. referantur *N.* x) Ecce — referant *om.* V_1, *P,* ecce sedes — apellata est V_3. y) beati Petri *Bol.,* V_2. z) cui de sing. *Mansi.* a) referant sac. *M, codd. bB.* b) curretis *G, om. L.* c) etc. *om. N.*

[1] Nicolaus I., Mansi t. XV col. 693; Jaffé-W. 2785. [2] col. ead. [3] Leo I. ep. 14, c. 11. [4] col. 694. [5] can. 9 de clericis quidem agit, neque vero tale quicquam statuit. [6] col. ead. [7] Mansi t. III col. 40.

C. 66. Invectio[a]) papae contra Remensem archiepiscopum, qui Rothardum episcopum appellantem apostolicam sedem dampnare ausus est. Nicolaus[1] episcopus servus servorum Dei[b]) Hincmaro[c]) Remensi archiepiscopo.

Arguta[2] sapientia tua, utinam in bono, accepto[d]) fomite iudicii[e]) materiam depositionis[f]) adversus Rothardum assumpsit et ab itinere sedis apostolicae removit[g]) et continuatim sedem apostolicam appellantem dampnavit et carcerali custodiae mancipavit. *Et infra.* Privilegia[3] tamen sedis apostolicae vos oblivioni tradere nullatenus debuistis[h]), quibus venerandi canones iudicia totius ecclesiae ad hanc deferri[i]) iubent et[k]) ab illa, sicut sanctus[l]) Gelasius meminit, nusquam appellare[m]) sanxerunt. Ac per hoc ipsam[n]) de omnibus iudicare, ab illa vero nulli est appellare permissum. Sed etiam si ad vestrum provocasset a nostro iudicio, a vobis[o]) extabat tamquam erroneus corrigendus. *Et infra*[p]). Haec[4] quippe nos in Rothardo idcirco noveris operatos, ut[q]) privilegia sedis apostolicae, quae male a vobis violata esse videbantur, auctoritate[r]) apostolica et canonica patrum deliberatione pristino tandem genio[s]) et proprio decorarentur[t]) honore.

C. 67.[a]) Quod[b]) nemo potest ab his qui inferioris sunt dignitatis vel ordinis iudicari. Nicolaus[1] episcopus[c]) servus servorum Dei piissimo et dilectissimo filio Michaeli a Deo protecto[d]) semper Augusto.

Nunc[2] autem divina inspiratione non nos pigebit nec nobis[e]) impossibile erit ostendere vobis, si tamen audire velitis, non posse quemquam rite ab his qui inferioris dignitatis vel ordinis sunt iudicialibus submitti diffinitionibus. Siquidem tempore Diocletiani et Maximiani Augustorum Marcellinus episcopus urbis Romae, qui postea insignis martyr effectus est, adeo compulsus est a paganis, ut templum eorum ingressus

---

C. 66. a) *haec ut rubricam exhibent codd.* A^1, *Bb.* Ut cuius episcopi iudicium renovandum (revocandum *L*) Romana precipit ecclesia, renovetur *codd.* A^2, *Ven., sicut G in tab. rubr.* De invectione (inventione V_3) contra Remensem archiepiscopum pro Rothardo episcopo, quem ipse appellantem apostolicam sedem dampnavit *M, codd. bB.* b) reverentissimo et sanctissimo confratri nostro *add. epist. Nicol.* c) Hincmarromensi *G*, Hicmaro *N.* d) accepta fomitem *Mansi.* e) iudicum *G*, et *add. Mansi.* f) dispositionis *Mansi.* g) revocavit *Mansi.* h) debuissetis *Mansi.* i) differri *G.* k) ac V_1. l) *om. Mansi.* m) appellari *Mansi.* n) ipsa *P, L, Mansi.* o) nobis *G.* p) cetera *N.* q) in *P, L.* r) *paucis praetermissis.* s) *deest Mansi.* t) decorentur *M*, V_2, V_4.

1 Nicolaus I, Mansi t. XV col. 691; Jaffé-W. 2784. 2 col. 692. 3 col. ead. solis septem verbis praetermissis. 4 col. ead.

C. 67. a) LXVIII *G errore.* b) *hanc rubricam posui sec. M, codd. bB.* Quod nemo ab inferiori dignitate vel ordine iudicari vel damnari possit *Bb.* Quod Constantinopolitana *etc.* (v. c. 68) *codd.* A^1. Invectio papae etc. (v. c. 66) *codd.* A^2, *Ven.* c) *om.* V_1. d) protectore *N.* e) nos *P, L.*

1 Nicolaus I, Mansi t. XV col. 187, v. supra I, 72; Jaffé-W. 2796. 2 col. 197.

grana thuris super prunas poneret. Cuius rei gratia collecto numerosorum concilio [3] episcoporum et inquisitione facta hoc idem pontifex se egisse confessus est. Nullus tamen eorum proferre ⟨in eum⟩ sententiam ausus est, dum ei saepissime omnes perhiberent [f]): 'Tuo ore iudica causam tuam, non nostro iudicio'. Et item [g]) [4]: 'Noli, aiunt, ⟨audiri⟩ in nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuam'. Et rursus: 'Quoniam ex te', inquiunt, 'iustificaberis aut ex ore tuo condempnaberis'; et iterum dicunt [5]: 'Prima sedes non iudicabitur [h] a quoquam'. *Item in eadem.* Sed [i]) [6] cum quidam tempore quodam contra Syxtum papam temptassent quaedam non boni rumoris obicere et in concilio, cui [k]) Valentinianus [l]) Augustus intererat, dictum fuisset: non licere [m]) adversus pontificem sententiam dare, surrexit idem protinus imperator et in arbitrio prefati pontificis tribuit iudicare [n]) iudicium suum. Etenim nullus pontificum minorum vel inferiorum urbium subactus iudiciis invenitur. *Item in eadem.* In [7] tantum autem hanc presumptionem sancti patres apud Chalcedonam [o]) detestati sunt, ut Dioscorum Alexandrinum antistitem inter cetera idcirco potissimum sine ulla restitutione dampnaverint, quia ponens [p]) in caelo [q]) os suum lingua eius transeunte super terram excommunicationem in sanctum Leonem papam dictavit, ita ut in sententia [r]) contra ipsum [s]) prolata hoc videantur memorare precipue dicentes, quoniam secundis excessionibus [t]) priorem iniquitatem valde transscendit. Presumpsit enim et [u]) excommunicationem dictare adversus sanctissimum et beatissimum archiepiscopum magnae Romae Leonem. Numquid ibi [v]) legitur inquisitionem fuisse factam, utrum iuste an iniuste Dioscorus [w]) ipsam excommunicationem dictasset? [x]) Non plane. Sed absque omni controversia hoc in eo ulti sunt, quia cum esset inferior, potiorem quibuslibet conatus est lacessere iniuriis [y]), teste Anatholio Constantinopolitano presule qui dicit [z]): Propter [8] fidem non est dampnatus Dioscorus, sed quia excommunicationem fecit domino [a]) archiepiscopo Leoni. *Item* [b]) *in eadem.* Quomodo [9] non egeat quaelibet synodus Romanae sedis, quando [c]) in Ephesino latrocinio cunctis presulibus et ipsis quoque patriarchis prolabentibus, nisi magnus Leo imitator [d]) scilicet illius leonis, de quo scriptum est: 'Vicit leo de tribu Juda' divi-

Psalm. 72, 9.

Apoc. 5, 5.

---

f) perhibent *Bb'*. g) iterum *Nicol. I.* h) iudicatur *Pm.* i) et *add. Mansi.* k) cuius *N.* l) Valentinus *G.* m) liceret *N.* n) *om. codd. A²*. o) Calcedoniam *N, V_2, V_3,* Calcedonem *Bol.* p) *post pauca,* potens V_3. q) excelsum *codd. bB;* caelum *Nicol. I.* r) scientia *G.* s) *om. codd. A²*. t) excessibus *Nicol. I.* u) *om. N.* v) igitur *N.* w) ipsam iam fatum Dioscorum *Mansi.* x) dictasse *codd. A², Mansi.* y) *hic explicit cap. in cod. Pis.* z) dixit V_1. a) donno *G,* dompno *N,* domno *codd. A²*. b) *om.* V_2. c) quoniam *G, M.* d) imictor? *M in marg. man. 2.*

3 Ps. Concilium Sinuessanum, Maassen Gesch. § 537. 4 ex Actis commenticiis conc. Sinuessani, Mansi t. I col. 1255. 5 l. c. col. 1257. 6 col. 198. 7 col. ead. 8 Act. V. conc. Chalced., Mansi t. VII col. 103. 9 col. 203.

nitus excitatus os aperiens totum orbem et ipsos quoque[e]) Augustos concuteret et ad pietatem commoveret, religio catholica penitus corruisset.

C. 68. Quod[a]) Constantinopolitana ecclesia sicut[b]) et ceterae omnes Romanae debet esse subiecta. Gregorius[1] Johanni episcopo[c]) Syracusano. *Inter cetera.*

Nam de Constantinopolitana ecclesia, quod dicunt[d]), quis eam dubitet sedi apostolicae esse subiectam? quod et piissimus domnus[e]) imperator et frater noster[f]) eiusdem civitatis episcopus assidue profitentur. Tamen si quid[g]) boni vel ipsa vel altera ecclesia habet, ego et minores meos quos ab illicitis prohibeo in bono imitari paratus sum. Stultus est enim, qui in eo se primum aestimat, ut bona quæ viderit discere contempnat. *Idem*[h]) *eidem*[i]) *inter cetera.* Nam[2] quod primas Bizacenus[k]) se sedi apostolicae dicit subici, si qua culpa[l]) in episcopis invenitur[m]), nescio[n]) quis ei subiectus non sit. Cum vero culpa non exigit, omnes secundum rationem humilitatis aequales sumus[o]). *Et cetera.*

C. 69. Nec[a]) quisquam sibimet assumat[b]) honorem, sicut et Christus
Heb. 5, 4—6. se ipsum non[c]) clarificavit, sed pater. Apostolus Paulus[d]).

Nec quisquam sumat sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tam-
Exod. 28, 1. quam Aaron. Sic[e]) et Christus non semet ipsum clarificavit, ut pontifex
Psalm. 2, 7. fieret, sed qui locutus est ad eum: 'Filius meus es tu, ego hodie genui te', quemadmodum alio loco dicit: 'Tu es sacerdos in aeternum', et cetera.
Psalm. 109, 4.

C. 70. Quod etiam inferiosis[a]) gradus clericorum causae apud sedem apostolicam sunt finiendae, dum tempus aut res exegerit. Ex epistola Nicolai[1] papae ad episcopos Galliae.

Inferioris gradus clericorum causas apud nos, cum tempus vel res exegerit, esse finiendas e diverso procul dubio colligimus, sicut beatus papa Innocentius[2] dicit[b]): Si quae etiam causae vel contentiones inter clericos tam superioris ordinis quam etiam inferioris fuerint exortae, pla-

---

e) *om. N, codd.* A^2.

C. 68. a) *capitulo praecedenti male praescriptam rubricam hic om. codd.* A^1. b) mater *add. N. in tabula rubr. c. 66.* c) archiepiscopo *codd.* A^2. d) dicitur V_1. e) donnus *G.* f) vester *G.* g) quidem *G.* h) Item *Pm.* i) eiusdem *codd.* A^2. k) *sic Pm, N, L,* Byzacenus V_1, *P;* Bizancenus *G, Bol.;* Byzancenus *M,* Bizanzenus V_2. l) *om. codd.* A^1. m) invenit *codd.* A^1. n) nescit *N.* o) sunt *Greg. I.*

1 Greg. I. Registr. IX, 26, 27, t. II p. 60, 61; Jaffé-W. 1550, 1551. 2 IX 27, p. 61.

C. 69. a) Quod . . . non assumat *M, codd. bB.* b) sumat *Ven., Bol.,* V_3, c) *om. G.* d) Ap. Paulus *om. M.* e) sicut V_1.

C. 70. a) inferiores causae grad. cler. *N, M.* b) dixit *G, N.*

1 Nicolaus I, Mansi t. XV col. 697; Jaffé-W. 2785. 2 Innoc. I ep. 2 c. 3, v. supra II, 53.

cuit, ut secundum synodum Nicenam congregatis eiusdem provinciae episcopis iurgium terminetur. Nec alicui liceat, sine preiudicio tamen Romanae ecclesiae, relictis his sacerdotibus, qui in eadem provincia Dei ecclesiam nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias.

C. 71. Quod apostolicae sedis sententia tanti consilii deliberatione debet proferri, ut[a]) nec retractatione nec immutatione egeat, nisi[b]) ipsa sic proferat[c]), ut retractari[d]) possit. Item[e]) [1] ex epistola eiusdem ad regem Carolum.

Nam sedis apostolicae sententia tanta[f]) semper consilii moderatione[g]) concipitur, tanta[h]) patientiae maturitate decoquitur tantaque deliberationis gravitate profertur, ut[i]) retractatione non egeat nec immutari necessarium ducat, nisi forte sic prolata sit, ut retractari possit, vel immutanda[k]) secundum premissae tenorem conditionis existat.

C. 72. Ut anathema sit, quicumque contra papam verba infamantia[a]) composuerit, aut quemquam[b]) patriarcharum inhonorare temptaverit[c]). Ex[d]) VIII. Synodo [1] universali.

Dominicum sermonem quem Christus sanctis apostolis et discipulis suis dixit[e]): 'quia qui vos recipit, me recipit[f]), et qui vos spernit me spernit', Matth.
ad omnes etiam[g]) qui post eos secundum ipsos facti sunt summi ponti- 10, 40. Luc.
fices et pastorum principes in ecclesia catholica dictum esse credentes, 10, 16.
diffinimus neminem prorsus mundi potentium quemquam eorum qui patriarchalibus sedibus presunt inhonorare aut movere a proprio throno temptare, sed omni reverentia et honore dignos iudicare[h]), precipue quidem sanctissimum papam senioris Romae, deinceps autem Constantinopoleos patriarcham, deinde vero Alexandriae[i]) ac[k]) Antiochiae ac Hierosolymorum; sed nec alium quemcumque[l]) scriptiones contra sanctissimum papam senioris Romae ac verba complicare vel[m]) componere sub occasione quasi diffamatorum quorundam criminum, quod et nuper Photius[n]) et multo ante Dioscorus[o]). Quisquis autem tanta iactantia et audacia

---

C. 71. a) ut retractatione egeat *G*; ut retractatione nec imitatione egeat *N*. b) nec V_2. c) nisi sic prolata sit *M, codd. bB.* d) retemptari *G*. e) *inscriptionem in marg. ponit M, prorsus om.* V_3; Item *om. Bol.*, V_2. f) tantaque *P, L.* g) moderamine *N*. h) semper *add. codd.* A^2. i) ut — egeat *om. Bb'.* k) sit *add. P, M, erasit L.*

[1] Nicolaus I. ad Ludovicum Germanicum regem, Mansi t. XV col. 332; Jaffé-W. 2885, et ad episcopos in regno Ludovici constitutos l. c. col. 339; Jaffé-W. 2886.

C. 72. a) infantia *P*. b) quicumque *G*. c) temptaverunt *G, N*. d) *inscript. M et* V_3 *in marg. habent, om. N.* e) quia *add. et Anast.* f) receperit *G*. g) *ex* esse *L m. rec.*, esse V_1, *P*. h) sed — iudicare *om. G, N.* i) Alexandrinae *N*. k) *om. N* et *codd. bB.* l) quaecumque *P, L.* m) et *Anast.* n) fecit *add. Anast.* o) Dioschorum *G, M.*

[1] a. 869, Act. X c. 21, interpret. Anastas., Mansi t. XVI col. 174.

usus fuerit, ut secundum Photium et[p] Dioscorum in scriptis vel sine scriptis iniurias quasdam contra sedem Petri principis apostolorum moveat, aequalem et eandem quam illi condempnationem accipiat. Si vero quis aliqua Dei ⟨l. saeculi⟩ potestate fruens vel potens pellere temptaverit prefatum apostolicae cathedrae papam[q] aut[r] aliorum patriacharum quemquam, anathema sit. Porro si[s] synodus universalis fuerit congregata et facta fuerit etiam de sancta Romanorum ecclesia quaevis[t] ambiguitas et controversia, oportet venerabiliter et cum[u] convenienti reverentia de proposita quaestione sciscitari et solutionem accipere et[v] aut[w] provectum facere aut proficere, non[x] tamen audacter[y] sententiam dicere contra summos senioris[z] Romae pontifices.

C. 73. Quod apostolica sedes intra Italiam ac[a] ceteras Hesperiae[b] provincias et intra totius Illyrici fines consecrationes ordinationes[c] et dispositiones patrare antiquitus consuevit. Johannes[1] episcopus. Commonitorium Paulo episcopo[d] fungenti legatione[e] in Germaniam[f] et[g] Pannoniam. *Inter cetera.*

Nam[h] non solum intra[i] Italiam ac ceteras[k] Hesperiae provincias verum etiam intra totius Illyrici fines consecrationes ordinationes et dispositiones apostolica sedes patrare antiquitus consuevit, sicut[l] nonnulla[m] regesta et[n] conscriptiones synodales demonstrant[o] atque ipsarum quoque[p] plurima ecclesiarum in[q] his positarum monimenta demonstrant. *Et*[2] *infra.* Porro si de annorum numero forte causatur, sciat[r] quia inter Christianos et eos qui unius fidei sunt, numerus certus affixus est. Ceterum[s] ubi paganorum et incredulorum furor in[t] causa est, quantalibet pretereant[u] tempora, iuri non[v] preiudicat[w] ecclesiarum, quae[x] corporalia nescientes arma solum Dominum ›et‹ propugnatorem suum, quando[y] ei placuerit misereri, patienter expectant. Verum si annorum prolixitas in talibus impedit, ergo Deus ipse reprehendendus est, qui post CCCC[z] et XXX[a] annos filios Israel de durissima[b] servitute Pharaonis et fornace ferrea liberavit[c],

---

p) vel *Anast.* q) papae *G.* r) ut *N.* s) ubi *Bb'.* t) quaedam *Bb'.* u) *om. N. et codd. bB.* v) *om. Anast.* w) aut proficere aut *transpon. Anast.* x) nullus *N.* y) audeat *N.* z) seniores *G, N.*

C. 73. a) ceterasque *M, codd. bB.* b) Hisperias *G.* c) *om. L, Bol.,* V_2. d) apostolo *N.* e) *pro reliquis:* Require in lib. IV cap. XLVII *Bb.* f) Germiniam *G.* g) in *add. Bol.,* V_3. h) Jam *P,* non enim *Joh. VIII.* i) inter *Mansi.* k) cunctas V_1. l) sicut — demonstrant *desunt Mansi.* m) nonnullae res gestae *N.* n) *om. P, L.* o) *deest Coll. Brit.* p) quaeque *N.* q) inhospitarum *G.* r) Ludovicus rex *add. Coll. Brit.* s) ceterorum *G, M,* V_3, cum tu ubi *Mansi.* t) est in causa *Mansi.* u) pertranseant *Mansi.* v) *om. codd.* A^2. w) preiudicant *N,* V_1, *L, Mansi.* x) qui *N.* y) quomodo *Mansi.* z) quatuor C V_1, *P.* a) XX *G.* b) *deest Mansi.* c) liberaverit *G.*

1 Johannes VIII, Mansi t. XVII col. 264, Coll. Brit.: Joh. VIII 20; Jaffé-W. 2976. 2 'Et infra' deest ap. Mansi, et quae sequuntur verbum 'consuevit' continenter excipiunt.

sed[c]) ipse per se Redemptor, qui hominum genus post tot[d]) annorum milia de inferni claustris eripuit.

C. 74. Quod papa ordinavit Ravennatem archiepiscopum, et de obedientia Mediolanensis archiepiscopi[a]).

Constantinus[1] natione Syrus ordinavit Felicem archiepiscopum Ravennatem, qui secundum priorum suorum solitas noluit in scrinio facere cautiones, sed per potentiam[b]) iudicum[c]) exposuit, ut pontifex[d]) maluit. Venit autem et Benedictus archiepiscopus Mediolanensis orationis voto et suo se pontifici presentare[e]). Altercavit vero et pro ecclesia Ticinensi, sed convictus est eo quod a priscis temporibus sedi[f]) apostolicae eiusdem Ticinensis ecclesiae antistes ad consecrandum pertinebat et[g]) pertinet.

C. 75.[a]) Ut si quis episcopus a comprovincialibus episcopis condempnatur[b]), alius in suo loco non ordinetur, dum apostolicam sedem appellat, nisi[c]) ab ipsa determinetur[d]). Gaudentius[1] episcopus dixit:

Addendum, si placet, huic sententiae, quam plena ⟨l. plenam⟩ sanctitate protulistis, ut cum aliquis episcopus depositus fuerit eorum episcoporum iudicio qui in[e]) vicinis locis commorantur, et proclamaverit agendum sibi negotium in urbe Roma, alter episcopus in eius cathedra post appellationem eius[f]) qui videtur esse depositus omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in iudicio Romani episcopi determinata.

C. 76. Quod quaedam sunt quae nulla ratione convelli possunt, quaedam vero pro necessitate et aetatum consideratione oportet temperari[a]), ut tamen evangelicis preceptis ac decretis patrum non[b]) sit contrarium. Leo episcopus Rustico[c]) Narbonensi episcopo. *Inter cetera.*

Sicut quaedam sunt quae nulla possunt ratione convelli, ita multa sunt, quae[d]) pro consideratione aetatum aut pro necessitate rerum oporteat[e]) temperari, illa semper conditione[f]) servata, ut in his, quae vel dubia fuerint aut obscura, id noverimus sequendum quod nec preceptis evangelicis contrarium nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum[g]).

---

c) et *add. Bb′*, et *pro* sed *Mansi*, ipse — redemptor *desunt Mansi.* d) *pro* tot ann. mil. *exhibet* longa tempora *Mansi.*

C. 74. a) et de consecratione Ticinensis antistitis (episcopi V_2, V_3) *add. M, codd. bB et Bb′.* Ex pontificali *add. Bol.*, V_3 *(in marg.).* b) potentias *N.* c) iudicium *N.* d) *deest Libro pontif.* e) presentavit V_2, V_3, V'_4. f) sedis *Duchesne.* g) atque *Lib. pont.*

1 Liber pontificalis ed. L. Duchesne, t. I p. 389, 391.

C. 75. a) ponitur in *Bb′* ultimo loco (78). b) condempnatus fuerit *codd. bB.* c) non *G.* d) cap. IV *add. Bol.*, V_2 *(in marg.).* e) *om. P, L.* f) *om.* V_2, V_3.

1 Conc. Sardicense c. 4, Mansi t. III col. 23, recens. Dionys.

C. 76. a) temptari *G.* b) non sit *om. G.* c) Rusticio *P, L.* d) *add.* aut *5, 10*; *Leo.* e) oportet *3, 4.* f) consideratione *G, ex* consideratione *corr.* V_3, condictione *5.* g) obnoxium *N.*

1 Leo I. ep. 167, Baller. I col. 1419, Coll. min. c. 180; Jaffé-W. 544.

C. 77. Quod Nicenae synodo nullum potuit fieri preiudicium a[a]) multitudine Arimino[b]) congregata, quia Romana ecclesia nullum ei[c]) dedit assensum. Damasus[d])[1] et ceteri episcopi Romae congregati dilectissimis fratribus in Illyrico. *Inter cetera.*

Neque enim Nicenae[e]) synodo preiudicium aliquod fieri potuit per numerum Arimino congregatum, quando constat neque Liberium Romanum episcopum, cuius ante omnia decebat[f]) expectare decretum, neque Vincentium, qui tantis annis episcopatum inviolabiliter custodivit, neque alios talibus prebuisse consensum.

C. 78. Quod episcopi debent observare, quae a Romana ecclesia sunt iudicanda[a]). Ex[b]) epistola XVI[c]) Ephesini concilii primi[d]). Domino meo dilectissimo fratri et[e]) comministro Johanni Antioceno episcopo Cyrillus[1] Alexandrinus in Domino salutem. *Et infra.*

Quaedam definivit[f]) sancta Romanorum synodus, quae scripsit ad tuam reverentiam, quibus est necessarium obedire retinentes totius occidentis communionem. Scripserunt enim a pari et ad Dei cultorem Thessalonicensem Rufum[g]) et ad[h]) alios quosdam per Macedoniam Dei optimos cultores episcopos, qui etiam semper concurrunt decretis eius. Scripserunt nichilominus et ad Hierosolymorum Dei cultorem episcopum Juvenalem. Tuae igitur est religiositatis considerare quod utile est. Nos enim sequimur quae ab ea[i]) sunt iudicata.

C. 79. Quod accusati episcopi aut condempnandi sunt apostolica auctoritate aut eius auxilio fulciendi[a]). Damasus[1] papa.

Monentes instruere debetis vicinos vestros, ut a talibus se subtrahant, et quae illicite circa[b]) fratres egerunt cito corrigant, et quos nobis inconsultis laeserunt nobis consultis[c]) plena satisfactione[d]) sanent, et cito[e]) sibi[f]) eos reconcilient, si[g]) noluerint apostolicae sedis suscipere censuram. Nam si quid fortasse in eis aut contra eos emerserat[h]), nostrum fuerat expectandum examen, ut nostra[i]) sicut[k]) semper huic fuit sedi concessum

---

C. 77. a) multitudini Arimini V_2, V_3, *at recte in tab. rubric.* b) *eras. P,* Arimini V_3. c) *om.* V_1. d) papa *add. G, N.* e) Nic. syn. *deest Ps. Dam.* f) eos *add. Bb; Ps. Dam.*

1 Ps. Damasus p. 518.

C. 78. a) iudicata *M, codd. bB et Bb'.* b) *inscriptionem* ex epist. — conc. primi *omitt. codd.* A^2, *M*; Cap. XVI *etc. Bb'.* c) XII V_3. d) ducentorum episcoporum *add. N,* V_3 *(in marg.).* e) *om.* V_3. f) *ex* definiunt *L m. rec.,* definiunt *P,* V_3. g) Ruffum V_3. h) *om. G.* i) eo *G,* V_3.

1 Epist. 'Cognovit omnino', Mansi t. V col. 520, Maassen Gesch. § 381, 9.

C. 79. a) et de induciis eorum *add. Bb m. 2.* b) contra praefixos *Hinsch.* c) inconsultis *codd.* A^2, *M,* V_3, *Bb'*; *Ps. Damas.* d) satisfactionem *Hinsch.* e) *om. G.* f) sibi eos *absunt ab ed. Hinsch.* g) et sibi luerint *N.* h) emerserit *N.* i) vestra *N.* k) ut *Hinsch.*

1 Ps. Damasus c. 18 p. 505.

privilegium, aut condempnarentur auctoritate aut fulcirentur auxilio. Neque enim suo prolibitu nostra debuerant iura pervadere absque apostolicae sedis dispositione mandante. A talibus deinceps omnes se abstineant sacerdotes, qui noluerunt ab apostolicae petrae[l]) super quam Christus, ut predictum est, universalem construxit ecclesiam, cui episcoporum summa iudicia atque maiorum causae, sicut paulo superius memoratum est, reservatae sunt, soliditate[m]) atque sacerdotali honore secludi[n]).

C. 80.[a]) Quod nemo preter apostolicam auctoritatem debet episcopum dampnare, licet[b]) eius possit perscrutari opinionem. Damasus[1] papa episcopis Africanae provinciae.

Temere iudicat, si quis episcopum absque sedis apostolicae auctoritate condemnat, cum ei, sicut[c]) paulo superius prelibatum est, hoc specialiter privilegium reservatum sit. 'Sed hoc iudicate[d]) magis, inquit, ne[e]) Rom.
ponatis offendiculum fratri vel scandalum'. Patenter enim his[f]) et aliis 14, 13.
innumerabilibus decretorum testimoniis omnibus manifestum est non debere episcopum dampnare[g]), licet enim[h]) perscrutetur opinionem[i]), donec iudicium de eo[k]) nostrae apostolicae auctoritatis hoc[l]) est principis apostolorum Petri[m]) cognoscat[n]), utpote quoniam solus et pre omnibus creditus est atque accipere meruit a rege regum[o]) Christo Deo claves regni caelorum ad aperiendum fidelibus et benivolis hominibus in eundem Dominum nostrum et claudendum infidelibus et malivolis atque suorum[p]) sacerdotum et sanctae ecclesiae suo precioso sanguine redemptae impugnatoribus sive nocentibus, quod utique et nos facere postulavit[q]).

C. 81. Ut accusatus vel iudicatus a comprovincialibus episcopis licenter papam appellet, qui eius causam retractet, et in loco eius interim alius non ordinetur. Victor[1] papa Theophilo[a]) episcopo.

Placuit, ut[b]) accusatus vel iudicatus a comprovincialibus[c]) in aliqua causa episcopus[d]) licenter appellet et adeat apostolicae sedis pontificem,

---

l) apostolica petra *Hinsch.* m) soli date *Hinsch.* n) seclusi *codd.* A^2. Indiciae — non dubitantur *scil. Ps. Damas. c. 19 init. add. Bb m. 2 in spatio his destinato.*

C. 80. a) *in Bb cap. 27; ultimis duobus capp. huius libri alia ex conc. Sardic. substit. Bb.* b) lic. — opin. *inser. L m. 2 in marg.* c) *om. Hinsch.* d) *sec. M, codd. bB correxi ex* iudicare. e) ne potis V_2. f) hisce V_1, *P pro* his et. g) condempnare *G, N, at* dampnare *alii codd. et cod. Bamb. Ps. Isid.*, dampnari *Hinsch.* h) eius *corr. M man. 2; Ps. Dam.* i) opinio *Ps. Dam.* k) ore *Hinsch.* l) hoc est *inser. M man. 2.* m) Petrum *N.* n) cognoscatur *Hinsch.* o) caelorum *N.* p) suis sacerdotibus *Ps. Dam.* q) *Bb* (c. 27) *continuat ex c. 22:* non quod novi — teneantur.

1 Ps. Damasus c. 20 p. 507.

C. 81. a) Theothlo V_2. b) ut iudicatus vel iudicandus *3.* c) *littera* 'c' *ante* provincialibus *extincta 5.* d) episcopis *3, 4, 5.*

1 Ps. Victor c. 5 p. 128, Coll. min. c. 83.

qui aut per se aut per suos vicarios eius retractari negotium procuret. Et dum iterato iudicio pontifex causam suam agit[e]), nullus[f]) in loco eius[g]) ponatur aut ordinetur episcopus, quoniam quamquam[h]) comprovincialibus[i]) episcopis accusati causam pontificis[k]) scrutari liceat, non tamen diffinire[l]) inconsulto Romano pontifice permissum[m]) est.

C. 82.[a]) Eleutherius[1] papa.

Omnis[b]) vero qui pulsatus fuerit, si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare.

---

e) agat *Hinsch.* f) alius *add. Ps. Victor.* g) suo *suprascr. 3.* h) *om. 3.* i) cum provincialibus *N.* k) episcopi *5.* l) finire *5.* m) premissum *P, L, M.*

C. 82. a) rubricam *om. G, sed spatium ei relinquit.* De eadem re *N, codd.* A^2 *(*V_1 *man. 2 inser.), at in tab. rubr. om. etiam N.* Quod pulsato, si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare *M, codd. bB. In tab. rubr. num.* LXXX *et rubr.* De eadem re *habet Ven., in corp. vero neque numerum neque rubricam.* b) Illi *Ps. Eleuth.*

1 Ps. Eleutherus c. 4, p. 126. Additamentum esse hoc cap. ex varia ratione colligo, qua codices ipsum tamquam adventicium receperunt.

Incipiunt capitula libri tercii *).

I. Quod homicidae adulteri et cunctis criminibus allegati et infames atque laici et quicumque coequales non sunt, episcopos accusare et vexare non debent.

II. Quod infames sunt qui adversus patres armantur et sacerdotes vel ecclesias conculcant, hi episcopos accusare non possunt.

III. De eadem re.

IIII. Qui a proposito suo ceciderit et apostolicis iussis non obedierit infamis est.

V. Anumeratio earum culparum, quibus infames notantur.

VI. Item qui sint infames, et quod accusare episcopos non possunt et quod statuta patrum, si labefactari caeperint, apostolica denuo auctoritate roborentur.

VII. Quod infamis procurator esse non debet, et qualiter quis accusare vel iudicare debet, et cetera.

VIII. Ut qui sanctos patres persecuntur infames habentur, et ab ecclesia usque ad satisfactionem arceantur.

VIIII. De his qui suscipiendi non sunt et infames censentur.

X. Ut qui suae legis vel religionis normam reliquerit aut recte prohibita neglexerit, ad accusationem non admittantur (sic).

XI. Quod deteriores sunt morum corruptores quam rerum raptores, ipsi et infames sunt.

XII. Quod accusatores sacerdotum non debent audiri, nisi prius vita eorum et intentio discutiatur.

XIII. Quod episcopi apostolis (sic) non sunt arguendi, et de quibus (non sunt) etiam accusandi.

XIIII. Quod hi qui hodie aut nudius tercius inimici fuerunt accusare vel testificare non possunt.

XV. De eadem re, quod his (sic) sacerdotes accusare non debent, qui sacerdotes esse non possunt.

XVI. Quod suspecti et inimici et facile litigantes et pravae conversationis et qui non tenent ac docent rectam fidem accusatores esse non possunt.

XVII. Item de eadem re.

XVIII. Ut nullus alienigena accusator sit vel iudex, sed nec servus aut libertus vel suspectus vel infamis.

XVIIII. De his qui ad accusationem et testimonium admittendi non sunt.

XX. De eadem re.

---

*) *Ex codice Graecensi (G).*

XLVIIII. Ut nemo expoliatum episcopum presumat excommunicare.

L. Ut expoliatis omnia reddantur, et tantum spatii quanto expoliati sunt detur, antequam ad synodum vocentur.

LI. Ut accusatus legitime episcopus vocatus ad synodum veniat; si non potest legatum pro se mittat, ipse vero a communionem (l. communione non) prohibeatur, nisi sex vel plures menses venire distulerit.

LII. Ut iudex ante suam non proferat sententiam quam peractis quae in quaestionem (sic) sunt ad rei veritatem perveniant (l. perveniatur), et ut induciae non parvae ad inquirendum dentur.

LIII. Ut nullius accusatio vel testimonium per scripturam recipiatur, sed propria voce, presente eo qui pulsatur.

LIIII. Ut nullus alienigena accusator sit vel iudex, set nec servus aut libertus vel suspectus vel infamis.

LV. Ut persona fides et conversatio accusantium Domini sacerdotes diligenter exquiratur.

LVI. Ut episcopus accusatus congregata legittime synodo ab omnibus comprovincialibus audiatur, si accusatores legittimi sunt; sin autem, non fatigetur accusatus.

LVII. Ut ea quae adversus absentes aguntur evacuentur.

LVIII. Ut inferiores ordine non accusent superiores, et in re dubia certa non detur sententia, et absens nemo iudicetur.

LVIIII. De eis qui non possunt accusare episcopos, et quod non debeant ante redintegrationem omnium rerum suarum episcopi ad obiecta respondere.

LX. Ut nec falsi nec inimici nec suspecti suspiciantur in accusatione episcoporum.

LXI. Ut hi qui episcopis crimina inpingunt per se ipsos faciant, si tamen inreprehensibiles ipsi sint.

LXII. Item de his qui ad accusationem non sunt admittendi.

LXIII.

LXIIII.

LXV.

LXVI.

LXVII. Quod sacerdos non debet iudicare quemquam, nisi confessum aut convictum.

LXVIII.

LXVIIII. Quod dampnatio vel absolutio eius irrita est cuius causa non est subtiliter examinata, et propter extortam confessionem nullus debet dampnari.

LXX. Quod in ecclesiasticis negociis dicta etiam causa recedere licet ac differre, si necesse fuerit, set in saecularibus minime.

LXXI. Quod accusati alios criminare non possunt, nisi prius expurgati fuerint.

LXXII. Ut nemo simul sit accusator iudex et testis, sed singuli per se sunt idonei.

LXXIII. Item de his qui accusare sacerdotes non possunt, et ut quisque episcopus in sua provincia audiatur, et de libertate appellationis.

LXXIIII. Ut omnis accusatio intra provinciam terminetur, nisi sede apostolica appellata fuerit.

LXXV. De eadem re.

LXXVI. Ut episcopus accusatus episcopus (sic) congregáta legittime synodo ab omnibus comprovincialibus audiatur, si accusatores legittimi sunt, sin autem, non fatigetur accusatus.

LXXVII. Ut iudex ante non proferat suam sententiam, quam accusatus ipse aut confiteatur aut iuste convincatur.

LXXVIII. Ut in omnibus diligenter inquiratur, quae sint, cuius sint, quomodo sint, quales sint.

LXXVIIII. De illatione criminis et ut accusator rei poenam incurrat, qui quod obiecit probare non potuit.

Incipit Liber tertius

qui[a]) continet de ordine accusandi testificandi et iudicandi.

C. 1. Quod homicidae adulteri et cuncti[a]) criminibus alligati et infames atque laici et quicumque coaequales non sunt, episcopos accusare et[b]) vexare non debent. Clemens[1] Jacobo domino episcopo episcoporum regenti Hebraeorum[c]) sanctam ecclesiam Hierosolimis sed[d]) et omnes ecclesias, quae ubique Dei providentia fundatae[e]) sunt, cum presbyteris et diaconibus et[f]) ceteris omnibus fratribus pax tibi sit[g]) semper.

Notum tibi facio, domine, quia[h]) Symon Petrus[i]), qui verae fidei merito et integrae predicationis obtentu fundamentum esse ecclesiae diffinitus est, qua de causa etiam Domini ore cognominatus est Petrus, hic[k]) [2], inquam, homicidas[3]) et adulteros ac cunctos criminalibus nexibus obligatos[l]), et qui eis[m]) coaequales non erant, ab episcoporum vexatione et[n]) accusatione docente[o]) Domino prohibebat et nonnisi a[p]) coaequalibus aliquid sibi inferre[q]) debere docebat, quia discipulum[r]) super[s]) magistrum esse aut ullam ei iniuriam inferre[t]) nullatenus debere oportet. Infames namque omnes et[u]) quos primates et[v]) leges saeculi non suscipiunt[w]), sed

---

[a]) qui — iudicandi *om. M, Bol.,* V_2.

C. 1. [a]) *correxi sec. M, codd. bB* cunctis, *in tabula autem rubr.* cunctis *et Bol.,* V_2. [b]) et vexare *om. Bol.,* V_2, (*in marg. inser.* V_3). [c]) sanct. H. eccl. *codd.* A^2. [d]) sicut *Hinsch.* [e]) fundante *Hinsch.* [f]) *om. G, M.* [g]) *om. G, codd. bB.* [h]) quod *N.* [i]) *deest Hinsch.* [k]) hi *G, N.* [l]) alligatos *Ps. Clem.* [m]) ei *G.* [n]) et accusatione *om.* V_1. [o]) dicente *Hinsch.* [p]) ab *Ps. Clem.* [q]) inferri V_1, *P*, V_3. [r]) discipulus *G.* [s]) supra *Ps. Clem.* [t]) deferre V_2. [u]) eos *ex* etequos *corr. M in marg.* [v]) *deest Ps. Clem.* [w]) recipiunt *Hinsch.*

[1] Ps. Clemens p. 30. [2] hic, inquam: verba Anselmi. [3] Ps. Clem. c. 31, 32, 33 init., p. 40.

et laicos ab eorum accusatione et vexatione semper repellere debere rogabat, et cunctos sibi subditos esse precipiebat. Cunctorum sacerdotum vitam superiorem sanctioremque ac discretam a saecularibus et laicis hominibus esse et spirituales atque sacerdotes super carnales ac laicos semper[x] constituere et[y] fore debere docebat, quoniam pro minimo nobis[z] esse debet,
I Cor. 4, 3. ut a talibus arguamur et iudicemur vel ab humano die. Maiores vero a minoribus nec accusari nec iudicari ullatenus posse dicebat, quoniam non solum hoc divinas sed et leges saeculi inhibere docebat[a]).

C. 2. Quod infames sunt qui adversus patres armantur et sacerdotes vel ecclesias conculcant[a]), hi episcopos accusare non possunt. Eusebii[b])[1] papae.

Infames sunt procul dubio impugnatores episcoporum omnesque qui adversus patres armantur et conculcatores ecclesiarum sacerdotumque eius[c]), et[d]) qui culpa infamiae asperguntur[e]) maculis; his omnibus impugnandi episcopos patrum sequentes instituta et nos licentiam submovemus, quia sic odit Deus eos qui patres insecuntur, ut patrum invasores[f]), qui in omni mundo notantur[g]) infamia.

C. 3. De eadem re. Telesphori[a])[1] papae.

Hi qui non sunt idonei non suscipiantur ad accusationem, et omnes qui adversus patres armantur infames esse censemus.

C. 4.[a]) Qui a proposito suo ceciderit et apostolicis iussis non obedierit, infamis est. Pius[1] papa.

Si quis vero a proposito suo[b]) exorbitaverit et iussa apostolicae sedis libenter[c]) transgressus fuerit, infamis efficitur.

C. 5. Enumeratio earum culparum, quibus infames notantur[a]). Stephanus[1] Romanae ecclesiae[b]) episcopus dilectissimo fratri atque familiari amico Hilario.

Infames esse eas personas dicimus quae[c]) pro aliqua culpa notantur infamia, id est omnes qui Christianae legis normam abiciunt et statuta eccle-

---

x) *om. Bb'.* y) ac V_1, *Bb.* z) *postea add. Bb.* a) dicebat *Hinsch.*

C. 2. a) et *add. M, codd. bB.* b) *solum* Eusebius *Bol.*, V_2. c) et qui de publicis fugiunt proeliis et mandata Dei contemnunt *add. Ps. Euseb.* d) aliqua *add. Ps. Euseb.* e) sparguntur *Bb.* f) mactatores *add. Bb'.* g) inf. not. *Ps. Eusebius.*

1 Ps. Eusebius c. 5, p. 231.

C. 3. a) Tel. papae *om.* V_2, Telesporus papa *in marg.* V_3.

1 Ps. Telesphorus c. 4, p. 112.

C. 4. a) *huic capitulo aliud substitutum est in Bb.* b) retrorsum *add. Ps. Pius.* c) *deest Hinsch.*

1 Ps. Pius c. 4, p. 117.

C. 5. a) *om. Bol.*, et quod violatores canonum sint infames *add. Bb man. 2.* b) *om. P, in spatio vacuo inser. L man. rec.* c) qui *Hinsch.*

1 Ps. Stephanus c. 1, p. 182; Coll. min. c. 51.

siastica contempnunt, similiter fures[d]) sacrilegos et omnibus ⟨l. omnes[e])⟩ capitalibus criminibus inretitos, sepulcrorum quoque violatores et apostolorum atque successorum[f]) eorum reliquorumque sanctorum[g]) patrum statuta libenter violantes et omnes qui adversus patres armantur, qui in omni mundo infamia[h]) notantur, similiter et[i]) incestuosos homicidas periuros raptores maleficos[k]) adulteros de bellis publicis[l]) fugientes, et qui indigna sibi petunt loca tenere[m]) aut facultates ecclesiae auferunt[n]) iniuste, et qui fratres calumpniantur aut accusant et non probant, vel qui contra innocentes principum animos ad iracundiam provocant, et omnes anathematizatos vel pro suis sceleribus ab ecclesia pulsos, et omnes quos ecclesiasticae vel saeculi leges infames pronuntiant. Hi[o]) nimirum omnes nec servi ante legitimam libertatem nec poenitentes nec bigami[p]) nec illi qui curiae deserviunt, vel qui non sunt integri corpore aut sanam non habent mentem vel[q]) intellectum, aut inobedientes sanctorum decretis existunt, aut furiosi manifestantur, hi[r]) omnes, inquam[s]), nec ad sacros gradus[t]) debent provehi[u]) nec[v]) ad accusationem seu ad testimonium ullatenus[w]) possunt iuste recipi.

C. 6. Item[a]) qui sint infames et qui[b]) accusare episcopos non possunt, et quod statuta patrum, si labefactari coeperint, apostolica denuo auctoritate roborentur. Reverentissimis fratribus Gelasius[1] in Domino salutem.

Sanctorum patrum statuta sequentes synodali auctoritate omnes qui adversus patres armantur ut patrum invasores infames esse censemus; horum[c]) igitur[d]) viciorum auctores vel patratores non sunt in accusatione pontificum recipiendi, sed penitus repellendi[e]), quoniam iubent canonica decreta[f]) patrum, ut accusatio vel testimonium eorum qui odio quoslibet secuntur[g]) vel qui inimici aut suspecti[h]) habentur, nullo modo recipiantur. Quorum statuta et nos firmantes eadem omnibus inviolabiliter futuris temporibus tenere censemus. Quicquid autem super hac causa patres nostri decernendum duxere dignum, ut condecet, necesse est, cum labefactari vel

---

d) et latrones *add. 5.* e) *sic Coll. min., Ps. Steph.* f) successorum — sanctorum *om. 3, 4, 8.* g) *deest Ps. Steph.* h) notantur inf. *3, 4, 5.* i) *deest Ps. Steph.* k) veneficos *add. Coll. min., Ps. Steph.* l) *deest Ps. Steph.* m) temere *G.* n) aufertur *P, L,* abstrahunt *Ps. Steph.* o) hos vero non ordines nec servos .... nec digamos nec eos *Ps. Steph.* p) *littera* 'b' *ex corr. L,* digami *3, 4, 5, 10.* q) aut *M, Coll. min., at* vel *10.* r) *pro* hi omnes *scribit* homines *5.* s) nunquam *Coll. min., at* inquam *10*; *deest Ps. Steph.* t) ordines *3, 4, 8.* u) provehere *Ps. Steph.* v) *aliter prosequitur Ps. Steph.* w) nullatenus *N, 1.*

C. 6. a) Quod inf. s. *M, Bol.,* item *om.* V_2, V_3. b) quod *G, M.* c) *post pauca.* d) *post inser. Pm.* e) repelli *G,* repelli debent *N.* f) *om. codd.* A^2. g) insecuntur V_3, *Ps. Pelag.* h) inimicitia scil. ut infra cap. XX (*scil. 26*) *man. poster. suprascrips. P.*

1 Immo Ps. Pelagius II, p. 724.

infirmari coeperit apostolica denno auctoritate firmari fratribusque[i] dari ac renovari.

C. 7.[a] Quod infamis procurator esse non debet, et qualiter quis accusare vel iudicare debet; et[b] cetera. Felix[1] episcopus universis[c] episcopis.

Infamis persona nec procurator potest esse nec cognitor. Absente vero adversario non audiatur accusator; nec sententia absente parte alia a iudice dicta ullam obtinebit[d] firmitatem; neque absens per alium accusare aut[e] accusari potest nec affinis testis admittatur. Si[f] quis autem iudicem adversum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat[g], quam nulli oportet negari[h].

C. 8. Ut qui sanctos patres persecuntur infames habeantur, et ab ecclesia usque ad satisfactionem arceantur. Alexander[1] episcopus[a] omnibus episcopis.

Statuentes[b] decernimus omnes, qui sanctos patres persecuntur aut amovere et[c] dilacerare manifeste nituntur, infames esse et a liminibus[d] ecclesiae alienos usque ad satisfactionem fieri[e]; qui ideo infames efficiuntur, quia patres persecuntur.

C. 9.[a] De his qui suscipiendi non sunt et infames censentur. Dionysii[1] papae.

Alieni erroris socium vel a sui[b] voluntarie propositi tramite recedentem aut sacris patrum regulis et constitutionibus inobedientem suscipere non possumus nec debemus, nec impetere recte credentes vel sanctorum patrum sanctionibus obtemperantes permittimus, quia infames omnes esse cencemus, qui suam aut Christianam prevaricantur[c] legem aut apostolicam vel regularem[d] libenter postponunt auctoritatem.

---

i) que *om. codd. A²;* ac ren. fr. dari *Ps. Pelag.*

C. 7. a) *hoc capit. om. Bb'.* b) et cet. *om. V₁,* et cc *superscr.* 'a' *P.* c) omnibus *3, 4, 5, 13.* d) obtinet *V₁.* e) ab alio *suprascr. 5,* vel *3, 4, 13.* f) *paucis praetermissis, sed hunc finem om. G; cf. supra II, 10.* g) adhibeat *5.* h) denegari *5.*

1 Ps. Felix I c. 13, p. 202; Coll. min. c. 55.

C. 8. a) papa omnibus orthodoxis *Bb.* b) *in Bb praecedunt ex cap. 5:* Si modo quisquam — amovere (admovere *Hinsch. v. n. 20*) — mortuos esse scimus; *et initium cap. 6:* Et post pauca: Haec considerantes et pericula — accepimus. c) aut *5,* vel *Ps. Alex.* d) sanctae *add. 5.* e) quia sic odit eos Deus qui adversus patres armantur ut invasores vel destructores *add. Bb ex Ps. Alex.*

1 Ps. Alexander c. 6, p. 97; Coll. min. c. 76.

C. 9. a) *aliud capit. substitutum est in Bb.* b) ui *in ras. L m. 3.* c) prevaricant *Hinsch.* d) regulae *N.*

1 Ps. Dionysius c. 4. p. 196.

C. 10. Ut qui suae legis vel religionis normam reliquerit aut recte prohibita neglexerit ad accusationem non admittatur. Anacletus [1] urbis Romae episcopus omnibus episcopis.

Accusandi vel testificandi licentia denegetur his[a]) qui Christianae religionis et nominis dignitatem et suae legis[b]) vel propositi normam[c]) aut regulariter[d]) prohibita neglexerint. Transgressores enim sponte legis suae eiusque violatores[e]) apostatae[f]) nominantur. Omnis autem[g]) apostata refutandus est[h]) non[i]) in accusatione recte agentium[k]) suscipiendus[l]).

C. 11. Quod deteriores sunt morum[a]) corruptores quam rerum raptores, et ipsi infames sunt. Anacletus papa.

Deteriores sunt qui doctorum vitam moresque corrumpunt his, qui substantias aliorum prediaque diripiunt. Ipsi autem ea quae extra nos, licet nostra sint[b]), auferunt, nostri quoque detractores et morum corruptores nostrorum, sive qui adversus nos armantur proprie nos ipsos decipiunt, et ideo iuste infames sunt et merito ab ecclesia extorres fiunt[c]). Pro meritis ergo plebis saepe pastores depravantur[d]) ecclesiae, ut proclivius corruant qui secuntur.

C. 12. Quod accusatores sacerdotum non[a]) debent audiri, nisi prius[b]) vita eorum et intentio discutiatur. Evaristus [1]) urbis Romae episcopus omnibus per Aegyptum Domino conglutinatis fratribus in Domino salutem.

Non est a pl⟨ebe⟩ aut a vulgaribus hominibus arguendus vel[c]) accusandus episcopus, licet sit inordinatus, quia pro meritis subditorum disponitur[d]) a Deo vita rectorum. Sacerdotes[e]) enim exquirere debent peccata populorum et sagaci sollicitudine unumquemquo probare iuxta
testimonium Domini ad Hieremiam dicentis: Probatorem, inquit, dedi te Jerem
populo meo robustum, ut scias[f]) et probes[g]) viam[h]) eorum. Ideo ista dico, 6, 27.
quia insidiator bona saepissime solet convertere in malum, et in electis

---

C. 10. a) omnibus *Ps. Anacl.* b) 3 et 5 *in marg.:* Nota spontaneos violatores suae legis voçari apostatas. c) formam *G.* d) regularum *Hinsch.* e) violatoribus *codd.* A^2, *ex* vigilatores *5.* f) apotestate *G, 1.* g) *om. 3, 4, 13,* enim *Ps. Anacl.* h) ante reversionem suam *add. Ps. Anacl.* i) nec *Hinsch.* k) aut testimonio *inser.* V_1, *add. P, L.* l) quia vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis *in marg. inser.* V_1, *in contextu add. P, L.*

1 Ps. Anacletus c. 3, p. 68; Coll. min. c. 44.

C. 11. a) mores corruptorum *codd.* A^2. b) sunt *G, N, L.* c) sunt *G.* d) deviantur *Hinsch.*

1 Ps. Anacletus c. 36, 37, p. 85.

C. 12. a) aud. n. deb. *M, Bol.* b) primo V_1. c) vel accusandus *om.* V_1. d) disponuntur *G.* e) *post pauca.* f) scies *Hinsch.* g) probabis *Ps. Evar.* h) eor. viam *G.*

1 Ps. Evaristus p. 90, c. 9, 10 p. 91, 92.

ponit maculam. Unde si qui sunt vituperatores aut accusatores episcoporum vel reliquorum sacerdotum, non oportet eos a iudicibus ecclesiae audiri, antequam eorum discutiatur aestimationis suspicio vel opinio[i]), qua intentione qua fide qua temeritate qua vita qua conscientia quove[k]) merito, si pro Deo aut pro vana gloria aut inimicitia vel odio aut cupiditate ista sumpserint[l]) necne. Haec omnia fideliter sunt perscrutanda et diligenter pertractanda. Nam sunt nonnulli qui prepositos suos perverse reprehendunt, si vel parum ipsi[m]) molesti extiterint, idcirco recto oculo primates ecclesiarum utiliter previdere debent, ne[n]) quisquam eorum innocens vexetur
Matth. aut scandalizetur intendentes sententiae[o]) Domini, quae ait: 'Si quis scan-
18, 6. dalizaverit unum de pusillis istis, melius est illi, ut suspendatur mola asinaria in collo eius et mergatur in profundum maris'. *Et reliqua.*

C. 13.[a]) Quod episcopi a populis non sunt corrigendi[b]), et de[c]) quibus non sunt iam[d]) accusandi. Telesphorus[1] episcopus dilectissimis fratribus episcopis.

Ipsi enim qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab omnibus obediendi et timendi et non dilacerandi sunt aut detrahendi, quia ⟨a⟩ quibus se Domini populus benedici et salvari et instrui cupit, nullatenus eos debet arguere nec vulgus in eorum[e]) accusatione[f]) suscipi. Populus
Luc. enim ab eis docendus est et corripiendus, non ipsi ab eo, quia non est
6, 40 discipulus super magistrum. Nullo modo igitur Domini pontifices et reliqui sacerdotes, quibus Domini commissa est plebs, rite populum possunt corrigere, si deceptionis se cognoverint laqueo infestari. Unde iustum est omnes in universo orbe doctores legis ea[g]) quae legis sunt sapere, et non sacerdotes Domini de labiis suis aut quibuslibet machinationibus maculare. Dum[h]) ipsos disponunt aut cupiunt maculare, potius se ipsos maculant et vulnerant. Dei ergo ordinationem accusat qua constituuntur qui sacerdotes accusat vel dampnare[i]) cupit, a quibus se omnes fideles cavere debent,
Rom. quia non solum qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus rei sunt. Ac-
1, 32. cusatores[k]) vero et accusationes, quas leges saeculi non admittunt, et nos submovemus et accusatori omnino[l]) non credi decernimus, qui absente adversario causam suggesserit[m]) ante utriusque partis iustam discussionem; nec hi qui non sunt idonei suscipiantur ad accusationem, et omnes qui adversus patres armantur infames esse censemus. Patres enim omnes

---

i) vitate *add. sed mox delevit L.* k) quo *N*, V_1. l) sumpserit *G, M*, presumpserit *Bol.*, V_3. m) ipsis *codd.* A^2, V_3, *Bb'*. n) nec V_2. o) sententiam *codd.* A^2.

C. 13. a) numerus *deest* V_2. b) arguendi *alii codd.* c) a *M, in tab. rubr. N.* d) etiam *codd.* A^2, *M*, V_3. e) et *add. G.* f) accusationem *G, N.* g) ea — sunt *inser. L man. al.* h) Quia dum *Bb'*, dum — maculare *om. N*, V'_4. i) damnari *Hinsch.* k) *post aliqua cap. 4.* l) omni *G et alii codd.* m) suggerit *G, Hinsch.*

1 Ps. Telesphorus c. 3, 4, p. 111.

venerandi sunt, non[n]) respuendi aut insinuandi[o]). Hi vero qui cum inimicis morantur, aut qui suspecti habentur, minime recipiantur, quia eorum aemulatio lacerat etiam innocentes; hunc murum[p]) fortissimum statuerunt patres nostri et nos cum eis contra persecutores vestros[q]), ut[r]) hoc remedio eorum pellantur machinamenta, et vos sanctiores et securiores famulari mereamini vestro[s]) Salvatori. De talibus enim insidiatoribus et accusatoribus servorum suorum loquitur Dominus per Prophetam dicens: 'Os tuum misisti ad malitiam, et lingua tua concinnabat[t]) dolum'. Psalm. 49, 19.

C. 14. Quod hi qui hodie aut nudius tercius inimici fuerunt, accusare vel testificari non possunt. Anacletus[1] papa.

Accusatores esse[a]) et testes non possunt, qui ante[b]) hesternum diem aut nudiustertius inimici fuerunt, ne irati nocere cupiant, ne[c]) laesi[d]) ulcisci velint. Inoffensus igitur accusatorum et testium affectus quaerendus est, et[e]) non suspectus.

C. 15. De eadem re[a]), quod hi sacerdotes accusare non debent, qui sacerdotes esse non possunt. Fabianus[1] episcopus urbis Romae omnibus Orientalibus episcopis et cunctis fidelibus in Domino salutem.

Ipsi apostoli et successores eorum olim statuerunt eos ad accusationem non recipi qui sunt[b]) suspecti, vel qui heri aut[c]) nudiustertius[d]) vel dudum fuerunt inimici, quoniam suspecti facti sunt, et qui non sunt bonae conversationis vel quorum vita est accusalibis aut[e]) dubii in recta fide; similiter quorum fides et[f]) vita et libertas nescitur[g]), vel qui infamiae maculis sunt aspersi aut sceleribus inretiti. Neque[h]) eos sacerdotes debere aut posse accusare[i]) qui[k] rite[l]) sacerdotes fieri non possunt nec sui sunt ordinis. Quoniam sicut sacerdotes vel reliqui clerici a saecularium laicorum excluduntur accusatione, ita illi ab istorum sunt excludendi et alienandi criminatione; et sicut illi[m]) ab istis, ita et[n]) isti[o]) ab illis non recipiantur, quoniam sicut Domini sacerdotum segregata debet esse conversatio ab eorum conversatione, ita et litigatio, quia servum Dei non oportet litigare. Tales, karissimi[p]) fratres, accusationes et iniustas aut nocivas[q]) aemulationes pro viribus prohibete, quia contentio summopere est vitanda.

---

n) *om. P, inser. L m. rec.* o) insidiandi *Ps. Tel.* p) nimirum *G.* q) nostros *G, N.* r) et *G.* s) nostro *M, V_3.* t) concinnat *V_1, P.*

C. 14. a) et test. esse *5.* b) aut hesterno et nud. die *Hinsch.* c) vel *Ps. Anacl.* d) se *add. N, V_1, P, V_3, Coll. min.* e) *om. 5, 13.*

1 Ps. Anacletus c. 35, p. 84; Coll. min. c. 45.

C. 15. a) et *add. M, V_3.* b) possunt *V_2 J.* c) et *V_2.* d) tert. *om. codd. A^2.* e) qui sunt *add. codd. bB.* f) deest *Ps. Fab.* g) nascitur *G, N.* h) enim *add. Bol.* i) excusare *V_2.* k) *om. G.* l) *ex* querite *corr. G.* m) isti ab illis, ita et illi ab istis *Ps. Fab.* n) *om. P, L.* o) ipsi *V_1*, ista *M.* p) fr. kar. *M.* q) innocuas *V_1, P,* nocuas *ex* innoc. *corr. L.*

1 Ps. Fabianus p. 160, c. 13 p. 162.

C. 16. Quod suspecti et inimici et facile litigantes et pravae conversationis, et qui non tenent ac docent rectam fidem accusatores esse non possunt. Pontianus[1] sanctae et universalis ecclesiae episcopus omnibus recte Dominum colentibus et divinum cultum amantibus salutem.

Suspectos[a]) aut inimicos aut facile litigantes, et eos qui non sunt bonae conversationis aut quorum vita est accusabilis et qui rectam non tenent et docent fidem, accusatores esse et antecessores nostri apostolica[b]) repulerunt auctoritate et nos submovemus atque temporibus futuris excludimus, ne libenter labi[c]) possint[d]) quos[e]) nos[f]) tenere et salvare debemus, ne, quod absit, predictum Dei iudicium notandum super utrosque veniat et nos eorum vitio, quod Deus avertat, pereamus[g]).

C. 17. Item de eadem re. Dilectissimis[a]) ubique catholicae ecclesiae comministris Fabianus[1] salutem in Domino.

Omnes qui rectam non tenent fidem accusatores[b]) neminem recte credentium accusare possunt, quia infamia sunt notati et a sinu sanctae matris ecclesiae apostolico mucrone usque ad rectam conversionem[c]) et reversionem eorum abscisi. Unde apostolica auctoritate cum omnibus eiusdem ecclesiis[d]) apostolicae atque universalis ecclesiae filiis statuentes sancimus, ut omnes qui in catholica fide suspecti sunt in accusationem recte credentium non suscipiantur, quia suspecti[e]) omnes semper sunt amovendi et non recipiendi. Merito ergo eorum reprobatur accusatio qui in recta fide suspecti sunt, nec eis omnino est[f]) credendum qui veritatis fidem ignorant. Similiter omnes quos sanctorum patrum statuta tam preteritis quamque[g]) futuris temporibus anathematizant submovemus, et ab omni accusatione fidelium alienamus. Discreti ergo debent semper esse fideles ab infidelibus et iusti ab iniustis, quoniam infideles et malivoli modis quibus possunt semper infestant fideles et perdere nituntur. Et ideo non sunt suscipiendi sed[h]) repellendi et procul abiciendi, ne perdere fideles aut infamare[i]) possint.

C. 16. a) Suspiciosa enim vox et inimica veritatem solet opprimere *P in marg.* b) apostoli *G, N.* c) *om. N.* d) possent *G.* e) et *add. codd. A²*. f) *om. N.* g) pereat *codd. A²*.

1 Ps. Pontianus p. 148, c. 9. p. 149.

C. 17. a) fratribus *add. L.* b) esse nequeunt et *add. Hinsch.* c) conversationem *N, Hinsch.* d) *deest Bol., V₂, Bb'; Ps. Fab.* e) omn. susp. *N,* suspectiones *Hinsch.* f) esse *Hinsch.* g) quamcumque *Hinsch.* h) vel *codd. A²* (sed *corr. P m. 2*). i) infamari *Hinsch.*

1 Ps. Fabianus p. 156, c. 5, p. 158.

C. 18. Ut nullus alienigena accusator sit vel iudex, sed[a]) nec servus aut[b]) libertus vel suspectus vel infamis. Stephanus[1]) sanctae apostolicae et universalis Romanae ecclesiae episcopus omnibus episcopis.

Accusatores vero et accusationes quas saeculi leges non recipiunt et antecessores nostri prohibuerunt et nos submovemus. Nullus enim alienigena aut accusator eorum fiat aut iudex, unde et de Loth scriptum est: 'Ingressus es ut advena, numquid ut iudices'? Accusator[c]) autem vestrorum Gen. 19, 9.
nullus sit servus aut libertus nullaque suspecta aut infamis persona.

C. 19. De[a] his qui ad accusationem et testimonium non sunt admittendi. Dilectissimis fratribus universis episcopis per Campaniam et Tusciam constitutis Eusebius[b]) [1].

Constituimus[c]) iterum[d]) cum omnibus qui nobiscum sunt episcopis, sicut dudum decretum reperimus, ut homicidae malefici fures sacrilegi raptores adulteri incesti venefici suspecti criminosi domestici periuri, et qui[e]) raptum fecerunt vel qui falsum testimonium dixerunt seu qui ad sortilogos[f]) divinosque concurrerint[g]) similesque eorum nullatenus ad accusationem vel ad testimonium sint[h]) admittendi, quia infames sunt et iuste repellendi, quia funesta est vox eorum.

C. 20. De[a]) eadem re. Ex Niceno[1] concilio.

Accusatores et accusationes quas leges saeculi non asciscunt, et nos unanimiter submovemus, ne fiat in districta probatione impietas, cum recta sit iudicii in electione sententia.

C. 21. De his quibus accusare non licet, et[a]) ne accusatus alios habeat iudices preter quos ipse elegerit, aut suo[b]) consensu sedes apostolica sibi dederit. Julius[c])[1] papa.

Similiter[d]) et in prefixa synodo[e]) est decretum, ne suspecti aut infames aut criminosi aut gratiosi aut[f]) calumpniatores vel affines aut scelerati aut facile litigantes suscipiantur accusatores, sed tales qui omni careant[g]) suspicione, quia columpnas suas Dominus firmiter stare voluit nec a quibuscumque agitari. Similiter prefata statuit synodus, ut nullum sententia non

---

C. 18. a) sit *M.* b) vel *G.* c) accusatorum *G.*

[1] Ps. Steph. p. 183, c. 7 p. 184.

C. 19. a) Item de *M, codd. bB.* b) papa *add.* V_2 *in marg.* c) statuimus *Hinsch.* d) item *G.* e) qui — vel *om. N.* f) sacrilegos *Hinsch.* g) concurrerunt *G.* h) erunt *Ps. Eleuth.*

[1] Ps. Eusebius p. 238, c. 18, p. 239.

C. 20. a) Item de *etc. M,* V_3.

[1] Immo Ps. Julius c. 12, p. 468, ubi 25 capitula ficticia tamquam concilii Nicaeni proponuntur.

C. 21. a) *om. P,* V_3. b) sui *codd. bB (at in tab.* suo V_2*).* c) Julianus *L,* Jul.˙ p. *om. M.* d) Sim. in iam *Hinsch.* e) Nicena *add. codd. bB.* f) vel *Hinsch.* g) carent *G.*

[1] Ps. Julius c. 18, p. 473.

a suo indice dicta constringat. Iudices autem alii esse non debent nisi quos ipse qui impetitur eligit[h]) aut quos suo[i]) consensu haec sancta sedes aut eius primates auctoritate huius sanctae sedis delegaverint.

C. 22. [a]) Ut accusandi vel testificandi licentia denegetur his qui Christianae religionis et nominis dignitatem et suae legis vel propositi normam aut regulariter prohibita neglexerint. Reverentissimis atque dilectissimis fratribus Athanasio et universis[b]) Aegyptiorum Thebaidorum Libiorum episcopis in sancta Alexandrina synodo congregatis Felix[1] almae Romanac urbis et universalis ecclesiae episcopus et sancta synodus, quae in urbem Romam convenit, in Domino salutem.

Ut accusandi vel testificandi licentia denegetur[c]), qui Christianae religionis et nominis dignitatem et suae legis vel sui propositi normam aut regulariter prohibita neglexerint[d]).

C. 23. Ut nemo clericum trahat ad saeculare iudicium sine consensu episcopi sui. Silvester[1] papa in generali residens synodo dixit:

Nullus[2] laicus crimen audeat clerico inferre[a]). Testimonium[3] autem clerici adversus[b]) laicum nemo suscipiat. Clericum[c]) vero quemlibet nemo in publico examinare presumat nisi[d]) in ecclesia.

C. 24. De eadem re. Marcellinus[1] presul Romanis omnibus episcopis.

Clericum[a]) cuiuslibet ordinis absque pontificis sui permissu[b]) nullus[c]) presumat ad saeculare iudicium[d]) adtrahere, nec laico quemlibet[e]) clericum[f]) liceat[g]) accusare.

C. 25. Quod infami et sacrilego adversus Christianum non licet dicere testimonium, et ut ecclesiastici iudices causam non audiant quae legibus non continetur. Euticianus[a])[1] papa.

Nulli umquam infami atque sacrilego de quocumque[b]) negotio liceat adversus religiosum[c]) Christianum, quamvis humilis servilisque persona

---

h) elegerit *Ps. Jul.* i) cum *add. Ps. Jul.*

C. 22. a) *pro hoc cap. adfert. duo III 80, 24 similia Bb.* b) universalis V_2 *J.* c) his *add.* V_2, V_3. d) neglexerit *codd.* A^2.

1 Ps. Felix II. p. 484, c. 12 n. 10, p. 486.

C. 23. a) *hic finit Bb'.* b) adversum *P, L, M.* c) nemo enim clericum *Ps. Silvest.* d) *om. 5.*

1 Excerpta ex synodalibus gestis fictitiis Silvestri papae, p. 449; Coll. min. c. 60. 2 c. II Ps. Silvestri. 3 c. **V** eiusd.

C. 24. a) clericus *Coll. min., Ps. Marcellin.* b) permissam *10,* premissum *13.* c) nullum *Coll. min., Ps. Marcellin.* d) vel *add.* V_3. e) et *add. 5.* f) clerico lic. *inser. 7.* g) acc. lic. *3, 4.*

1 Ps. Marcellinus c. 3, p. 221; Coll. min. c. 59.

C. 25. a) Eut. papa *om. Coll. min.* b) quoque *G.* c) et *add. G.*

1 Ps. Euticianus c. 8, 9, p. 212; Coll. min. c. 57.

sit, testimonium dicere nec de qualibet re actione vel inscriptione Christianum impetere[d]). Omnibus quoque similiter accusandi vel testificandi licentia denegetur, qui Christianae religionis et nominis dignitatem et suae legis vel sui propositi normam aut regulariter prohibita neglexerint. Similiter prohibemus, ut nullae causae a iudicibus ecclesiasticis audiantur, quae legibus non continentur, quia[e]) omnes qui pie volunt vivere in[f]) Christo persecutionem[g]) patiuntur.

C. 26. Ut nec laici nec hi, quoscumque saeculi leges non admittunt, episcopos vel clericos accusare presumant. Carissimis fratribus et Deo dilectis episcopis omnibus per Gallicanas provincias constitutis Eusebius[a])[1].

De accusationibus clericorum, super quibus mandastis[b]), scitote a tempore apostolorum in hac sancta urbe servatum esse, accusatores et accusationes, quas exteras ⟨l. exterae⟩ consuetudinum leges non asciscunt, a clericorum accusatione submotas. Similiter laicos non accusasse episcopos hactenus observatum et constitutum est, quia eiusdem non sunt conversationis et oppido eis quidam infesti existunt, quippe cum vita[c]) et secreta eorum a laicorum actibus debent esse remota, nec ab his impeti debeant quorum castitatem et gravitatem nolunt imitari, maxime cum nec eos in suis volunt recipere accusationibus. De ipsis vero, suis videlicet agricultoribus
atque ministris, Dominus laicis et cunctis[d]) eos persequentibus ait: 'Nolite Psalm.
tangere Christos meos, et in prophetis meis nolite malignari'. Et ipsis[e]) 104,15.
sacra scriptura dicit: 'Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei'. Talia Zach.
enim et his similia sancti patres providentes pericula laicos saeculo mili- 2, 8.
tantes ab accusatione sacerdotum prohibuere[f]), similiter servos et libertos[g]) atque censibus publicis et privatis[h]) subiugatos omnesque infames ab eadem tergiversatione submoverunt. Non enim oportet, ut permittantur carnales spirituales persequi nec sceleribus irretitos vel saeculo militantes episcopos infamare vel lacerare aut crimen opponere[i]). Nam si hoc[k]) apostoli aut successores eorum permitterent, perpauci remansissent, qui Domino in sacerdotali ordine militassent. Idcirco et nos sequentes patrum vestigia pro salvatione servorum Dei, quascumque ad accusationem personas leges publicae non admittunt, his impugnandi alterum et nos licentiam submovemus, et nullae accusationes a iudicibus audiantur ecclesiasticis quae legibus saeculi prohibentur. Quapropter

---

d) *Hic desinit Coll. min.; verbis:* Omnibus — neglexerint *praetermissis Bb' continuat:* Et post pauca. Similiter *etc.* e) *paucis praetermissis, quae autem in Bb' leguntur.* f) in Ch. *om. Hinsch.* g) persecutiuntur in Christo *N.*

C. 26. a) papa *add. Bol.*, V_2. b) mandatis *Hinsch.* c) eorum *add.* V_1, *L.* d) agricultoribus atque *N.* e) ipsa *Ps. Euseb.* f) *ex* prohibetur *corr. G.* g) *ita* L^1, *M man.* 2 *ex* liberos, *Bol.*, V_2, *alibi* liberos. h) privatos *N.* i) apponere *G, codd. bB.* k) haec *G, N.*

1 Ps. Eusebius c. 2, 3, p. 230.

illi, quibus indita est ad unguem polita perfectio, talia silere debent, ita ut nec mutilentur nec preponantur, nec illi qui aut in fide catholica aut inimicitia[l]) suspecti sunt ad[m]) pulsationem predictorum admittantur, quia veritatem[n]) professionis infidelitas et inimicitia impedire solet. Nec illi credendi sunt[o]) admittendi, qui aliorum sponte crimina confitentur, et ideo replicanda est sollicite veritas, quam sponte prolata in illis vox habere non potest; hanc diversis cruciatibus e latebris suis religiosus tortor exigere debet, ut dum poenis corpora solvuntur, quae gesta sunt[p]) fideliter et[q]) veraciter exquirantur.

C. 27. Ut etiam habitantes[a]) cum inimicis et omnes laici ab accusatione clericorum ammoveantur. Stephanus[1] papa[b]).

Repellantur cohabitantes inimicis[c]) et omnes laici[d]), quia infestationem blasphemiae affectio amicitiae incitare solet. Nec illi[e]), videlicet[f]) laici, in vestra sunt recipiendi[g]) accusatione qui[h]) vos in sua nolunt recipere infamatione.

C. 28. Ut clericus criminatus sua in provincia audiatur, et ut sententia[a]) iudicis, quae absente accusato datur, irrita[b]) sit, et proditoris calumnia[c]) non audiatur. Eleutherius[d])[1] papa.

De accusationibus comprovincialium ita legitur esse statutum: Si quis super[e]) quibuslibet criminibus quemlibet clericum pulsandum crediderit, in provincia in qua consistit ille qui pulsatur suas exerat[f]) actiones, nec aestimet eum alibi aut longius ad iudicium protrahendum[g]). Illi[h])[2] vero qui pulsatus fuerit, si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare[i]). Caveant etiam[k]) iudices ecclesiae, ne[l]) absente eo cuius[m]) causa ventilatur sententiam proferant, quia irrita erit, quippe[n]) et causam in[o]) synodo pro[p]) facto dabunt. Proditoris vero nec calumnia nec vox audiatur.

---

l) Inimicitia suspectos dicimus puta cohabitantes inimicis aut eis faventes seu qui heri aut nudius vel dudum fuerunt inimici ut infra: proximo et VIIII., supra XI. capit., *scil. 27, 35 et 6* (*pro* XI *l.* XX) *add. P in marg.* m) adpulsionem *G, V_3*. n) veritatis professiones *Hinsch.* o) aut *add. Ps. Euseb.*, sunt admittendi *om. N.* p) solvuntur et *add. N.* q) atque *N.*

C. 27. a) Ut inhabitantes *G,* etiam *om. M, Bol., V_2.* b) Steph. papa *om. Coll. min.* c) inimici *G, N, V_1, M, Bb';* et fautores etiam repelluntur, ut infra cap. VIII (puta 35) *add. P in marg.* d) laicae personae *5.* e) ulli *5.* f) videlicet laici *des. Ps. Steph.* g) recipienda *V_1, L,* recipiendi *ex corr. P,* accipiendi *Bol., V_3,* accipienda *V_2;* suscipiendi *Ps. Steph.* h) quia *5.*

1 Ps. Stephanus c. 7, p. 184; Coll. min. c. 53.

C. 28. a) a *add. P.* b) et proditoris irr. sit *N.* c) calumnia non aud. *supplevi ex M, codd. bB.* d) Eleutherus *N.* e) sup. quib. crim. *desunt Ps. Eleuth.* f) exerceat *Hinsch.* g) pertrahendum *P, L, M, V_3, Bb'.* h) ille *G, N.* i) primatem *add. Bb'.* k) ergo *N.* l) nec *N.* m) cuius — quia *om. Hinsch.* n) quippe — in syn. *om. Hinsch.* o) in syn. *om. Bb'.* p) profecto *Hinsch.*

1 Ps. Eleutherus c. 4, p. 126. 2 cf. supra II 82.

Nemo enim debitorem amplius potest cognoscere quam ille qui iniuriam eiusque sustinuit nequitiam. Oppressis[q]) namque ab omnibus in cunctis subveniatur causis. Haec omnia summopere sunt attentenda, nec criminatio minorum, quanto magis episcoporum, facile est recipienda dicente Domino: 'Non sequeris turbas ad faciendum malum'. Exod. 23, 2.

C. 29. Quod nec clerici laicos, nec laici clericos in sua accusatione debent recipere. Telesphorus[1] Romanae urbis episcopus[a]) universis episcopis.

Sicut laici et saeculares homines nolunt clericos recipere[b]) in accusationibus et[c]) infamationibus[d]) suis, ita nec clerici debent eos recipere in infamationibus suis, quoniam in omnibus discreta debet semper[e]) esse et segregata vita et conversatio clericorum ac[f]) saecularium[g]) laicorum.

C. 30. Ut si laicus contra clericum causam habeat, episcopum adeat. Gregorius[1] Romano defensori Siciliae[a]).

Pervenit ad nos, quod, si quis contra quoslibet clericos causam habeat, despectis eorum episcopis eosdem clericos in tuo facias iudicio exhiberi. Quod si ita est, valde esse constat incongruum; sed hac tibi auctoritate precipimus, ut hoc[b]) denuo facere non presumas. Sed si quis contra quemlibet clericum causam habuerit, episcopum ipsius adeat, ut[c]) aut ipse cognoscat aut certe ab ipso iudices deputentur aut, si fortasse ad arbitros eundum est, partes ad eligendum iudices[d]) ab ipso executio deputata compellat[e]). Si quis vero vel[f]) clericus vel laicus contra episcopum causam habuerit, tunc te interponere debes, ut inter eos aut ipse cognoscas aut certe te ammonente[g]) sibi iudices eligant. Nam si sua unicuique episcopo iurisdictio non servatur, quid aliud agitur, nisi ut per nos[h]) ⟨l. vos⟩, per quos[i]) ecclesiasticus custodiri illic[k]) ordo debuit, confundatur? *Et*[l]) *cetera.*

C. 31.[a]) Quod[b]) episcopus[c]) si in fide erraverit, primo est corrigendus; si non emendaverit, accusandus est ad apostolicam sedem. Fabianus[1] papa.

Si enim a fide deviaverit episcopus, erit corrigendus prius secrete

---

q) oppressus V_2.

C. 29. a) archiepiscopus 10, *Hinsch.* b) accipere V_1. c) et infamationibus *om.* V_1, in *add. L.* d) impulsationibus *Ps. Telesph.* e) esse semper *G.* f) a *Coll. min., Hinsch.* g) *om. N.*

1 Ps. Telesphorus c. 1, p. 110; Coll. min. c. 46.

C. 30. a) Siliciae *M*, V_3. b) haec *G, N, M*, V_5. c) et *N.* d) *M in marg., om. codd. bB, Hartm.* e) contempnat V_5. f) *om.* V_5 g) monente *G.* h) te *Greg. I.* i) quem *Greg. I.* k) illuc V_5. l) et cet. *om. codd.* A^2, *Bb'.*

1 Greg. I. Reg. XI 24, t. II. p. 284.

C. 31. a) III 85 substituit *Bb.* b) Quodsi *N, M*, V_3. c) *om Bol.*

1 Ps. Fabianus c. 23, p. 166.

a subditis; quod si incorrigibilis, quod absit, apparuerit, tunc erit accusandus a[d]) primate suo ad sedem apostolicam.

C. 32. Quod[a]) accusatio episcoporum nonnisi ab idoneis[b]) et probatissimis viris[c]) fieri debet. Anacletus papa [1].

Accusatio quoque episcoporum, super qua nos consulere voluistis, non nisi ab idoneis et probatissimis viris, qui et suspicionibus et sceleribus careant, fieri debet[d]), quia Dominus sacri sui corporis tractatores a vilibus et reprobris ac[e]) non idoneis personis infamari noluit nec calumpniari permisit, sed ipse proprio flagello peccantes sacerdotes a templo eiecit[f]). Unde liquet[g]) quod summi sacerdotes, id est episcopi, a Deo sunt iudicandi, non ab humanis aut pravae vitae hominibus lacerandi sed potius ab omnibus fidelibus portandi ipso Domino exemplum[h]) dante, quando per se ipsum et non per alium vendentes et ementes eiecit de templo. et mensas numulariorum et cathedras vendentium[i]) proprio evertit flagello
Psalm. 81, 1. et eiecit de templo. Et sicut alibi ait: 'Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit'[k]).

C. 33.[a]) De eadem re, quod infames sunt qui a proposito suo recedunt et qui transgrediuntur iussa apostolicae sedis. Omnibus ecclesiis in eadem qua sumus fide et doctrina manentibus Pius [1] apostolicae sedis archiepiscopus.

Oves suum pastorem non reprehendant, plebs vero episcopum non
Matth. 10, 24. accuset, nec vulgus eum arguat[b]), quia non est discipulus super magistrum neque servus super dominum suum[c]). Episcopi autem a Deo sunt iudicandi, qui eos sibi oculos elegit; non[d]) a subditis aut pravae vitae hominibus[e]) arguendi vel accusandi aut lacerandi, ipso Domino exemplum[f]) dante, quando per se ipsum et non per alium vendentes sacerdotes et ementes eiecit de templo[g]), et sicut alibi per Prophetam loquitur dicens:
Psalm. 81, 1. 'Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit'. Si quis vero a suo proposito retrorsum exorbitaverit et iussa apostolicae sedis libenter[h]) transgressus fuerit, infamis efficitur. Reprobari ergo oportet

---

d) ad primates suos aut ad sedem apostolicam *Ps. Fab.*

C. 32. a) *praeter hanc rubricam adfert:* Qui sint admittendi ad accusationem V_1 *in marg. man. 3.* b) personis *add.* V_5. c) *om. G.* d) deberet *P, L.* e) et *Hinsch.* f) proiecit V_5. g) reliquit *Hinsch.* h) exemplo *Ps. Anacl.* i) columbas *add.* V_2. k) diiudicat *M, ex* diiudicat *corr.* decernit *Bol.*, discernit *corr.* diiudicat V_3; decernit *Hinsch.* Et alibi: Ego dixi, dii estis et filii excelsi omnes *inser.* V_1 *in marg., add. P* (Psalm. 81, 6).

1 Ps. Anacletus c. 19, p. 76.

C. 33. a) *capitulo 33 substitutus est in codd. bB canon 7 concilii Carthaginensis III; rubrica deest M.* b) arguet *Hinsch.* c) *om. Hinsch.* d) nam *Hinsch.* e) non sunt *Ps. Pius.* f) exemplo *Hinsch.* g) et mensas numm. proprio evertit flagello et eiecit de templo *add. Ps. Pius.* h) *om. Hinsch.*

1 Ps. Pius p. 116, c. 4, 5, p. 117.

eorum redargutiones, qui in recta fide suspecti sunt. Fides autem et conversatio primum scrutanda est, et denuo qui inreprehensibiles apparuerint sunt recipiendi, et non prius.

C. 34.[a]) Quod pravae vitae hominibus non licet episcopos et[b]) servos Dei accusare. Eusebius[1] Romanae et apostolicae ecclesiae[c]) episcopus dilectissimis et[d]) in Christi caritate unanimis caritatis glutino connexis fratribus per Alexandriam et Aegyptum Domino militantibus et rectam fidem tenentibus in Domino salutem.

Errorem vestrum corrigite, fratres, et ab omni erroris macula vos custodite, ut purum Deo munus offerre valeatis. Servos Dei nolite persequi. Episcopos nolite infamare neque accusare, quia Deus eos suo iudicio voluit reservari. Quod enim non ab humanis aut pravae vitae hominibus eos depravari aut accusari voluit[e]), ipse dedit exemplum, quando per se ipsum, non per alium, negotiantes eiecit sacerdotes de templo et[f]) mensas nummulariorum proprio evertit flagello et eiecit de templo[g]). Et sicut alibi ait: 'Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos[h]) discernit'. Dei ergo ordinationem accusat, qui[i]) episcopos accusat vel condempnat, dum minus spiritualia quam terrena sectatur[k]). De[l]) occultis enim cordis alieni temere iudicare iniquum est, et eum cuius non videntur opera nisi bona peccatum est ex suspicione reprehendere. Oves ergo quae suo pastori commissae fuerint eum nec reprehendere, nisi a recta fide exorbitaverit, debent nec ullatenus accusare possunt, quia facta pastorum oris gladio ferienda non sunt, quamquam recte reprehendenda videantur[m]).

Psalm. 81, 1.

C. 35.[a]) Ut detractores et inimicorum fautores ab episcopali[b]) moveantur[c]) accusatione, neque in re dubia certa detur sententia. Eiusdem[d])[1].

Detractores qui divina auctoritate eradicandi sunt et fautores[e]) inimicorum ab episcopali submovemus accusatione[f]). Similiter[g]) ne summorum quispiam minorum accusationibus impetatur aut dispereat[h]), neque in re dubia certa iudicetur sententia, nec ullum iudicium nisi ordinabiliter habitum teneatur.

C. 34. a) *pro capitulo 34 substitutum est in codd. bB aliud ex epistola Bonifacii papae I; rubrica deest M.* b) vel *N.* c) sedis *Bb.* d) *om. Hinsch.* e) noluit *Bb.* f) et mensas — templo *om. codd. A*², *in marg. inser. Bb man. 3.* g) *pro reliquis exhibet Bb:* Et post pauca: De occultis — reprehendere. h) deus *G.* i) qui episcopos accusat *omisit sed mox inser. L.* k) sectantur *codd. A*². l) *haec in fine cap. 10 et cap. 11, p. 237 leguntur.* m) iudicentur *V'*₄.

[1] Ps. Eusebius p. 233, c. 8—11, p. 234, 237.

C. 35. a) aliud cap. *adfert ex Ambros. Bb.* b) episcopi *G.* c) removeantur *codd. A*², *V*₃. d) *om. G.* e) auctores *Ps. Zeph.* f) vel testimonio *add. Ps. Zeph.* g) nec summorum *Ps. Zeph.* h) disperat *G.*

[1] Immo Ps. Zepherinus c. 3, 4, p. 131.

C. 36. Ut[a] qui causas habet contra pastores vel ecclesias eorum primo caritative expectet[b] emendationem, quodsi ante[c] infestare presumpserit, excommunicetur. Anacletus[1] urbis Romae episcopus omnibus episcopis.

Si quis adversus pastores vel ecclesias eorum commotus fuerit aut causas habuerit, prius ad eos recurrat caritatis studio, ut familiari colloquio commoniti ea sanent quae sananda sunt, et caritative[d] emendent quae iuste[e] emendanda agnoverint[f]. Si autem aliqui eos, priusquam haec[g] egerint, lacerare accusare aut infestare presumpserint, excommunicentur et minime absolvantur, antequam per satisfactionem condignam egerint poenitentiam, quoniam iniuria eorum ad Christum pertinet, cuius legatione[h] funguntur.

C. 37.[a] Quod hi qui culpam suorum produnt prepositorum sententia Cham, qui patris pudenda non operuit, dampnandi sunt. Anacletus[1] in apostolica sede a Domino constitutus omnibus episcopis.

Sententia Cham[b] filii Noe dampnantur, qui suorum doctorum vel prepositorum culpam[c] produnt, ceu Cham qui patris pudenda[d] non operuit, sed deridenda[e] monstravit[f].

Doctor[2] autem vel pastor ecclesiae, si a fide exorbitaverit[g], erit a fidelibus corrigendus, sed pro reprobis moribus[h] magis est tolerandus[i], quia rectores ecclesiae a Deo iudicandi sunt, sicut ait Propheta: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos[k] discernit[l]. Unde oportet unumque fidelem, si viderit aut cognoverit plebes suas adversus[m] pastorem suum tumescere aut clerum detractationibus vacare, hoc vitium pro viribus exstirpare prudenterque corrigere[n] satagat[o], nec eis in quibuscumque negotiis misceri, si incorrigibiles apparuerint, antequam suo reconcilientur doctori, presumat.

C. 38. Quod non potest humano condempnari examine, quem Deus suo reservavit iudicio. Alexander[1] papa.

Non potest condempnari humano examine, quem Deus suo reservavit iudicio[a]. Nam si omnia in hoc mundo iudicata[b] essent, locum divina iudicia non haberent.

C. 36. [a] Quo ordine accedendum sit ad accusationem *Bb m. 3 in marg.* [b] expetat *M, Bol.*, expectat V_2. [c] eam *G.* [d] caritati *Hinsch.* [e] iuxste *13.* [f] cognoverint *N*, fuerint *13.* [g] *om. G.* [h] legationem V_2, *10*, ratione *ex* oratione *7.*
[1] Ps. Anacletus c. 20, p. 77; Coll. min. c. 70.

C. 37. [a] *Bb interponit cap. III 81.* [b] fil. Cham *5.* [c] culpas *Ps. Anast.* [d] *ex* pudentia *corr. 7.* [e] deridendo *N.* [f] monstraverit *7.* [g] exorbitaverint *Hinsch.* [h] *om. Hinsch.* [i] quam distringendus *add. Ps. Anacl.* [k] deus *Hinsch.* [l] diiudicat *3, 4, 5, Hinsch.* [m] adversum pastores suos *7.* [n] colligere *Hinsch.* [o] studeat *5.*
[1] Ps. Anacletus c. 38, p. 85; Coll. min. c. 74, quae initium c. 39 adiungit. [2] Coll. min.

C. 38. [a] arbitrio, *at in marg.* vel iudicio *3.* [b] vindicata *Bb'.*
[1] Ps. Alexander c. 7 i. f., p. 98; Coll. min. c. 77.

C. 39. a) Quod non potest ab b) homine condempnari, quem Deus suo reservavit iudicio. Fabianus [1] papa.

Nullatenus potest condempnari humano examine quem Deus suo iudicio reservavit, quia propositum Dei quo decrevit salvare quod perierat stat c) immobile. Et ideo, quia voluntas eius non mutatur d), nullus presumat ea quae sibi non sunt concessa e).

C. 40. a) Quod non passim et facile fieri debent sacerdotum vel pastorum accusationes. Euticianus [1] presul Romanus omnibus episcopis.

Non passim vageque sacerdotum vel reliquorum pastorum b) accusatio debet fieri. Nam si facile admitteretur, perpauci c) nimis invenirentur, quia omnes qui pie volunt d) vivere in e) Christo persecutionem patiuntur.

C. 41. Ut accusatus episcopus XII a) sibi iudices eligat, qui eius causam b) iuste decernant, finis vero causae ad papam deferatur c). Zepherinus [1] Romanae urbis archiepiscopus omnibus d) episcopis.

Duodecim e) iudices quilibet episcopus accusatus, si necesse fuerit, eligat a quibus eius causa iuste iudicetur, nec prius audiatur aut excommunicetur vel iudicetur, quam ipsi per se eligantur, et regulariter vocatus ad suorum primo conventum f) episcoporum per eos eius causa iuste audiatur et rationabiliter discernatur. Finis vero eius g) causae ad sedem apostolicam deferatur, ut h) ibidem terminetur, nec antea finiatur i), quam eius auctoritate fulciatur.

C. 39. a) *rubrica deest codd. A^2, in corpore vero extat P.* De eadem re, et pro quibus culpis episcopus sit accusandus *Bb.* b) humano examine *Bol. V_2.* c) fiat *Hinsch.* d) muttatur *G,* mittatur *5.* e) Et post pauca. Si enim a fide — potestati resistit *add. Bb' (c. 23, p. 166).*

[1] Ps. Fabianus c. 17, p. 163; Coll. min. c. 92.

C. 40. a) *aliud cap. substituit Bb'.* b) vel reliqu. past. *des. Ps. Eutic.* c) *ex* vel pauci *L m. rec.,* vel pauci *P,* paucissimi *7.* d) *pro* vol. viv. *adfert* vivunt *4.* e) in Christo *om. Coll. min., Hinsch. sed add. 3, 4.*

[1] Ps. Euticianus c. 9, p. 212; Coll. min. c. 80.

C. 41. a) episcopos *add. codd. bB.* b) causas *codd. bB.* c) referatur *M.* d) per Siciliam constitutis ep. in Domino salutem *Ps. Zeph., p. 131.* e) Nullum episcoporum sententia — precipiant *praemittit bB.* f) ep. conv. *3, 4, 5.* g) causae eius *codd. A^2.* h) et *G, N.* i) sicut ab apostolis vel successoribus eorum olim statutum est *ex Ps. Zeph. add. Bb m. 2* (sicut — succ. *sup. rasura*); *eadem manu etiam quae sequuntur scripta sunt.*

[1] Ps. Zepherinus c. 5, 6, p. 132; Coll. min. c. 97.

C. 42.[a]) Ex[b]) concilio Cartaginensi[1] cap. XII[c]). Felix episcopus dixit:

Suggero secundum statuta veterum conciliorum, ut si quis episcopus, quod non optamus, in reatum aliquem incurrerit, et si fuerit ei nimia necessitas non posse plurimos congregare, ne in crimine remaneat, a duodecim episcopis audiatur, et a VI vel[d]) VII cum proprio episcopo presbyter audiatur, et a tribus diaconus[e]).

C. 43.[a]) Ut inferiores gradus superiores non accusent, et ut[b]) episcopus nisi in LXXII testibus, presbyter in LXIIII, diaconus in XXVI, subdiaconus et ceteri nisi in septem testibus non condempnentur. Silvester[1] papa in generali residens synodo dixit:

Presbyter adversus episcopum, diaconus adversus presbyterum, subdiaconus adversus diaconum, acolytus adversus subdiaconum, exorcista adversus[c]) acolytum, lector adversus[d]) exorcistam, ostiarius adversus lectorem nullo modo aliquam presumat dare accusationem. Presul autem non dampnetur[e]) nisi in LXXII testibus, presbyter[f]) autem cardinalis[g]) nisi in[h]) LXIIII[i]) testibus non dampnabitur, diaconus[k]) cardinalis[l]) urbis Romae nisi in XXVI[m]) testibus non condempnabitur[n]), subdiaconus acolytus exorcista lector ostiarius nisi in VII testibus non condempnabitur. Testes autem et accusatores sine aliqua sint infamia.

C. 44. Quod oves pastorem[a]) reprehendere non possunt[b]), nisi in fide[c]) erraverit[d]), et quod expoliati non debeant ad synodum vocari, nisi prius eis bona sua fuerint restituta. Johannes[e])[1] urbis Romae episcopus Zachariae archiepiscopo salutem.

Oves quae[f]) pastori suo commissae[g]) fuerint eum nec reprehendere,

---

C. 42. a) *huic et sequenti capit. substit. Bb' alia duo.* b) *rubrica deest G.* Quod episcopus aliquem reatum incurrens, si plures congregare non potuerit, a XII episcopis audiatur, presbyter a VII, diaconus a III[bus] *N, codd. A²*. Si quis episcopus absque tempore synodi in crimine detentus fuerit, a XII episcopis audiatur *M, codd. bB*; *inscriptionem om. V₂*. c) XX *N.* d) a *add. N.* e) diaconis *G.*

[1] A⁰ 419, rec. Dion., Bibl. jur. can. vet., 1661, t. I p. 145; Maassen, Gesch. § 135.

C. 43. a) *cap. Ps. Clem. substit. Bb.* b) in quot testibus episcopus, presb. diac. subdiac. et ceteri condempnandi sunt *M, codd. bB.* c) adv. acol. *sup. ras. V₁*. d) adv. — ost. *V₁ in marg.* e) dampnabitur *Coll. min., Ps. Silvest.* f) *paucis praetermissis.* g) urbis *add. codd. bB.* h) *deest Coll. min., at exstat 13, abest quoque a Ps. Silvest.* i) XLIIII *M, codd. bB, Coll. min. praeter 10; Ps. Silv.* k) autem *add. 3, 5, 13.* l) cardinarius constructus *Ps. Silvest.* m) XXXVI *Ps. Silvest.* n) dampnabitur *3.*

[1] Apocrypha synodalia gesta Silvestri papae c. 2—4, p. 449, et Coll. min. c. 69, quae sicut Anselmi coll. a Ps. Silvestro verbis, non argumentis, paulum differt.

C. 44. a) pastores *codd. A², M, V₃.* b) possint *M, codd. bB et Bb.* c) fidem *P.* d) erraverint *codd. A².* e) Eusebius papa episcopis per Alexandriam et Aegyptum *Bb', Ps. Euseb. capp. 8, 11, 12, p. 237.* f) quia *Ps. Joh.* g) non *add. G.*

[1] Ps. Johannes p. 694, Ps. Euseb. p. 237, ubi et subnotatum est, unde Ps. Isidorus 'antiquitus decreta' desumserit.

nisi a recta fide exorbitaverit[h]), debent[i]) nec ullatenus accusare possunt, quia facta pastorum oris gladio ferienda non sunt, quamquam recte reprehendenda videantur. Ideo ista dicimus, quia in scripturis vestris[k]) repperimus quosdam episcopos vestris in partibus a propriis ovibus accusatos, aliquos videlicet ex suspicione[l]) et aliquos ex certa[m]) ratione: et idcirco quosdam suis esse rebus expoliatos, quosdam vero a propria sede pulsos. Quos scias nec ad synodum comprovincialem[n]) posse convocari[o]) nec ab aliquo iudicari, antequam cuncta quae eis ablata sunt legibus potestati eorum redintegrentur. Prius ergo oportet omnia illa legibus redintegrari et ecclesias quae sibi sublatae sunt cum omni privilegio suo restitui; et post modum non sub angusti temporis spatio, sed tantum temporis spatium eis indulgeatur, quanto[p]) expoliati vel expulsi esse videntur[q]), antequam[r]) ad synodum convocentur, et[s]) ab omnibus quisque suae provinciae episcopis audiatur. Nam nec vocari[t]) ad causam nec diiudicari[u]) possit expoliatus vel expulsus, quia non est privilegium quo expoliari possiat iam nudatus. Unde et antiquitus decretum est: Omnes possessiones et omnia sibi sublata atque fructus cunctos ante litem contestatam preceptor[v]) vel primas possessori restituat. Et alibi scriptum habetur[w]): Ille qui violentiam pertulit universa in statu quo fuerant recipiat, et quae possidet securus teneat. Et alibi in synodalibus patrum decretis et regum edictis legitur statutum: Redintegranda sunt omnia expoliatis vel eiectis episcopis presentialiter[x]) ordinatione pontificum et in eo[y]) loco unde abscesserunt funditus revocanda, quacumque[z]) conditione temporis aut dolo aut captivitate aut virtute maiorum aut per quascumque iniustas causas res ecclesiae vel proprias aut substantias suas perdidisse noscuntur, ante accusationem aut regularem[a]) ad synodum vocationem eorum. *Et reliqua.*

C. 45.[a]) Ut nemo episcopum vel quemquam clericorum apud saeculares iudices[b]) accuset[c]). Dilectissimo[d]) fratri Felici episcopo G a i u s[1].

Pagani vel heretici sive Judaei non possunt Christianos accusare aut vocem infamationis inferre. Deinde nemo umquam episcopum apud iudices saeculares aut reliquos[e]) clericos accusare presumat[f]). Et si quis episcopus presbyter aut diaconus vel quilibet clericorum[g]) apud episcopos,

---

[h]) exorbitaverint V_2. [i]) debet *G.* [k]) *om. G.* [l]) suspectione *N.* [m]) recta *codd. bB.* [n]) nec ad generalem *add. Ps. Joh.* [o]) convocare nec aliquod iudicare *Ps. Joh.* [p]) quantum *Ps. Joh.* [q]) videantur *G*, et *add. G, N, Bb'.* [r]) antequam — convoc. *om. codd. A²*. [s]) *om. G, N, Bb'* et ab omn. *L abras.* [t]) convocari *Ps. Joh.* [u]) diudicare potest *Ps. Joh.* [v]) preceptorum *Bb'.* [w]) est *codd. bB.* [x]) presentaliter *Ps. Joh.* [y]) eorum unde *Ps. Joh.* [z]) quecumque *Ps. Joh.* [a]) regulariter *codd. A²*, regalem V_2.

C. 45. [a]) *Bb interponit cap. III 82.* [b]) *om. G.* [c]) etc. *add. codd. A²*. [d]) Gaius papa Felici episcopo *C o l l. m i n.*, *Bb'.* [e]) alios *Hinsch.* [f]) *quae sequuntur usque ad* qualiter *neglegit Bb'.* [g]) clerici *Ps. Gai.*

[1] Ps. Gaius c. 2—4, p. 214; C o l l. m i n. c. 58.

quia alibi non oportet, a qualibet persona quae rite recipienda[h] est fuerint accusati, quicumque fuerit sive ille sublimis vir honoris sive ullius alterius dignitatis, qui hoc genus inlaudabilis intentionis arripuerit, noverit documenta[i] probationis monstranda documentis se debere inferre. Si quis ergo circa huiusmodi personas non probanda detulerit, auctoritate huius sanctionis intelligat se iacturam[k] infamiae sustinere, ut dampno pudoris aestimationis dispendio discat sibi alienae verecundiae impune insidiari saltem de cetero non licere. Nam qualiter[l] ad concilium veniatur, aut[m] qui accusatores sint recipiendi quive non sint, aut qualiter de suis rebus expoliatis vel eiectis a sedibus propriis sint omnia legibus redintegranda quae eis ablata sunt, quia, priusquam hoc factum fuerit, nullum crimen eis obici[n] potest, et quod induciae illis[o] post integram restaurationem anniversariae vel sex mensium indulgendae sint, et qualiter sua omnia licenter et pacifice absque ullius gravi[p] impedimento disponere et suorum amicorum ecclesiasticorum[q] et patrum consiliis[r] uti debeant[s], sufficienter ab apostolis suorumque decessoribus[t] ac nostris predecessoribus statutum esse putamus.

C. 46. De eadem re, et[a] ut vocato ad synodum congruum spatium detur, aliter non respondebit, nisi voluerit; et ut accusatores et accusati aequaliter audiantur. D a m a s u s[1] servus servorum Dei atque per gratiam eius episcopus[b] sanctae catholicae atque apostolicae[c] urbis Romae Stephano archiepiscopo concilii Mauritani[d] et universis episcopis Africanae provinciae.

Accusatores episcoporum et testes super quibus rogitastis[e] absque ulla infamia aut suspicione vel[f] manifesta macula et verae fidei pleniter instructi[g] esse debent, et tales quales ad sacerdotium eligere divina iubet auctoritas, quoniam sacerdotes, ut antiqua tradit auctoritas, criminari non possunt nec in eos testificari, qui ad eundem non debent nec possunt provehi honorem. Vocatio[h] enim ad synodum iuxta decreta patrum canonica eius qui impetitur rationabilibus[i] scripturis per spatium fieri debet congruum atque canonicum, quia, nisi canonice vocatus fuerit suo tempore et canonica ordinatione, licet venerit ad conventum quacumque necessitate nisi sponte voluerit, nullatenus suis respondebit insidiatoribus, quoniam[k] nec saeculi leges hoc[l] permittunt fieri, quanto magis divinae?[m])

---

h) accipiendá *P, L.* i) docenda probationis ministranda *Hinsch.* k) iacturas *G, N.* l) vero *add. Bb'.* m) aut qui accusatores — non sint *transposita sunt Ps. Gai.* n) obicere *Ps. Gai.* o) illae *G.* p) grave *Hinsch.* q) et eccl. patr. *Ps. Gai.* r) conciliis *Ps. Gai.* s) debent *G.* t) successoribus *N.*

C. 46. a) *om.* V_1, *L.* b) spiritus *Bol.*, episcopis V_2. c) ecclesiae *add. Bol.*, V_2, *Ps. Dam.* d) Mauritaniae *Ps. Dam.* e) rogastis *Ps. Dam.* f) et *N.* g) M *ex corr.*, structi *G, codd.* A^2. h) *cap. 11.* i) rationalibus *P, L,* V_3. k) si *add. codd.* A^2. l) haec *G, N.* m) et paulo post *add. Bb'.*

1 Ps. Damasus p. 502, c. 10, 11, 15, 16, p. 503, 504.

Nullus[n]) autem[o]) introducatur personaliter, sed accusatores et accusati aequa audiantur ratione iuxta[p]) quod gestorum ordo exigit. Accusatores[q]) vero et iudices non idem sint, sed per se accusatores, per se iudices, per se testes, per se accusati, unusquisque in suo ordinabiliter ordine. Nam scriptio[r]) primo semper fiat, ut talionem calumniator recipiat, quia ante inscriptionem nemo debet iudicari vel dampnari, cum et saeculi leges haec eadem retineant. De quibus omnibus vera semper fiat aequitas, quatenus accusationis et iudicii ac testimonii mercedem per veritatem gestorum consequi valeant. Scriptum est enim: Abhominatio Domini[s]) labia men- Prov. 12, 22.
dacia.

C. 47. Ut nullus iudicetur, nisi legitimos habuerit accusatores presentes cum scriptis[a]) et locum defendendi. Universis episcopis per Italiae provincias constitutis Damasus[1] episcopus in Domino salutem.

Relatum est ad sedem apostolicam vos[b]) accusationes fratrum perscripta suscipere absque legitimo accusatore. Quod deinceps in omni orbe terrarum fieri apostolica auctoritate prohibemus, et quod nuper[c]) factum est absque ulla retardatione corrigere rogamus, nec umquam prius per scripta eorum qui accusantur causas discutere quam[d]) per querelantium institutiones[e]) vocati canonice ad synodum veniant et presens per presentem agnoscat veraciter et intellegat quae ei obiciuntur. Quod bene et per sapientiam Salomonis dicitur: 'Antequam scruteris, non reprehendas', Eccles
intellige prius et tunc increpa, antequam audieris, non respondeas. Et 11, 7. 8.
licet apertissima[f]) sit contrariorum reprehensio, verumtamen oportet ab his qui clari sunt ad eorum examinationem ordinem servari[g]) ab his qui secundum Deum scrutari deputati sunt, quatenus[h]) ita cum ratione cooperantes inveniamus et confessorem Deum[i]) qui dicit: 'Ubi sunt duo vel Matth.
tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum'. Nam et 18, 20.
dominus noster Jesus Christus Iudam furem esse sciebat, sed[k]) quia non est presentialiter accusatus, ideo non est eiectus. Nec vos ullo modo agere oportet, quod ille noluit facere; leges enim saeculi accusatores presentes exigunt, et non per scripta absentes. Unde canonica patrum constituta non semel sed saepissime clamant nec accusationes nec testimonia ullum[l]) per scripta posse proferre, nec de aliis negotiis quicumque testimonium dicant, nisi de his qui sub presentia eorum esse noscuntur. Similiter et qui accusare alium elegerit presens per se et non[m]) per alium

---

n) *cap. 15.* o) *om. N.* p) iusta *N.* q) *cap. 16.* r) inscriptio *Bb′, Ps. Dam.* s) domino *Ps. Dam.*

C. 47. a) cum scriptis *om. G,* con scriptis V_3. b) nos *N.* c) imperfectum *G.* d) nisi *Ps. Dam.* e) institutionem V_2 *J.* f) aptissima *Ps. Dam.* g) et *add. codd. bB.* h) quatinus *G, N.* i) domini *N.* k) sed quia *addidi ex codd.* A^2, V_3, sed quoniam *ex uno cod. Par. 3852 add. Hinsch.* l) ulla *Ps. Dam.* m) *om. G, N.*

1 Ps. Damasus p. 519.

cf. Act. 25, 16. accuset inscriptione videlicet premissa, neque ullus umquam iudicetur, antequam legitimos accusatores[n]) habeat locumque defendendi accipiat ad[o]) abluenda crimina. Curandum quoque est, ne ira quemquam surripiat faciatque citius omne quod non licet[p]).

C. 48. De episcopis sine Romana auctoritate expulsis, ut[a]) sua eis redintegrentur et tunc[b]) respondeant, si necesse fuerit. Fabianus[1] Romanae ecclesiae episcopus omnibus[c]) episcopis.

Statuimus[d]), ne[e]) episcopi a propriis sedibus aut ecclesiis sine auctoritate Romani pontificis eiciantur. Quod si quo modo[f]) presumptum fuerit, antequam[g]) ad synodum convocentur[h]), proprius[i]) locus et sua omnia eis legibus[k]) redintegrata[l]) sint[m]) dispositis ordinatisque suis magnum spatium tractandi[n]) causam[o]) eis concedatur. Et postea, si necesse fuerit[p]) regulariter vocati veniant[q]) ad causam, et si iuste visum fuerit, accusantium propositionibus[r]) per[s]) sustentationem fratrum respondeant[t]). Nulla enim permittit ratio, dum ad tempus eorum bona vel ecclesiae atque res ab aemulis aut[u]) quibuscumque[v]) detinentur, ut aliquid illis[w]) obici debeat, nec quisquam potest eis quilibet maiorum[x]) vel minorum obicere, dum ecclesiis vel rebus aut potestatibus carent suis.

C. 49. Ut nemo expoliatum[a]) episcopum presumat excommunicare. Sixtus[1] Romanae[b]) urbis episcopus omnibus episcopis.

Nemo pontificum deinceps aliquem episcopum suis expoliatum rebus aut[c]) a sede pulsum[d]) excommunicare aut iudicare[e]) presumat, quia non est privilegium, quo[f]) expoliari[g]) possit iam nudatus.

---

n) presentes *add. Bb'; Ps. Dam.* o) *om. P, L.* p) *in Bol., V₂, sequitur cap. Ps. Vigin., in Bb:* De eadem re. Damasus papa. Habetur in decretis patrum. Require in lib. II.

C. 48. a) aut V_2, *at recte* 'ut' *in tab. rubr.* b) contra *Bb'.* c) universis *Coll. min., at* omnibus *12.* d) *similiter Ps. Fab. c. 19, i. f.* e) ut *Bol.* f) quoquo modo *Bb'; Ps. Fab., Coll. min., at* quo modo *3, 4, 5.* g) et *add. Coll. min. et Ps. Fab. omittendo* ad syn. — convocentur. h) evocentur V_1. i) prius *Bb', etiam* proprius *om. 5.* k) redintegrentur, nullatenus a quoquam (a qu. *om. 3, 4, 5, 12*) accusentur aut criminentur, et nisi sponte elegerint, nulli pro talibus respondeant, sed postquam restituti fuerint et sua omnia eis (eis *om. 3, 4, 5, 12*) legibus *add. Coll. min., fere eadem Ps. Fab.; per homoioteleuton verisimile est haec omitti in codd. Anselm. collect.* l) redintegranda *codd.* A^2, redintegrentur et disp. *codd. bB.* m) sunt *M man. 2; om. Coll. min.* n) retractandi *G.* o) causa *Coll. min., Hinsch., at* causam *3, 4, 5, 12.* p) est *N.* q) venirent *Ps. Fab.* r) prepos. *G, N,* presumptionibus *M,* al. propositionibus *in marg. man. 2.* s) sustentatione *Hinsch.* t) responderent *Ps. Fab.* u) a *add.* V_1, *L, Bb'; Coll. min., Ps. Fab.* v) quibuslibet *3, 4, 5, 12.* w) eis *3, 4, 5, 12.* x) maior vel minor *3,* vel minor *om. 10.*

1 Ps. Fabianus c. 19, 20, p. 165, cf. Coll. min. c. 91.

C. 49. a) spoliatum *P.* b) Romanus *pro* Rom. urbis *Coll. min.* c) *om. 10.* d) expulsum *3, 4, 5, 11.* e) diiudicare *5.* f) quod *10.* g) spoliari *Hinsch.*

1 Ps. Sixtus II c. 6, p. 192; Coll. min. c. 93.

C. 50.[a] Ut expoliatis omnia reddantur et tantum spatii quanto expoliati sunt detur, antequam ad synodum vocentur. Eusebius[1] Romanae et apostolicae ecclesiae episcopus omnibus episcopis.

Redintegranda[b] sunt omnia expoliatis vel eiectis episcopis presentialiter ordinatione pontificum et in eo[c] loco unde abscesserunt[d] funditus revocanda, quacumque conditione temporis aut dolo aut captivitate aut virtute maiorum aut per quascumque iniustas causas res ecclesiae vel proprias aut substantias suas[e] perdidisse noscuntur ante accusationem aut regularem ad synodum vocationem eorum. Prius[f] ergo oportet omnia illis legibus redintegrari et ecclesias quae sibi[g] sublatae[h] sunt cum omni privilegio suo restitui et postmodum non sub[i] angusto tempore spatium eis indulgeatur, sed quantum[k] expoliati vel expulsi esse videntur, antequam ad synodum convocentur[l], et ab omnibus quisque suae provinciae episcopis audiatur. Nam nec convocari[m] ad causam nec diiudicari potest expulsus vel expoliatus, quia non est privilegium quo expoliari possit iam nudatus.

C. 51. Ut accusatus legitime episcopus vocatus ad synodum veniat, si non potest, legatum pro se mittat, ipse vero a communione non prohibeatur, nisi sex vel plures menses venire distulerit. Felix[1] almae Romanae ecclesiae episcopus Athanasio ceterisque episcopis.

Si quis[a] episcopus legitime accusatus et ad concilium canonice convocatus fuerit, absque ulla trepidatione ire debebit et, si ire non poterit[b], pro[c] se legatum ad synodum mittat. Accusatus[d] autem non prohibeatur a communione, nisi ad electorum iudicium canonice convocatus et[e] infra tres aut[f] sex vel plures menses pro suis[g] rationem redditurus venire distulerit. Quod si probare potuerit, quod non[h] noluerit sed non potuerit venire, nichil ei nocebit, ille vero qui vi aut[i] timore a sede pulsus[k] aut[l] suis rebus expoliatus fuerit, non prius vocetur ad synodum quam ei omnia[m] legibus redintegrentur, et tamdiu in sede propria pacifice et potestative cuncta disponens resideat, quamdiu expulsus vel expoliatus suis

---

C. 50. a) *cum eadem rubrica cap. Ps. Steph. substituit Bb'.* b) Redintegranda *etc. et* Prius ergo *etc. inter se transposita sunt, idque etiam in Coll. min.* c) *om. codd. bB,* in eorum unde absc. loca *Hinsch.* d) access. *10.* e) *om. 5.* f) p. 237. g) *om. G.* h) subditae *5.* i) sub augusti temporis spatio, sed tantum temporis spatium eis indulgeatur quantum *Coll. min., Ps. Eus.* k) quanto *codd. A*². l) vocentur *G, 3.* m) vocari *5.*

1 Ps. Eusebius c. 11, 12, p. 237, 238; Coll. min. c. 94.

C. 51. a) *om. Hinsch.* b) potuerit *Bb'*, potest *V'₄.* c) per *V'₄.* d) *num. 9.* e) *add. G.* f) vel *Bb', 5.* g) se *1.* h) *ex M, V₂, Bb' recepi,* quod voluerit *N, codd. A²* (quod vol. — potuerit *post inser. L*), *Bol., V₃,* non noluerit *ex corr. 5.* i) *om. G.* k) expulsus *5.* l) a *add. N,* a *5.* m) a *add. V₁.*

1 Ps. Felix II. c. 12, num. 7, 9, p. 486; Coll. min. c. 95.

carere[n]) visus[o]) est rebus. Cum autem ad iudicium venerit, si voluerit[p]), induciae ei petenti a patribus constitutae absque impedimento concedantur et iudices a[q]) se electi tribuantur.

C. 52.[a]) Ut iudex ante suam non proferat sententiam, quam peractis quae in questione sunt ad rei veritatem perveniatur, et ut[b]) indutiae non parvae ad inquirendum dentur. Eleutherus[c]) papa.

Non prius iudex litigantibus sua velit sententia obviare, nisi quando ipsi iam peractis omnibus nichil habeant in questione quod proponant[d]), et tamdiu actio ventiletur, quousque ad[e]) rei veritatem perveniatur. Frequenter enim interrogari[f]) oportet, ne aliquid pretermissum forte remaneat, quod adnecti conveniat. Induciae[g]) non modicae ad inquirendum dandae sunt, ne aliquid prepropere agi a quacumque parte videatur, quia per subreptionem multa[h]) proveniunt[i]).

C. 53. Ut nullius accusatio vel testimonium per scripturam recipiatur, sed propria voce presente eo qui pulsatur. Calixtus[1] papa dilectis[a]) episcopis per Galliam constitutis.

Rimandae sunt accusatorum enucleatim personae, qui sine scripto difficile, per scriptum autem numquam recipiantur[b]), quia per scripturam nullus accusari potest, sed propria voce et presente eo quem accusare voluerit suam[c]) quisque[d]) agat accusationem, nec absente eo quem accusare voluerit, quicumque accusat[e]) credatur. Similiter testes per quamcumque scripturam testimonium non proferant, sed presentes[f]) ex[g]) his quae viderunt et noverunt veraciter testimonium dicant; nec[h]) de aliis causis vel negotiis testimonium dicant, nisi[i]) de his quae sub presentia eorum adesse[k]) noscuntur. Accusatores vero consanguinei adversus extraneos testimonium non dicant, nec familiares vel de domo prodeuntes, sed si voluerint et invicem consenserint, inter[l]) parentes tantummodo testificentur, et non in alienos[m]). Nec accusatores vel testes suspecti recipiantur, quia propinquitatis et familiaritatis ac dominationis[n]) affectio veritatem

---

n) *om.* V_1, *in marg. inser. P et L (al. man.).* o) iussus *N.* p) *ex* noluerit *1,* et necesse fuerit *add. Coll. min., Ps. Fel. II.* q) ad *G, N.*

C. 52. a) *aliud cap. Ps. Eleutheri substit. Bb'.* b) *quae praecedunt om. Bb'.* c) Eleutherius *G, Bb' inscriptio deest Coll. min.* d) proponatur *3, 4, 5, 11.* e) rei veritas *Hinsch.* f) interrogare *10.* g) *quae praecedunt om. Bb',* enim *add. 5; Ps. Eleuth.* h) *om. 5, 11.* i) perveniunt *1.* Nihil tamen — accusatores quales sint discutiunt — caelestia *prosequitur Bb.*

1 Ps. Eleutherus c. 3, p. 126; Coll. min. c. 104.

C. 53. a) dilectissimis *3, 4, 5, 11.* b) aut *add. 6.* c) id est qui *praem. 1.* d) quisquis *6, 10.* e) accusator *Coll. min., Ps. Cal.,* accusatori *5.* f) *ex* proferentes *corr. G,* preferentes *Coll. min., at* presentes *6.* g) *pro* ex his quae *profert* quam *Ps. Cal.* h) ne *codd.* A^2. i) nec *N.* k) acta esse *Coll. min., Ps. Cal.* l) inter se *Coll. min., Ps. Cal.* m) *ex* alios *corr. G.* n) donationis *N, 5.*

1 Ps. Calixtus c. 17, p. 141; Coll. min. c. 48.

impedire solet. Amor carnalis et timor atque avaritia plerumque sensus hebetant humanos, et pervertunt opiniones, ut quaestum pietatem putent et pecuniam quasi mercedem prudentiae.

C. 54. [a]) Ut nullus alienigena accusator sit vel iudex, sed nec servus vel [b]) libertus vel suspectus vel [c]) infamis. Stephanus [1] sanctae apostolicae et universalis Romanae ecclesiae episcopus omnibus episcopis.

Per scripta [d]) nullius accusatio suscipiatur [e]), sed propria voce, si legitima et condigna accusatoris persona fuerit, presente videlicet eo quem accusare desiderat, quia nullus absens aut accusari potest aut [f]) accusare.

C. 55. Ut persona fides et conversatio accusantium Domini sacerdotes diligenter exquiratur. Omnibus in Deo patre et domino nostro Jesu Christo dilectis fratribus in caritate domini nostri Jesu Christi Sixtus [1] Romanae urbis archiepiscopus salutem.

De cetero placuit propter malorum hominum infestationes, ut in accusatione Domini ministrorum primo persona fides vita et conversatio blasphemantium enucleatim perscrutetur; nam fides omnes actus hominis precedere debet, quia dubius in fide infidelis est; nec eis omnino credendum [a]) est qui veritatis fidem ignorant, nec recte conversationis vitam ducunt: quoniam tales facile et [b]) indifferenter lacerant et criminantur recte et pie viventes, ideo [c]) suspicio eorum discutienda est [d]) primum et corrigenda. Neque accusatoribus suspectis vel de inimicorum domo prodeuntibus est [e]) credendum.

C. 56. [a]) Ut [b]) episcopus accusatus congregata legitime synodo ab omnibus comprovincialibus [c]) audiatur, si accusatores legitimi sunt, sin autem, non fatigetur accusatus. Felix [1] episcopus omnibus episcopis.

Si [d]) accusatus episcopus et accusatores eius ad causam dicendam invitati veniunt [e]), quia unus absque altero audiri non debet, quaerendum est in iudicio, cuius sint [f]) conversationis et fidei atque suspicionis accusatores, aut qua intentione hoc [g]) faciant; quia [h]) ad hoc [i]) non debent admitti, nisi [k]) bonae conversationis et rectae fidei [l]) viri, hi videlicet qui

---

C. 54. a) *hoc cap. om. Bol., V_2.* b) aut *codd. A^2.* c) aut V_1. d) *ex* scripturam *corr. M,* scripturam *11.* e) recip. *5.* f) vel *Pm, 3, 4, 13,* debet *add. 13.*

[1] Ps. Stephanus c. 8, p. 185; Coll. min. c. 52.

C. 55. a) esse credendum *Ps. Sixt.* b) *om. Hinsch.* c) ideoque *N.* d) *om. G, N.* e) esse *L.*

[1] Ps. Sixtus I. p. 105, c. 3, p. 107.

C. 56. a) *huic cap. Bb substituit cap. ex Ambrosio et III 83, 84 hui. ed.* b) Quod accusatores omni suspicione et infamia carere et rectae fidei et bonae vitae esse debent *M, codd. bB.* c) *om. N.* d) Quodsi ex utraque parte ad causam *etc. Ps. Fel.* e) venerint *codd. A^2, Coll. min., Ps. Fel.* f) sunt *Hinsch.* g) haec *G, N.* h) cum *add. 10.* i) haec *5.* k) non *5.* l) *om. 5.*

[1] Ps. Felix I. c. 12, 13, p. 202; Coll. min. c. 89.

omni suspicione careant, et bonae vitae fama[m]) clareant neque infames existant. Quod[n]) si accusatorum personae in iudicio episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, nisi proprias causas asserere, non tamen criminales vel ecclesiasticas voluerint.

C. 57.[a]) Ut ea quae adversus absentes aguntur evacuentur. Cornelius[1] Romanae ecclesiae[b]) episcopus omnibus episcopis.

Omnia quae adversus absentes in omni negotio aut loco aguntur aut iudicantur omnino evacuentur[c]), quoniam absentem[d]) nullus addicit nec ulla lex dampnat[e]).

C. 58. Ut[a]) inferiores ordine[b]) non accusent superiores, et[c]) in re dubia certa non detur sententia, et absens nemo iudicetur. Zepherinus[1] Romanae urbis archiepiscopus omnibus[d]) episcopis.

Summorum[e]) quispiam[f]) minorum accusationibus non[g]) impetatur aut dispereat; neque in re dubia certa iudicetur sententia, nec ullum iudicium nisi ordinabiliter habitum teneatur. Absens vero nemo iudicetur, quia et[h]) divinae et humanae hoc[i]) prohibent leges.

C. 59. De[a]) his qui non possunt accusare episcopos, et quod non debeant ante redintegrationem omnium rerum suarum episcopi ad obiecta respondere. Dilectissimis atque carissimis fratribus universis episcopis et cunctis specialiter[b]) per Campaniae[c]) et Italiae provincias Domino militantibus Pelagius[d])[1] salutem.

Canonica sanctorum patrum[e]) statuta, ne columnae sanctae ecclesiae vacillentur[f]), sequentes ac roborantes omnes infames cunctosque suspectos vel inimicos et eos qui non sunt eorum gentis, vel quorum fides vita et libertas nescitur, et qui non sunt bonae conversationis, vel quorum vita est accusabilis, ab omni accusatione episcoporum funditus submovemus. Similiter et omnes quos divinae leges mortuos appellant submovendos

---

m) *om. Hinsch.* n) c. 13.

C. 57. a) *cap. 61, Bb'.* b) urbis *3, 4, 5, in Bb per rasuram lacuna effecta est.* c) vacuentur *Ps. Corn.* d) absentes *N.* e) clamat *P, L.*

[1] Ps. Cornelius c. 6, p. 174; Coll. min. c. 106.

C. 58. a) *notam marginalem* V_1 *ad c. 59:* Quod monachi *etc. huc errore transposuit L.* b) ordines V_3. c) Ut detractores et inimicorum fautores et inferiores gradu ab episcopali moveantur accusatione *praemittit Bb'.* d) episcopis omnibus per Siciliam constitutis in Domino salutem *Bb.* e) Detractores — testimonio, nec *praemittit Bb*; cf. III 35. f) quisquam *3.* g) *om. Bb.* h) *om. 3.* i) haec *P,* leges hoc proh. *5.*

[1] Ps. Zepherinus c. 3, 4, p. 131; Coll. min. c. 66.

C. 59. a) Quod monachi non sunt admittendi ad accusationem V_1 *in marg.* b) spiritualiter V_2. c) Campaniam *Ps. Pel.* d) Pelaius *G.* e) *om. G.* f) vacillent *Ps. Pel.*

[1] Ps. Pelagius c. 2, p. 730.

esse ab eadem accusatione et publicae poenitentiae submittendos iudicamus. Neque dum alicuius episcopi aut possessiones vel res ab aemulis eius vel a quibuscumque aliis non sua sponte detinentur, aliquid illi debet aut potest a quoquam ante redintegrationem omnium rerum suarum obici[g]), sed prius illi legibus redintegranda sunt omnia et postea tempore a patribus prefinito[h]) prefinita sunt negocia ventilanda. Refutandi sunt etiam raptores fures sacrilegi adulteri et horum similes; manifestum est enim quod semper tales magis discordiam quam pacem sectantur. Nullus quoque monachus talia usquam arripiat nec saecularia aut ecclesiastica negocia perturbare presumat, quia mortua in talibus est vox eorum. Inmobiles enim Dominus suos summos semper vult habere predicatores, et non a quibusdam temerari, sed sibi libere et quiete famulari.

C. 60. Ut nec falsi nec inimici nec suspecti suscipiantur in accusatione episcoporum. Dilectissimo atque amantissimo[a]) Amatori episcopo Silverius[1].

Sanctorum patrum librantes[b]) decreta statuimus, licet saepissime iam statutum fuerit, nec falsos nec inimicos nec suspectos nec[c]) accusatores vel testes umquam super episcopos suscipi eisque nocere ullatenus posse, quia falsam aut suspectam aut odiosam vocem aut funestam potius interdici[d]) quam audiri[e]) sanctis patribus placuit. Summopere, karissime, tales cavendi sunt et avertendi atque reiciendi, si[f]) nocentes apparuerint, quia non solum ecclesiasticae sed etiam saeculi leges tales non suscipiunt, sed repellunt.

C. 61. Ut hi[a]) qui episcopis crimina impingunt per se ipsos faciant, si[b]) tamen inreprehensibiles ipsi sunt. Dionysius[1] episcopus[c]) Severo episcopo salutem[d]).

Crimina quae episcopis impingere[e]) dicis per alios non sinas ullo modo fieri, nisi per ipsos[f]) qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni et inreprehensibiles[g]) apparuerint et actis docuerint publicis[h]) omni se carere suspicione ac[i]) inimicitia et inreprehensibilem[k]) fidem conversationemque ducere[l]). Nemini enim[m]) de se confesso[n]) credi[o]) potest super crimen

---

g) obicere *Ps. Pel.* h) *deest Ps. Pel.*

C. 60. a) *om. N.* b) roborantes *Ps. Silv.* c) *deest Ps. Silv.* d) intercidi *G, codd. A^2*, intercidi pot. quam *codd. bB.* e) a *add. V_1, L.* f) nisi innocentes *Ps. Pel.*

[1] Ps. Silverius p. 709.

C. 61. a) *om. Bol.* b) sed *G*, si t. reprehensibiles ipsi non s. *V_1, P.* c) urbis Romae ep. *Coll. min.* d) *om. Coll. min.* e) impingi *Coll. min., ex corr. 10.* f) illos *Coll. min.* g) sunt vel *add. codd. bB.* h) ab *1.* i) et *V_2.* k) inreprehensibiliter fidelem conversationem duc. *codd. A^2.* l) dicere *6.* m) *om. V_2.* n) confessio *5.* o) credere *G.*

[1] Ps. Dionysius c. 4, p. 196; Coll. min. c. 79.

alienum, quoniam eius[p] omnisque rei professio periculosa est et admitti non debet[q]. Similiter alieni erroris socium vel a sui voluntarie propositi tramite recedentem aut sacris[r] patrum regulis et constitutionibus inobedientem suscipere non possumus nec debemus nec impetere recte credentes vel sanctorum patrum sanctionibus obtemperantes permittimus[s], quia infames omnes esse censemus qui suam aut Christianam prevaricant[t] legem aut[u] apostolicam vel regularem[v] libenter postponunt auctoritatem.

C. 62. Item de his qui ad accusationem non sunt admittendi. Felix[1] papa.

Nullus servus, nullus libertus, nullus infidus, nullus criminibus irretitus, nullus calumpniator, nullus qui inimicitiis studet, nullus frequenter[a] litigans et ad accusandum[b] vel detrahendum >est< facilis, nulla infamis persona vel omnes quos ad accusanda publica crimina leges publicae non admittunt permittantur episcopos accusare, quoniam accusatores et accusationes quas saeculi leges non recipiunt, qua ratione sacerdotalis[c] eas recipere debeat[d] ordo, invenire nequeo, cum haec et in Nicena synodo prohibita sint, et illi magis ab istis, non isti ab illis iudicari debeant, et
I. Cor. 2, 15. Apostolus dicat[e]: ‘Spiritualis iudicat omnia, ipse vero a nemine iudicatur’.

C. 63.[a] Evaristus[1] papa.

Deus omnipotens, ut nos a precipitandae[b] sententiae prolatione compesceret[c], cum omnia nuda et aperta sunt oculis eius, mala tamen[d] Sodomae[e] noluit audita iudicare, priusquam manifeste agnosceret quae
Gen. 18, 21. dicebantur. Unde ipse ait: ‘Descendam et videbo, utrum clamorem, qui venit ad me opere compleverint, annon est ita ut sciam’. Deus omnipotens cui nichil absconditum est sed omnia ei manifesta sunt, etiam antequam fiant, non ob aliud haec et alia multa, quae hic prolixitatem vitantes non[f] inseruimus, per se inquirere dignatus est, nisi ut nobis exemplum daret, ne[g] precipites in discutiendis et iudicandis negotiis

---

p) eius omnisque *om. Coll. min.* q) hic desinit *Coll. min.* r) sanctis *G.* s) permittamus *codd. A²*. t) prevaricantur *codd. A², M.* u) ut *N, V₂*. v) regulariter *V₁, P.*

C. 62. a) qui frequenter litigat *Ps. Fel. II.* b) causandum *Hinsch.* c) sacerdotales *Hinsch.* d) debet *V₃, Hinsch.* e) dicit *N.*

1 Ps. Felix II. c. 12, num. XV, p. 487.

C. 63. a) *rubr. om. G, V₁, L.* Quod (Ut *P*) nullus iudicetur ante veram et iustam probationem, quamvis peccatum sciatur *N, P.* Ut nemo sit preceps ad proferendam sententiam vel passim dicta credere *(haec tantum in tab. rubr. V₂)* vel iudicare aut damnare ante veram iustamque probationem *M, codd. bB.* Quod non sit temere iudicandum, et ut passim dicta absque certa probatione quis numquam credat, nec precipitando quis aliquid agat. *Bb'.* b) praecipitante *Ps. Evar.* c) et *add. codd. A².* d) *om. V₂.* e) *postea corr.* Sodomorum *P.* f) *om. N.* g) non *Bol.,* nec *V₂.*

1 Ps. Evaristus c. 11, p. 92.

essemus, et ne mala[h]) quorumquam[i]) prius quisquam presumat credere quam probare. Cuius exemplo monemur, ne ad proferendam sententiam umquam precipites simus aut temere indiligenterque indiscussa quaeque quoquomodo iudicemus dicente Veritatis voce: 'Nolite iudicare, ut non Matth. iudicemini; in quo enim iudicio iudicaveritis iudicabimini', et reliqua. 7, 12. Nam mala audita nullum moveant, nec passim dicta absque certa probatione quisquam umquam credat, sed ante audita diligenter inquirat, nec[k]) precipitando quid[l]) aliquis agat. Si enim Deus omnium Sodomorum mala, quorum clamor ad caelum usque pervenerat, omnia sciens prius nec credere nec iudicare voluit, quam ipse ea cum fidelibus testibus diligenter investigans quae audierat et opere veraciter cognosceret: multo magis nos humani et peccatores homines[m]), quibus incognita sunt occulta[n]) iudicia Dei, haec precaventes[o]) nullum ante veram iustamque probationem iudicare[p]) aut dampnare debemus, manifeste apostolo Paulo dicente, qui ait: 'Tu quis es qui iudicas alienum servum'? Suo enim domino stat[q]) Rom. aut cadit. 14, 4.

C. 64.[a]) Eleutherius[b]) episcopus episcopis omnibus.

Nichil contra quemlibet accusatum absque legitimo et idoneo accusatore fiat. Nam et dominus noster Jesus Christus Judam[c]) furem esse sciebat, sed quia[d]) non est accusatus, ideo non est eiectus; sed[e]) quicquid inter apostolos egit, pro dignitate ministerii[f]) ratum permansit[g]).

C. 65.[a]) Felix[1] papa.

Primates accusatum discutientes episcopum non ante sententiam proferant dampnationis, quam apostolica[b]) auctoritate aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentes et canonice examinatos regulariter testes

---

h) mali *G.* i) quorundam *N.* k) ne *Ps. Evar.* l) quiddam *Ps. Evar.* m) *om. G.* n) *om. N.* o) praecavare et *Ps. Evar.* p) vindicare *Bb'.* q) stabit *Ps. Evar.*

C. 64. a) *rubr. om. G, V₁, L.* Quod nullus accusari potest nisi legitimo accusatore *N, P.* Ut nichil contra accusatum absque legitimo accusatore fiat *M. Bol., V₂*; *cap. totum om. Bb'.* b) Eleutherus *N, 5, 10.* c) *om. 3.* d) quia — sed *om. 3, 4, 5, 13.* e) et *Ps. Eleuth.*; sed et *Coll. min., at 3 om.* 'et'. f) misterii *codd. A²,* misterii sui *1.* g) mansit *Ps. Eleuth*; *solus cod. V₂ prosequitur:* Nam si leges saeculi accusatores inquirunt, quanto magis ecclesiasticae regulae? Docent enim terrestria et humana, quae sint ecclesiastica atque caelestia.

1 Ps. Eleutherus c. 3, p. 126; Coll. min. c. 47.

C. 65. a) *rubr. om. G, V₁, L.* Ut episcopi non dampnentur, nisi prius confiteantur aut canonice convincantur *N, P.* Quod accusatus episcopus non dampnetur, nisi apostolica auctoritate aut confessus aut canonice convictus *M, codd. bB.* Ut primates accasatum episcopum discutiant, sententiam vero damnationis sine apostolica auctoritate non proferant *Bb'.* b) freti *add. Ps. Felix.*

1 Ps. Felix c. 4, p. 198; cf. supra II, 12.

convincatur[c]). Aliter[d]) censemus irritam esse et[e]) iniustam episcoporum dampnationem et[f]) idcirco a synodo retractandam, ita ut oppressis ab omnibus in[g]) cunctis subveniatur causis.

C. 66.[a]) Zepherinus[1] Romanae[b]) urbis archiepiscopus[c]) omnibus episcopis[d]).

Patriarchae vel primates accusatum discutientes episcopum non ante sententiam proferant finitivam, quam apostolica fuerint[e]) fulti auctoritate aut[f]) rem[g]) per[h]) se ipse[i]) confiteatur[k]), aut per innocentes et regulariter examinatos convincatur testes. Qui nimirum[l]) testes minori non sint[m]) numero, quam illi disciplui fuerunt, quos Dominus ad adiumentum apostolorum elegit[n]) id est LXXII.

C. 67. Quod sacerdos non debet iudicare quemquam nisi confessum aut convictum. Augustinus[1] in libro de poenitentia.

Multi corriguntur ut Petrus, multi[a]) tolerantur ut[b]) Judas, multi nesciun-
I Cor. tur, donec veniat Dominus qui illuminet abscondita tenebrarum. *Et cetera.*
4, 5. Plerique[c]) autem boni Christiani propterea tacent, ut[d]) sufferant aliorum peccata quae noverunt, quia documentis saepe deseruntur et ea quae ipsi sciunt iudicibus ecclesiasticis probare non possunt. Quamvis enim vera sint[e]) quaedam, non tamen iudici facile credenda sunt, nisi certis indiciis[f]) demonstrentur. Nos vero a communione quemquam prohibere non possumus, quamvis haec prohibitio nondum sit mortalis sed medicinalis, nisi aut sponte confessum aut in aliquo sive saeculari sive ecclesiastico iudicio nominatum atque convictum. Quis enim sibi utrumque audet assumere, ut cuiquam ipse sit et accusator et iudex? Huiusmodi[g]) regulam etiam Paulus apostolus in eadem ad Corinthios epistola breviter insinuasse intelligitur, cum quibusdam[h]) commemoratis criminibus ecclesiasticis[i]) for-
I Cor. mam ad omnia similia ex quibusdam daret[k]). Ait enim: 'Scripsi vobis
5, 9. 10. in epistola, ne commisceamini fornicariis; non utique fornicariis huius mundi aut avaris aut raptoribus aut ydolis servientibus: alioquin debue-

---

c) convincantur *G, N.* d) al. censemus *om. Hinsch.* e) *om. Hinsch.* f) *deest Ps. Fel.* g) in cunctis *om. N.*

C. 66. a) *rubr. om. G, V₁, L.* Quod iudicia et examinationes episcoporum ab Apostolico sunt finienda *N, P.* De eadem re et de numero legalium testium *M, codd. bB.* De eadem re et de numero testium in accusatione *Bb'.* b) Romae *7.* c) episcopus *3, 4, 5, 7.* d) per Siciliam constitutis episcopis in Domino salutem *Ps. Zepher.* e) *om. Hinsch.* f) ac *Hinsch.* g) reum *Ps. Zepher., Coll. min., at* reus *10.* h) *deest Coll. min. et Ps. Zepher.* i) ipsum *N. Hinsch.* k) fateatur *5.* l) nimirum estes *om. Hinsch.* m) sunt *G, N, 5.* n) eligere praecepit *Ps. Zepher.*

1 Ps. Zepherinus c. 2, p. 131; Coll. min. c. 84.

C. 67. a) multi — Judas *om. N.* b) *om. P, L.* c) *paucis praetermissis.* d) et sufferunt *Aug.* e) sunt *G, Bb'.* f) iudiciis *G, V₁, M, V₃.* g) cuiusmodi *Aug.* h) talibus *add. N.* i) ecclesiastici iudicii *Aug.* k) claret *G, an etiam N?*

1 Sermo 351, num. 10, 11, ed. Benedict. Antv. 1700, vol. V col. 948.

ratis de hoc mundo exire'. Non enim possunt homines[l]) in hoc mundo
viventes nisi cum talibus vivere, nec eos possunt lucrifacere Christo, si
eorum colloquium convictumque[m]) vitaverint[n]). Unde et Dominus cum
publicanis et peccatoribus comedens: 'Non est, inquit, opus sanis medicus, Matth.
sed male habentibus. Non enim veni vocare iustos sed peccatores'. Et 9, 12.
ideo[o]) sequitur Apostolus et adiungit: 'Nunc autem scripsi vobis non 13. I Cor.
commisceri. Si quis frater nominatur[p]) aut fornicator aut idolis serviens 5, 11.
aut avarus aut maledicus[q]) aut ebriosus aut rapax, cum eiusmodi[r]) nec
cibum quidem simul sumere. Quo enim mihi de his qui foris sunt iudicare?
Nonne de his qui intus[s]) sunt vos iudicatis? De his autem qui
foris sunt iudicabit Deus. Auferte malum a[t]) vobis ipsis'. Quibus verbis
satis ostendit[u]) non temere, et quomodolibet sed per iudicium auferendos
esse malos ab ecclesiae communione, ut si per iudicium auferri non possunt,
tolerentur[v]) potius, ne perverse malos[w]) evitando ab ecclesia ipse
discedens eos quos fugere videtur vinciat ad gehennam, quia et ad hoc[x]) Matth.
nobis in scripturis[y]) sunt exempla proposita, vel ut in messe ut paleae[z]) 13, 30.
sufferantur usque ad ultimum ventilabrum, vel[a]) intra[b]) illa retia, ubi Matth.
pisces boni cum malis, usque ad segregationem, quae futura est in litore, 3, 12. Matth.
id est in fine saeculi, aequo animo tolerentur. Non enim contrarium est 13, 47.
huic loco id quod in alio loco dicit Apostolus: 'Tu quis es, qui iudicas[c]) Rom.
servum alienum? Suo domino[d]) stat aut cadit'. Noluit enim hominem 14, 4.
ab homine iudicari ex arbitrio suspicionis vel etiam extraordinario usurpato
iudicio, sed potius ex lege Dei secundam ordinem ecclesiae sive ultro
confessum sive accusatum atque convictum. Alioquin illud cur dixit: 'Si I Cor.
quis frater nominatur[e]) aut fornicator aut idolis serviens' et cetera, nisi 5, 11.
quia eam nominationem intelligi voluit quae fit in quemquam, cum sententia
ordine iudiciario atque integritate profertur? Nam si nominatio
sufficit, multi dampnandi sunt innocentes, quia saepe falso in quoquam
crimine nominantur. Non[f]) ergo illi, quos monemus agere poenitentiam,
quaerant sibi comites ad supplicia nec gaudeant, quia plures inveniunt[g])
sibi[h]) similes. Nam non propterea minus ardebunt, quia cum multis
ardebunt. An[i]) forte attendunt[k]) multos[l] etiam[m]) in ipsis honoribus ecclesiasticis
prepositorum et ministrorum non congruenter vivere sermonibus
et sacramentis, quae per eos populis ministrantur? O miseros homines,

---

l) *om. Bb'.* m) convinctumque *G,* coniunctumque *N.* n) vitaverunt *N.* o) Joannes *Bb'.* p) nominetur *G,* V_1, *Bb'.* q) maleficus *N.* r) huiusmodi *N.* s) deintus *N.* t) ex *N.* u) ostenditur *N.* v) tollerentur *N, Bol.,* V_2. w) quisque *add. Aug.* x) haec *G, N, M,* V_3. y) sanctis *add. Aug.* z) palea sufferatur *codd* A^2; *ed. Bened.* a) velut *ed. Bened.* b) inter *codd.* A^2. c) iudices *G.* d) aut *add. N.* e) nominetur *G,* V_1, *L.* f) *num. 11.* g) inveniant *N,* invenerint *codd.* A^2, *M,* V_3. h) sibi sim. *desunt Aug.* i) ante *M, om. Bb'.* k) accendunt *N.* l) *om. Bb'.* m) *om. N.*

qui hos intuendo[n]) Christum obliviscuntur, qui et tanto ante[o]) predixit, ut legi Dei potius obtemperetur[p]), quam imitandi videantur illi qui ea quae[q]) dicunt non faciunt, et traditorem suum tolerans usque in finem etiam ad evangelizandum cum ceteris misit. Sed[r]) tamen concedamus nunc non apparere homines dignos imitatione. Quisquis hoc putas, mente
I Joh. 2, 6. Deum intuere et recordare illud quod Johannes ait: 'Qui se dicit in Christo manere, debet, sicut[t]) ille ambulavit, et ille ⟨l. ipse⟩ ambulare. Attende[u]) animo tot martyrum[v]) milia. Cur enim[w]) natalitia eorum[x]) conviviis turpibus[y]) celebrare delectat, et eorum vitam sequi honestis moribus non delectat.

C. 68.[a]) Ex concilio Sardicensi capitulum XVII.[1]

Si episcopus forte iracundus, quod non esse debet, cito et aspere commovetur, adversus presbyterum sive diaconum suum et exterminare eum de ecclesia voluerit, providendum est, ne innocens dampnetur aut perdat communionem, et ideo habeat potestatem is qui abiectus est, ut episcopos finitimos interpellet, et causa eius audiatur ac diligentius[c]) tractetur. Et[d]) ille episcopus qui iuste vel iniuste eum abiecit patienter accipiat, ut negotium discutiatur, ut vel probetur sententia eius a plurimis vel emendetur. Tamen priusquam omnia diligenter et fideliter examinentur, eum qui fuerat a communione separatus ante cognitionem nullus debet presumere, ut communioni societ.

C. 69. Quod dampnatio vel absolutio eius irrita est, cuius causa non est subtiliter examinata, et propter extortam confessionem nullus debet dampnari. Gregorius[1] Constantino episcopo Mediolanensi.

Relectis[a]) epistolis, quas ad nos per Marianum latorem[b]) presentium transmisistis, gratam nobis sollicitudinem vestram[c]) fuisse rescripsimus, quod ea quae ad vos de fratre et coepiscopo nostro Pompeio, qui adhuc ita a nobis nominandus, pervenerint[d]) dissimulare minime pertulistis. Sed si, qualis fuit in requisitione cura, talis fuisset in discussione sublimitas[e]), nichil ex hoc quod de eo dictum est fuisset ambiguum, sed utrum verum

---

n) intuendos *M, V₃*. o) *om. G, N.* p) obtemperentur *N.* q) *om. N.* r) *aliquibus praetermissis.* s) *post pauca*; recordarisque *Aug.* t) quemadmodum *Aug.* u) *pluribus iterum praetermissis.* v) nostrum *G.* w) te *add. Aug.* x) *om. Bb'.* y) temporibus *Bb'.*

C. 68. a) *rubr. om. G, V₁, L.* Quod liceat clericis, si iniuste fuerint excommunicati, vicinos adire episcopos *N, P.* De excommunicatis apud vicinos episcopos audiendis *M, codd. bB et Bb'.* b) Carthaginensi *Bb'; inscriptionem ponit M in marg.* c) diligenter *G.* d) *post pauca.*

1 Conc. Sardicense c. 17, versio Dionys., Mansi t. III col. 28.

C. 69. Relictis episcopis quos *N.* b) lectorem *M, codd. bB.* c) *om. Bb'.* d) pervenerit *G,* pervenerunt *Hartm.* e) subtilitas *Greg.*

1 Greg. I. Reg. X, 11, Mon. Germ. epist. t. II p. 245; Jaffé-W. 1779.

an esset compositum patuisset, quia iam contra ipsum dudum in Sicilia apud reverendae[f] memoriae fratrem nostrum Maximianum episcopum talis quaestio, ut cognovimus, mota est. Sed quia causa ipsius subtili[g] omnino investigatione quaesita est, inventus est innocens qui fuerat accusatus in crimine. Nunc[h] igitur, quoniam illa quae contra eum dicta sunt non sub illa districtione quae[i] decuit quaesita sunt, et gesta quae exinde apud fraternitatem vestram confecta sunt neque ad condempnationem neque ad absolutionem eius probantur posse sufficere, non levis res agitur, ut incaute vel in transcursu debeat definiri[k]. Nam grave est satis et indecens, ut in re dubia certa dicatur sententia. Et haec quidem gesta esse poterant ad definiendum[l] idonea, si accusati ea confessio sequeretur, si tamen eandem confessionem subtilitas examinis ex occultis eiceret et non afflictio vehemens extorqueret, quae frequenter hoc agit, ut noxios se fateri etiam cogantur innoxii. Nam postquam prefatus episcopus, ut dicitur, cruciari custodia cremarique fame se asserit, scire debetis, si ita est, utrum noceat. Si sic fuerit extorta confessio, numquid, quando sententiam tales causae suscipiunt et sedes[m] apostolica appellatur, nonne[n] persona quae iudicatur presens est, ut[o] districtissime atque ab[p] omni latere veritas quaeratur, et[q] utrum debeat manere sententia, decernatur, nec ne. Et[r] si predictus episcopus sedem apostolicam appellare voluerit, causa ipsius interius et cum omni est diligentia perecrutanda. Et ideo, postquam et persona absens est et gesta quae ad nos transmisisti nobis, sicut prefati sumus, idonee satisfacere non videntur, temere aliquid de episcopi persona decernere non[s] debemus nec possumus, ne[t], quod absit, reprehensibiles inveniamur in nostris, quibus aliorum iure competit retractare sententias. *Et*[u] *cetera.*

C. 70. Quod in ecclesiasticis negotiis dicta etiam causa recedere licet ac differre, si necesse fuerit, sed in saecularibus minime. Euticianus[1] urbis Romae episcopus omnibus episcopis[a].

Non ita in ecclesiasticis agendum est negotiis sicut in saecularibus, nam >et<[b] in saecularibus, postquam[c] legibus vocatus quisque[d] venerit et in foro decertare coeperit, non licet ei ante peractam causam recedere; in ecclesiasticis vero dicta causa recedere licet, si necesse fuerit aut si se[e] viderit pregravari.

---

f) reverendum fr. *N.* g) sub tali *Bb'.* h) nec *G.* i) qua *Hartm.* k) diffiniri V_3. l) difiniendum *M*, V_2. m) ad sedem apostolicam *Greg.* n) non et *Hartm.* o) et . . . quaeritur *Hartm.* p) *om. P.* q) ut tunc si debeat necne *Greg.* r) necnon et *Greg.* s) nec *Greg.* t) nec *G.* u) et cet. *om.* V_3.

C. 70. a) *om. 10.* b) *om. Coll. min., Ps. Eutic.;* nam postquam in legibus *N.* c) *deest Hinsch.* d) quis *codd.* A^2, *Bb', Coll. min.* e) *om. G, N,* V_2, *Bb'.*

1 Ps. Euticianus c. 6, 7, p. 211; Coll. min. c. 56.

C. 71. Quod accusati alios criminare[a]) non possunt, nisi prius expurgati fuerint. Stephanus[b])[1] papa.

Neganda est accusatis licentia criminandi, priusquam se crimine quo premuntur exuerint, quia non credendum est contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicati sunt, nisi se prius probaverint innocentes, quoniam[c]) periculosa est et admitti non debet rei adversus quemcumque professio, familiares vero et sponte confessi atque sceleribus[d]) inretiti non debent admitti, nec hi qui hesterna die aut perhendie aut[e]) ante fuerunt inimici.

C. 72. Ut nemo simul sit accusator iudex et testis, sed singuli sint personae idonei. Fabianus[1] papa.

Nullus umquam presumat accusator simul esse et iudex vel testis, quoniam in omni iudicio quatuor[a]) personas necesse est semper adesse, id est iudices electos accusatores idoneos[b]) defensores congruos atque testes legitimos. Iudices[c]) autem[d]) debent uti[e]) aequitate, testes[f]) veritate, accusatores intentione ad amplificandam causam, defensores extenuatione ad minuendam causam.

C. 73. Item de his qui accusare sacerdotes non possunt, et ut quisque episcopus in sua audiatur provincia, et de libertate appellationis. Sixtus[a])[1] episcopus omnibus Orientalibus episcopis in Domino salutem.

Statuentes decernimus, ut hi qui non sunt bonae conversationis et quorum vita est accusabilis vel quorum fides vita et libertas nescitur non possint Domini sacerdotes accusare, nec viles personae ad accusationem eorum admittantur. Similiter hi qui in aliquibus criminibus irretiti sunt, vel qui sunt suspiciosi vocem adversus maiores natu non habeant accusandi, quia suspiciosa vox et inimica veritatem solet opprimere. Peregrina vero iudicia, salva in omnibus apostolica auctoritate, generali sanctione prohibemus, quia indignum est ut ab extraneis[b]) iudicetur, qui provinciales et a se electos debet habere iudices, nisi fuerit appellatum. Unde oportet, si aliquis episcoporum super certis accusetur criminibus, ut ab omnibus audiatur qui sunt in provincia episcopis, quia non oportet accusatum alibi quam in foro suo audiri[c]). Si quis vero iudicem adversum

---

C. 71. a) incriminare V_1. b) inscript. *om. Coll. min.* c) quia periculosum (periculum *5*) *3, 4, 5*. d) secularibus *N*. e) vel *3, 4*.

1 Ps. Stephanus c. 11, p. 186; Coll. min. c. 54.

C. 72. a) IIII personas omni iudicio debere interesse *1 in marg.* b) idoneos, congruos, legitimos *om. Ps. Fab.* c) *quae sequuntur desunt Ps. Fab., extant in Ben. Lev. III 339.* d) *om. Coll. min., at extat 3, 4, 5, 13.* e) in *3, 4, 5, 13.* f) in *add. 4.*

1 Ps. Fabianus c. 22, p. 165; Coll. min. c. 50.

C. 73. a) III *add. Bb'.* b) externis *codd. A², Bb'; Ps. Sixt.* c) *reliqua om. Bb'.*

1 Ps. Sixtus III, p. 563.

sibi senserit, vocem appellationis exhibeat, appellantem autem non debet afflictio ulla aut[d]) detentionis iniuriare[e]) custodia. Sed liceat appellatori vitiatam causam appellationis remedio sublevare; liceat etiam[f]) in causis criminalibus appellare, nec appellandi vox denegetur ei[g]) quem in supplicio sententia destinaverit. Pulsatus ante suum iudicem causam dicat, et non ante suum iudicem pulsatus si voluerit taceat, et ut pulsatis quotiens appellaverint induciae dentur.

C. 74.[a]) Ut omnis accusatio intra provinciam terminetur, nisi sedes apostolica appellata fuerit[b]). Stephanus[1] sanctae et apostolicae atque[c]) universalis[d]) Romanae ecclesiae episcopus omnibus episcopis.

Ultra provinciarum[e]) terminos accusandi licentia non progrediatur, sed omnis accusatio intra provinciam audiatur et a comprovincialibus terminetur, nisi ad sedem apostolicam fuerit tantum appellatum.

C. 75. De eadem re. Innocentius[1] Victrici[a]) Rotomagensi episcopo.

Non liceat cuiquam sine preiudicio tamen Romanae ecclesiae, cui in[b]) omnibus causis debetur reverentia custodiri, relictis his sacerdotibus qui in eadem provincia Dei ecclesias nutu divino gubernant ad alias convolare provincias, vel aliarum provinciarum episcoporum iudicium expeti vel pati. Quod si quis forte presumpserit, et ab officio cleri[c]) submotus et iniuriae[d]) reus ab omnibus iudicetur.

C. 76. Ut episcopus accusatus congregata legitime synodo ab omnibus comprovincialibus audiatur, si accusatores legitimi sunt; sin autem, non fatigetur accusatus. Felix[a])[1] almae Romanae ecclesiae archiepiscopus omnibus episcopis.

Quotiens pastor[b]) vel rector ecclesiae super certis accusatur criminibus, si tales fuerint accusatores, qui iuste et canonice recipi debeant, legitima in[c]) synodo suo tempore congregata ab omnibus canonice audiatur, qui sunt in provincia episcopis. Quod si legitimi non[d]) fuerint accusatores, non fatigetur accusatus[e]), quia sacerdotes ad sacrificandum vacare

---

d) vel *codd. A²*. e) iniuriari *G, N*. f) ei *add. V₂*. g) et *G, om. codd. A²*.

C. 74. a) *pro capp. 74, 75 profert Bb:* Innocentius papa. Si quae causae vel contentiones. Quaere in lib. II. c. LII *(53), et 3 alia capp.* b) sit *V₁, P, N*. c) et *Coll. min.* d) omnis *3, 4, 5, 11, 13*. e) provinciae *Coll. min., Hinsch.*

1 Ps. Stephanus II c. 10, p. 185; Coll. min. c. 63.

C. 75. a) Victrico *1*, Victricio *Innoc.* b) *om. G, N*. c) clerici *1*, clericatus *Coust.* d) iniuriarum *Coll. min., Coust.*

1 P. Coustant I 740, v. supra II 53 med.; Coll. min. c. 64.

C. 76. a) Felix papa II. omnibus episcopis *Bb'*. b) *pro:* pastor vel rector ecclesiae *habet* episcopus *Bb'; Ps. Fel.* c) *om. 3, 4, 5, 12.* d) *om. G.* e) episcopus *Ps. Fel.*

1 Ps. Felix II c. 12 n. 18, p. 488; Coll. min. c. 86.

debent non ad[f]) litigandum, nec illi qui throni Dei vocantur pravorum hominum[g]) insidiis debent[h]) turbari, sed libere Christo[i]) domino famulari.

C. 77. Ut iudex ante suam non proferat sententiam, quam accusatus ipse aut confiteatur, aut iuste convincatur. Augustinus[1] episcopus.

Iudex criminosum discutiens non ante sententiam proferat finitivam[a]), quam aut reum[b]) se ipse confiteatur, aut per testes idoneos[c]) convincatur.

C. 78. Ut in omnibus diligenter requiratur[a]) causis[b]), quae sint, cuius sint[c]), quomodo sint, quales sint. Idem[d]) [1].

Omnes causae primitus per auctoritatem veritatis ventilandae sunt, quae sint, cuius sint, quomodo sint, quales sint: doctae aut indoctae, parvae aut magnae, notae aut ignotae, longi temporis aut parvi, aut antiqui hostis consuetudine repertae sint; haec omnia iudex cum aequitate discernere debet.

C. 79.[a]) De illatione criminis, et ut accusator rei poenam incurrat, qui quod obiecit probare non potuit. Fabianus[1] papa Hilario episcopo.

Si quis iratus crimen aliquod[b]) cuilibet temere obiecerit, convicium non est pro accusatione habendum, sed permisso tractandi[c]) spatio id[d]) quod iratus dixit[e]) per scripturam se probaturum esse fateatur, ut si fortasse[f]) resipiscens quae pro iracundia dixit iterare aut scribere noluerit[g]), non ut reus criminis teneatur. Omnis ergo qui crimen obicit scribat se probaturum. Revera ibi semper causa agatur, ubi crimen[h]) admittitur, et qui non probaverit quod obicit[i]), poenam quam intulerit ipse patiatur.

---

f) ad lit. — pravorum *om. 3, 4, 5, 12.* g) *om. codd. A².* h) *om. 3, 4, 5, 12.* i) a Christo *codd. A².*

C. 77. a) capitalem *Cap. Angilr.*, finitivam *et Burch. XVI 6.* b) reus *P, L*, reus ipse *Cap. Angilr., Burch.* c) innocentes testes *Cap. Angilr.*, test. idoneos *aeque ac Ans. et Burch.*

1 Immo Cap. Angilramni, ed. P. Hinschius I p. 766, v. infra III 89. De hoc capitulo ex Breviario Alariciano desumto v. quae A. de Wretschko in Prolegomenis in Theodosianum I, ed. Mommsen Berol. 1903, locis p. CCCLXIII citatis adfert, ubi autem Decr. Burchardi XVI 6 desideratur; quod ad inscriptionem 'Augustinus' attinet, cf. Decr. Grat. ed. E. Friedberg, C. II qu. 1 c. 2, n. 7.

C. 78. a) inquiratur *M, Bol., V₃.* b) *addidi ex M, codd. bB.* c) *om. Bol., V₂.* d) Augustinus *codd. A².*

1 In Decr. Burchardi XVI 23 citatur: 'Ex dictis s. Augustini in libro de civitate Dei', in quo tamen non invenitur.

C. 79. a) *cap. III 86 praemittit Bb; capitula 79—87 per diversa loca dispersa sunt in Bb; istud cap. (79) v. g. est c. III 87 Bb'.* b) aliquid *G, 3, 6.* c) pertractandi *N.* d) ideo *N.* e) dixerat *5.* f) forte *5.* g) voluerit *G, N, codd. A².* h) crimina admittuntur *1.* i) obiecit *5, 6, 10, 13; Hinsch.*

1 Ps. Fabianus c. 28, p. 168; Coll. min. c. 255.

C. 80. [a]) Ut provinciae suos habeant iudices, nisi papa aliter voluerit. Ex decretis [b]) Anacleti [1] papae.

Unaquaeque provincia tam iuxta ecclesiasticas quam iuxta saeculi leges suos debet iustos et non [c]) iniquos habere iudices et non extraneos [d]), nisi apostolicae huius sedis decreverit auctoritas.

C. 81. [a]) Alexander [1] apostolicae ecclesiae episcopus omnibus orthodoxis.

Si quis erga episcopum vel actores [b]) ecclesiae se [c]) quamlibet querelam habere iustam crediderit, non [d]) prius primates [e]) aut alios adeat iudices, quam ipsos a quibus se laesum aestimat [f]) conveniat familiariter, non semel sed saepissime, ut ab eis aut suam iustitiam aut iustam excipiat [g]) accusationem. Si autem secus egerit, ab ipsis et ab aliis communione privetur tamquam apostolorum patrumque aliorum contemptor [h]).

C. 82. Ut [a]) episcopi suis sedibus sine apostolica auctoritate expulsi restituantur, et tunc obiectis respondeant, qui vero loca eorum subintraverunt [b]) ab ecclesia arceantur. Evaristus [c]) [1] urbis Romae episcopus ominibus episcopis.

Audivimus quosdam episcopos [d]) infamatos et dilaceratos civitatibus propriis pulsos et alios in eis ipsis viventibus constitutos. Ideo haec vobis [e]) scribimus, ut sciatis haec [f]) fieri non licere, sed proprios revocari et integerrime restitui debere. Illos vero qui adulterina foeditate suas [g]) sponsas id [h]) est ecclesias tenent, eici et [i]) adulteros atque [k]) infames fieri eosque ab ecclesiasticis honoribus arceri iubemus. Si autem aliquis [l]) ad-

---

C. 80. [a]) *III 21 Bb, quod vero multo amplius.* [b]) decreto V_1, Anacletus papa *Bb.* [c]) *pro* non iniquos *habent* numerum quos *G, N.* [d]) extra nos *N,* externos *codd. A²*, *Bb; Ps. Anacl.*

[1] Ps. Anacletus c. 15, p. 73.

C. 81. [a]) *III 36 Bb*; *rubr. om. G,* V_1, *L.* Quod pastores prius sunt ammonendi quam accusandi: *N, P.* Ut adversus episcopum nemo conqueratur, priusquam (quam *M*) in eum familiariter conveniat *M, codd. bB.* Ut his qui lesus est non prius primates adeat, quam ipsos a quibus se lesum existimat familiariter conveniat *Ven.* [b]) auctores *Coll. min., at* actores *3, 4, 5, 7.* [c]) *om. Hinsch.* [d]) nisi *Bb, 10.* [e]) superiores *add. Hinsch.* [f]) existimat *7.* [g]) accipiat excusationem *Coll. min., Ps. Anacl., at* excipiat *Bb, 4.* [h]) contemptores *Hinsch.*

[1] Ps. Alexander c. 8, p. 98; Coll. min. c. 71.

C. 82. [a]) De eadem re *(cf. III 44)*, et ut hi qui loca episcoporum subintraverunt ab ecclesia arceantur *Bb, III 45.* [b]) subintraverint *N.* [c]) Evaristus papa omn. ep. *Bb.* [d]) a vobis *add. Ps. Evar.* [e]) verba *G, N.* [f]) hoc *codd. A²*, *Coll. min., Ps. Evar., at* haec *3, 4, 5, 10.* [g]) non suas *1*; sua *Hinsch.* [h]) *pro* id est ecclesias *alia verba profert Ps. Evar.* [i]) ut *recte 5.* [k]) et *3, 4, 5.* [l]) *om. Ps. Evar.*

[1] Ps. Evaristus c. 7, p. 91; Coll. min. c. 82.

versus restitutos[m]) episcopos aliquam querelam habuerit[n]), his peractis inquirendum erit et auctoritate huius sedis terminandum.

C. 83.[a]) Quod iudices et accusatores suspicione debent carere. Felix[1] episcopus omnibus episcopis.

Iudices et accusatores tales esse debent, qui omni careant suspicione et ex radice caritatis suam desiderent[b]) promere[c]) sententiam.

C. 84.[a]) Quod ita nocens iudicium subterfugit, sicut innocens requirit[1].

Nullus dubitat, quod ita iudicium nocens subterfugit, quemadmodum[b]) innocens, ut absolvatur, requirit[c]); nec suspicione caret qui alium calumniis derogat falsa dixisse, cum ipse ad iudicium, ut probet quae intulit, et[d]) vocatus[e]) venire distulit[f]).

C. 85.[a]) Sicut nemo debet sine iusto iudicio dampnari, sic quae iuste iudicata sunt non debent differri. Gregorius[b])[1] Domitiano episcopo metropolitano[c]).

Sicut sine indicio quemquam nolumus condempnari, ita quae iuste diffinita sunt nulla patimur excusatione differri[d]).

C. 86.[a]) Quod iniustum iudicium et diffinitio alicuius potentis[b]) metu vel iussu ordinata non valet. Calixtus[1] papa Benedicto episcopo.

Iniustum iudicium et diffinitio iniusta regio metu aut[c]) iussu aut[d]) cuiuscumque[e]) episcopi aut potentis[f]) ordinata vel acta[g]) non valeat[h]).

---

m) *pro* restitutos episcopos *exhibet* eos *Ps. Evar.* n) habueritis *Ps. Evar.*

C. 83. a) *III 59 Bb.* b) desiderant *Hinsch.* c) promereri *N.*

1 Ps. Felix II c. 15 i. f., p. 490; Coll. min. c. 98.

C. 84. a) *III 60 Bb,* Iulianus papa *inscribit Bb.* b) eum *add. Coll. min. exc. 12;* qui est *add. Ps. Jul.* c) inquirit *12.* d) *om. Coll. min.* e) evocatus *5, 10, 12.* f) distulerit *Coll. min., Ps. Jul.* Et post pauca. Quia si de vera confideretis innocentia, nullo modo a iam dicta vos canonica subtraheretis evocatione, quae non subito sed spatiose denuntiata est, sed omni subducta apologia (excusatione) absque tardatione venire et causas reddere festinaretis *add. Bb ex Ps. Jul. cap. cit.*

1 Ps. Julius c. 11, p. 465; Coll. min. c. 100.

C. 85. a) *III 30 Bb.* Ut iuste iudicata non differantur *Bb.* b) Gregorius papa *Bb.* c) metropolitanae V_1, *P, ex* m . . . ane *corr.* m . . . ano *L,* metropolitae *Coll. min., Greg.* d) *om. G,* cassari *3, 4, 5, 11, 12.*

1 Gregorius I. Registr. IX 4, t. II p. 43; Jaffé-W. 1528; Coll. min. c. 102.

C. 86. a) *ut III 84 (ante cap. 79 huius edit.) posuit Bb'.* b) potestatis *N,* def. vi aut metu ord. non valeat *Bb'.* c) atque *N.* d) a quibuscumque episcopis aut potestatis iudicibus *Hinsch.* e) cuiusque *G,* V_1. f) a iudicibus *add. Bb'.* g) *hoc verbo deficit Bb'.* h) valet V_1, *ex corr.* valeat *L.*

1 Ps. Calixtus c. 6, p. 137; Coll. min. c. 105.

C. 87.[a] Quod non licet imperatori quicquam agere, puod apostolicis regulis contrarium sit. Marcellinus[b][1] episcopus episcopis omnibus.

Omne, quod inreprehensibile[c] est, catholica defendit ecclesia. Non ergo licet imperatori vel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra mandata divina presumere, nec quicquam quod evangelicis propheticisque[d] et[e] apostolicis regulis[f] obviatur[g] agere[h]. Iniustum[i] iudicium et diffinitio iniusta regio[k] meto vel iussu a iudicibus ordinata non valeat[l].

C. 88.[a] Ut qui habet negotium contra episcopum prius caritative conveniat, quam in querimoniam deducat. Et[b] cetera quaedam collecta Capitula[1].

Dei[c][2] ordinationem accusat, in qua constituuntur, qui episcopos accusat vel condempnat, dum minus spiritualia quam terrena sectatur[d]. Unde et Propheta ait: 'Nolite tangere Christos meos, et in prophetis meis nolite malignari'. Placuit[e] ut si quacumque[f] persona contra episcopum vel auctores ecclesiae se proprium crediderit habere negotium, prius ad eum recurrat caritatis studio, ut familiari colloquio commonitus ea sanare debeat, quae in querimoniam deducuntur. Quam rem si differre[g] voluerit[h], sententiam suscipiat excommunicationis. *Et reliqua*[i].

Para-lipom. 16, 22. Psalm. 104,15.

Placuit[3] etiam[k] ut semper primo in accusatione clericorum fides et vita blasphemantium perscrutetur. Nam fides omnes actus hominis[l] debet

---

C. 87. a) *I 39 Bb.* b) Marcellinus papa *inscr. Bb,* Marcellus *11.* c) impossibile *3, 4, 5, 11.* d) apostolicis propheticisque reg. *N.* e) et apostolicis *Bb m. 2.* f) preceptis *5.* g) obviet *3, 4, 5.* h) *hic desinit Bb.* i) enim *suppl. M in marg. man. 2;* enim *add. Ps. Marcellin.,* autem *add. Coll. min.* k) regis *Ps. Marcellin.* l) valet *G,* valeat *corr. V_3 m. rec.*; nec quicquam quod contra evangelicam vel propheticam atque apostolicam doctrinam constitutionemve eorum sive sanctorum patrum actum fuerit stabit *add. M man. al.*

1 Ps. Marcellinus c. 3 i. f., c. 4, p. 223; Coll. min. c. 107.

C. 88. a) *totum cap. om. codd. bB (rubricam vero praebet in tabula V_2), rubricam om. M.* b) Incipiunt capitula ex Graecis et Latinis *etc. Bb', idem titulus est, quem Ps. Isid. capitulis Angilramni praefixit.* c) LXXXV: Quod Dei ordinationem accusat qui episcopos accusat *tamquam rubricam exhibet Bb.* d) sectantur *N, P, ex* sectatur *L.* e) c. LXXXVI *cum rubrica:* Ut qui habet negotium contra episcopum primo caritative conveniat, quam in querimoniam deducat: et cetera de ordinandi accusandi testificandi appellandique licentia, quando et ubi a quibus et quomodo: numero I. *Bb'.* f) quiscumque *Angilr.* g) deferre *Hinsch.* h) voluit *G.* i) *spatium aliquantum vacuum relinquunt G, L. II. capitulum:* Nullus episcopus — gradus sui periculo convictus merito subiacebit *adiungit Bb' in aliquot locis auctum, quod excipiunt signum forma crucis et verba:* Fabianus. Si quis iratus. Require in antea *(scil. LXXXVII = c. 89 § 20): cuncta minio scripta; capitula quae sequuntur Angilramni usque ad XLVI (XLV Hinsch.) numeris suis significata sunt. Quibus signo et ipso formam crucis ferente inclusis cap. praenotatum Ps. Fabiani postponitur Bb.* k) *om. Angilr.,* Sixtus *M in marg. man. 3,* Julius *Bb'.* l) omnium V_1, hominum *P.*

1 Capitula quae dicuntur Angilramni, Hinsch. p. 757 sequ. 2 I. 3 III.

precedere, quia dubius in fide infidelis est. Nec eis omnino esse credendum qui veritatis fidem ignorant, aut non rectae conversationis vitam deducunt[m]), quoniam tales facile et indifferenter lacerant et criminantur recte et pie viventes: ideo suspicio eorum discutienda est primo et corrigenda.

§[n]) [4] Sancta synodus Romana dixit: Haec sunt quae deinceps[o]) propter malorum hominum insidias, qui in ecclesiam et ecclesiasticos indifferenter saeviunt viros, conservari firmissime volumus in saecula[p]).

§ Si quis episcopus ab illis accusatoribus qui recipiendi sunt fuerit accusatus, postquam ipse ab eis caritative convictus[q]) fuerit, ut ipsam causam emendari debeat et eam corrigere noluerit, non olim sed tunc ad summos primates causa eius canonice deferatur: qui congruo loco infra ipsam provinciam tempore in canonibus prefixo Nicenis concilium canonice convocare debebunt, ita ut ab omnibus eiusdem provinciae episcopis in ea audiatur. In qua et[r]) ipse canonice convocatur ⟨l. convocatus⟩, si eum aut infirmitas[s]) aut alia gravis necessitas non detinuerit, adesse debebit, quia ultra provinciae terminos accusandi ante licentia non est quam audientia rogetur[t]). Nam si suis fuerit rebus expoliatus aut, quod absit, quod alienum ab omnibus esse debet fidelibus, a propria sede deiectus aut in detentione aliqua a suis ovibus fuerit sequestratus, tunc canonice, antequam in pristino honore[u]) restituatur, et sua omnia quae ab insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerant redintegrentur, convocari nec diiudicari[v]) debet, nisi ipse pro sua necessitate minime tamen diiudicandi[w]) advenire sponte elegerit[x]). Nec omnino a quoquam respondere rogetur, antequam integerrime omnia quae super[y]) suggestiones[z]) inimicorum suorum amiserat, potestati eius ab honorabili concilio redintegrentur, et presul prius statui pristino[a]) reddatur et ipse dispositis ordinatisque libere ac[b]) secure suis tunc canonice convocatus ad tempus synodo in legitima et canonica veniat ad causam, et si ita iuste videtur, accusantium propositionibus respondeat. Nam hoc[c]) summopere providendum est ne, antequam haec omnia fiant, coactus respondeat, quia contentio semper vitanda est. Adimi namque episcopo episcopatum, antequam causae eius exitus appareat, nulli Christiano videri iure potest. Quod si aegrotans[d]) fuerit episcopus, aut aliqua eum gravis necessitas detinuerit, per[e]) se legatum ad synodum mittat nec a communione suspendatur cui crimen

---

m) ducunt *Hinsch.* n) Felix I *Bb'.* o) *om. Angilr.* p) ecclesia V_1, *P ex* saecula *L m. 2.* q) conventus *Angilr.* r) *om.* V_1, *P add. L m. 2.* s) infirmitatis *N.* t) rogatur V_1. u) rest. hon. V_1, *M.* v) iudicari poterit *Angilr.* w) iudicandus *Angilr.* x) elegit *G*, eligunt *Pm.* y) per V_1, *P, Hinsch, ex* supper *L.* z) gestiones *N*, sugestiones *L.* a) *deest Angilr.* b) accusare *codd.* A^1, ac secure *ex* accusare *corr. L.* c) *om. N.* d) aegrotus *G*, V_1. e) pro *Angilr.*

4 IV.

intenditur, nisi ad causam suam [f] dicendam electorum iudicum die statuta litteris evocatus minime occurrerit, hoc est, nisi alia preoccupaverit necessitas, infra [g] spatium duorum vel trium mensium et eo amplius, prout causa dictaverit. Quod si ex utraque parte ad causam dicendam venerint, quia unius absque altero audiri non debet, quaerendum est in iudicio, cuius sint conversationis et fidei atque suspicionis accusatores aut qua intentione hoc faciant, quia ad hoc admitti non debent, nisi bonae conversationis et rectae fidei viri, et hi qui omni suspicione careant et bonae vitae clareant neque infames existant. Quodsi accusatorum personae in iudicio episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, nisi proprias causas non tamen criminales vel ecclesiasticas, infamis enim persona nec procurator potest esse nec cognitor. Absente [h] vero adversario non audiatur accusator, nec sententia absente parte alia a iudice dicta ullam obtinebit firmitatem, neque absens per alium accusare aut accusari potest, nec affinis testis admittatur. Neminem ergo exhiberi de provincia ad provinciam vel ad comitatum eportet, nisi ad relationem iudicis, ad quem fuerit appellatus [i], id est, ut [k] actor [l] rei forum sequatur.

§ [5] Si quis autem iudicem adversum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat, quam nulli oportet negari.

§ [6] Si quis putaverit se a proprio metropolitano gravari, apud primatem dioceseos aut apud Constantinopolitanae civitatis sedem agat iudicium, et reliqua.

§ [7] Accusationis ordinem dudum canonicis institutum decretis servare iubemus, ut si quis clericorum in accusatione pulsatus fuerit, non statim reus aestimetur qui accusari potuit, ne [m] subiectam innocentiam factam [n] ⟨l. faciamus⟩. Sed si [o] quis ille est, qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen rei indicet [p], vinculum inscriptionis arripiat, custodiat [q] similitudinem, habitam [r] tamen dignitatis aestimationem [s] patiatur, nec sibi fore noverit licentiam mentiendi, cum calumpniantes ad vindictam poscat similitudo [t] supplicii.

Si [u] [8] quis clericus super quibuslibet criminibus pulsatus fuerit, in provincia, in qua consistit ille qui pulsatur, suas exerat actiones, nec aestimet [v] eum accusator suus alibi aut longius pertrahendum ad iudicium. Illi vero qui pulsatus fuerit, si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare.

---

f) *om. Hinsch.* g) intra *N.* h) absente — accusator *post inser. V_1.* i) appellatum *Angilr.* k) *om. G.* l) auctor *codd. A^1.* m) nec *codd. A^1.* n) facta *codd. A^1, M.* o) quisquis *Angilr.* p) iudicet *N.* q) custodiae *C. Theod. IX, 1, l. 19.* r) habita — aestimatione *Angilr. aeque ac C. Theod.* s) existimationem *Pm.* t) similitudinem *G.* u) Eleutherius *Bb'.* v) exstimet *G*, existimet *Pm.*

5 V p. 759. 6 V bis, p. 760. 7 VI. 8 VII.

Salvo [9] Romanae ecclesiae in omnibus primatu manifestum est[w]), quod illa quae sunt per unamquamque provinciam ipsius provinciae synodus dispenset, sicut Niceno constat decretum esse concilio.

Ultra[x]) [10] provinciae terminos accusandi licentia[y]) non progrediatur. Omnis accusatio intra provinciam audiatur et a comprovincialibus terminetur. Accusationes et accusatores atque eorum[z]) negotia, quae saeculares non asciscunt leges, divina ac synodica funditus a clericis repellere auctoritate censemus, quia indignum est superioribus pati ab inferioribus, quae inferiores ab eis uti despiciunt.

§[a]) [11] Prudentissime iustissimeque Nicena sive Africana[b]) decreta finierunt[c]), quaecumque negotia in suis locis ubi orta sunt finienda, maxime quia unicuique concessum est, si iudicio offensus fuerit cognitorum, ad concilia suae provinciae vel etiam universale provocare.

§[d]) [12] Placuit episcopos eiectos atque suis rebus expoliatos ecclesias proprias primo recipi[e]) et sua omnia eis reddi, et postea si quis eos[f]) accusare velit, aequo periculo facere: iudices esse decernentes episcopos recta sapientes in ecclesia convenientes, ubi testes essent[g]) singulorum qui oppressi videbantur.

Nullus [13] metropolitanus absque ceterorum omnium comprovincialium episcoporum instantia aliquorum audiat causas eorum, quia irritae erunt, immo etiam causam in synodo pro facto dabunt; nec reliquorum[h]) aliquis episcoporum suorum sacerdotum causas audiat absque clericorum suorum, quia irrita erit sententia episcopi, nisi presentia clericorum confirmetur.

§ [14] Primo semper vita et persona accusantium diligenter inquiratur, et postea quae obiciuntur fideliter pertractentur, quia nichil aliter fieri debet, nisi impetitorum prius vita discutiatur.

§ [15] Hi qui non sunt bonae conversationis, vel quorum fides vita et libertas nescitur, non possunt sacerdotes accusare; nec viles personae in accusationem eorum admittantur.

§ [16] Hi qui in aliquibus criminibus irretiti sunt vel qui sunt suspiciosi, vocem adversus maiores natu non habeant accusandi, sed hi[k]) qui omni suspicione careant.

§[l]) [17] Nullus episcopus alterius parochianum presumat retinere aut ordinare absque eius voluntate vel iudicare, quia sicut irrita erit eius or-

---

w) et *add. G, N, M.* x) Stephanus *Bb'.* y) licentiam *Pm.* z) earum *Hinsch.* a) *signum § habent G et L;* c. X *atque ita deinceps uno maiores numeros exhibet Bb'.* b) et *inser. Pm.* c) diffiniverunt *Angilr.* d) Zepherinus *Bb'.* e) recipere V_1, *P.* f) iusta *add. Bb'.* g) esse *P.* h) aliquorum V_1. i) Fabianus *Bb'.* k) hii *N,* ii *Angilr.* l) *in N XV—XVII indistincte coniuncta sunt.* Sixtus ep. II *Bb'.*

9 VIII. 10 IX. 11 in IX ultimo loco. 12 X. 13 XI. 14 XII. 15 XIII. 16 XIV. 17 XV.

dinatio, ita et diiudicatio, quoniam censemus nullum[m]) alterius iudicis nisi sui[n]) sententia teneri. Nam[o]) qui eum ordinare non potuit, nec iudicare ullatenus poterit.

§[p]) [18] Peregrina iudicia generali sanctione prohibemus[q]), quia indignum est, ut ab externis[r]) iudicetur qui provinciales et a se electos debet habere iudices.

§ [19] Nullus episcopus extra suam provinciam ad iudicium[s]) devocetur, sed vocato[t]) eo canonice in loco omnibus congruo tempore synodali ab omnibus comprovincialibus episcopis audiatur, qui[u]) concordem super eum canonicamque proferre[v]) debent sententiam; quia si hoc minoribus tam clericis quam laicis concessum est, quanto magis de episcopis servare[w]) convenit. Nam si ipse metropolitanum aut[x]) iudices suspectos habuerit aut infestos senserit, apud[y]) primatem dioceseos ⟨aut⟩ apud Romanae sedis pontificem iudicetur.

§[z]) [20] Placuit, ut nullus servus nullus libertus nulla[a]) infamis persona sacerdotem[b]) accuset[c]). Omnes vero infames esse dicimus, quos leges saeculi infames appellant, et omnes qui culpis exigentibus ad sacerdotium non possunt provehi. Indignum[d]) est enim, ut illi eos accusent, qui esse non possunt quod ipsi sunt; quoniam sicut maiores a minoribus non iudicantur, ita nec criminari possunt.

§[e]) [21] Placuit, ut nullus episcoporum quemquam clericorum iudicare aut dampnare presumat, nisi accusatus legitimos accusatores presentes habeat locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.

§[f]) [22] Placuit, ut si episcopus accusatus appellaverit Romanum pontificem, ad ⟨l. id⟩ statuendum quod ipse censuerit[g]).

§[h]) [23] Si quis episcopus presbyter aut diaconus vel quilibet cleri[i]) apud episcopos, quia alibi non oportet[k]), a qualibet persona fuerint accusati, quicumque fuerit[l]) sive ille sublimis vir honoris sive ullius alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit, noverit docenda[m]) probationibus monstranda documentis se debere inferre[n]). Si quis ergo[o]) contra huiusmodi personas non probanda detulerit, auctoritate huius sanctionis intellegat se iacturam infamiae proprie sustinere, ut dampno pudoris existimationis dispendio discat sibi alienae verecundiae impune

---

m) nullam V_1. n) sua *G*. o) sed *N*. p) Felix I *Bb'*. q) perhibemus *Pm*. r) extraneis *Pm*, *L*. s) iudicia *N*. t) convocato *Pm*, vocato eo *om. N*. u) quia *N*, *Hinsch*. v) proferre *post* debent *repetit G*, ferre *N*. w) servari *Hinsch*. x) ad *Hinsch*. y) aut V_1, *P*, vel *ex* apud *L m. 2*, *M*. z) Felix V_1 *in marg*. a) nullus *Angilr*. b) sacerdotes *N*. c) accusent *M*, *Hinsch*. d) indignum — possunt *om. N*. e) *in N XIX et XX in unum coniuncta sunt*. Julius *Bb'*. f) Fabianus *Bb'*. g) *ex* consuenit *L m. 2*. h) Gaius *Bb'*. i) clerici *Angilr*. k) potest V'_4. l) fuerint *N*, *codd. A²*. m) dicenda *Bb'*. n) inferri *Hinsch*. o) *om. G*.

18 XVI. 19 XVII. 20 XVIII. 21 XIX. 22 XX. 23 XXI.

insidiari saltim de cetero non licere, sed qualem fratri paraverit dampnationem talem in se suscipiat.

§ [p] [24] Nullus archiepiscoporum, nisi qui primas sedes tenent, appelletur primas aut princeps sacerdotum aut summus sacerdos vel aliquid huiusmodi, sed tantum ille qui in metropoli sedet aut metropolitanus aut archiepiscopus vocetur et suum in canonibus prefixum non excedens teneat cum humilitate modum. Et ille qui primam sedem retinet, tantummodo primae sedis appelletur episcopus, salva semper in omnibus auctoritate beati Petri apostoli.

§ [q] [25] Iudicantem oportet cuncta rimari et ordinem rerum plena inquisitione discutere interrogandi ac proponendi adiciendique [r] patientia prebita ab eo, ut ibi actio partium illuminata [s] sit pleniter. Nec prius litigantibus [t] sua velit sententia obviare, nisi quando ipse [u] peractis omnibus iam nichil [v] amplius habuerint in quaestione, quod proponant [w], et tamdiu actio ventiletur, quousque rei veritas inveniatur [x]. Frequenter [y] ergo interrogari oportet, ne aliquid [z] pretermissum forte remaneat quod adnecti conveniat.

Sunt [26] nonnulli qui indiscussos potestate tyrannica non canonica auctoritate damnant [a] et sicut nonnullos gratia favoris sublimant, ita qùosdam odio invidiaque permoti [b] humiliant et levi opinionis aura condempnant, quorum crimina non approbant. Ideoque communi decreto censemus, ut quandocumque aliquis episcoporum criminatus, congregatis omnibus eiusdem provinciae episcopis causa eius audiatur, ut non occulte iudicetur vel condempnetur [c], qui [d] ab aliis iudicari prius non potest [e], nisi ab his quibus ordinari potuit. Quod si aliter factum fuerit, nullas vires habebit.

§ [f] [27] Si clericus vel laicus habuerit causam adversus episcopum proprium vel adversus [g] alterum [h], aut episcopus adversus quemquam apud synodum provinciae iudicetur. Quod si adversus eiusdem provinciae metropolitanum episcopus vel clericus habuerit querelam, petat primatem dioceseos et apud ipsum iudicetur aut apud sedem apostolicam.

Si [i] [28] quis episcopus super certis accŭsatur criminibus, ab omnibus audiatur vel iudicetur qui sunt in provincia episcopis.

---

p) *in N XXII—XXVII coniuncta sunt.* q) Eleutherius papa V_1 *in marg.*, *Bb'.* r) ac dicendique *G, Pm, L,* ac dicendi V'_4, disponendique *N.* s) illuminatio *Pm,* luminata V_1, *P, M,* limitata *Angilr.* t) ligantibus *codd. A*[1] *(Pm ex corr.).* u) ipsi *Hinsch.* v) omnibus *add. Pm.* w) opponant *N.* x) perveniatur *Hinsch.* y) *praepon. P.* z) aliquod *Pm, P, L.* a) damnat V_1, *P.* b) *om.* V_1. c) dampnetur *Angilr.* d) quia *Hinsch.* e) nisi ab aliis iudicari prius non potest, 'vacat' (va *supra* 'nisi', cat *supra* 'potest') superscripto *add. Pm.* f) *abhinc usque ad finem capituli litteris densius scriptis P.* g) *om.* V_1, *P.* h) alium *Pm.* i) *sign. § praepon. Pm, cap. XXVI om. N;* Sixtus III *Bb'.*

24 XXII. 25 XXIII. 26 XXIV. 27 XXV. 23 XXVI.

Si[29] quis episcopus iudicaverit vel ordinaverit alterius parrochianum sine consilio et voluntate episcopi sui, oportet eum non sine increpatione in communi concilio admitti, ita ut ecclesiasticum ultra non solvat canonem.

C. 89. De accusandi testificandique licentia, quando et ubi vel[a)] quomodo. Ex[b)] decretis Adriani[1] papae.

Placuit[c)] [2] eorum accusandi sacerdotes et testificandi in eos vocem obstruere, quos non[d)] humanis sed divinis vocibus mortuos esse scimus, quia[e)] vocem funestam potius intercidi[f)] quam audiri oportet.

§ [3] Placuit ut accusato[g)] si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare, quia non oportet negari audientiam roganti.

§[h)] [4] Non est credendum contra alios eorum confessioni qui criminibus implicantur, nisi se prius probaverint innocentes, quia periculosa est et admitti non debet rei adversus quemcumque professio.

§ [5] Si quis iudicem adversum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat, ut[i)] cum ei concessum fuerit integro negocio apud alium iudicem amotis[k)] dilationibus possit audiri.

§[l)] [6] Clericus sive laicus si crimine aut[m)] lite pulsatus fuerit, non alibi[n)] quam in foro suo provocatus audiatur.

§[o)] [7] Appellantem non debet afflictio ulla aut carceris aut detentionis iniuriare custodia, et[p)] liceat appellatori vitiatam[q)] causam appellationis remedio sublevare.

§ [8] Liceat etiam in causis criminalibus appellare, nec appellandi vox denegetur[r)], quem in supplicio sententia destinarit[s)].

§ [9] In criminalibus causis nec accusator nisi per se aliquem accusare[t)] potest, nec accusatus per aliam personam se defendere[u)] permittitur.

Constitutiones[10] contra canones[v)] et decreta[w)] praesulum Romanorum vel[x)] bonos mores nullius sunt momenti.

---

[29] XXVII.

C. 89. a) et *codd. A²*. b) decreta *V₂ J, inscriptionem in marg. ponunt L m. 2, Bol., V₃*. c) *in N XXVIII—XXX coniuncta sunt*, Melciades *Bb'*. d) inhumanis *Bol., V₂*. e) quoniam *V₁*. f) interdici *N, ex* interdici *L m. 2*. g) accusatus *Hinsch*. h) Stephanus *Bb'*. i) et *V₁, Hinsch*. k) a mortis *G*, admonitis *V₁, P*. l) *in N §§ XXXII—L coniunctae sunt*. m) vel *3, 4, 5, 12, 13*. n) alicubi *Coll. min.*, aliubi *Angilr*. o) Fabianus *Bb'*. p) si *Hinsch*. q) iniciatam *codd. A²*. r) ei *add. Angilr*. s) destinare *G, N, ex* destinare *corr. L m. 2*. t) accusare nec accusatus *om. N*. u) defensare *Coll. min., Angilr*. v) canones et *om. Coll. min.* w) sacrosancta *add. Coll. min.* x) vel bonos mores *om. Coll. min.*

[1] Continuatio capitulorum Angilramni, Hinsch. p. 763; Coll. min. c. 290—307 alio ordine. [2] XXVIII. [3] XXIX. [4] XXX. [5] XXXI. [6] XXXII. [7] XXXIII. [8] XXXIV. [9] XXXV. [10] XXXVI.

§ [11] In clericorum causa huiusmodi[y]) forma servetur, ut[z]) ne quemquam eorum sententia non a[a]) suo iudice dicta constringat.

§ [12] Omnis qui falsa aliis intulerit, puniatur et pro falsitate ferat infamiam.

§ [13] Ut provincialis synodus retractetur per vicarios urbis Romae episcopi, si ipse[b]) decreverit. De [14] his qui[c]) in[d]) accusationem[e]) maioris natu veniunt, et ut episcopum nulli criminoso liceat accusare.

§ [15] Si quando in causa capitali[f]) vel causa status interpellatum fuerit, non per exploratores sed per ipsos est agendum.

§[g]) [16] Placuit ut a quibuscumque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos, ubi est maior auctoritas, fuerit provocatum, audientia non negetur.

§[h]) [17] Si quis metropolitanus episcopus[i]) nisi quod ad suam solum modo propriam pertinet parrochiam sine consilio[k]) et voluntate omnium comprovincialium episcoporum extra aliquid[l]) agere temptaverit, gradus sui periculo subiacebit, et quod egerit irritum habeatur et vacuum. Sed quicquid de comprovincialium[m]) episcoporum[n]) causis suarumque ecclesiarum et clericorum atque saecularium necessitatibus agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omnium consensu provincialium agatur pontificum non aliquo dominationis[o]) fastu, sed humillima et concordi administratione,
Matth. 20, 28. sicut Dominus ait: 'Non veni ministrari, sed ministrare', et alibi: 'Qui maior est vestrum, erit minister vester', et reliqua. Similiter et ipsi com-
Matth. 23, 11. provinciales episcopi cum eius consilio, nisi quantum ad proprias[p]) pertinet parrochias, agant iuxta sanctorum constituta patrum, ut uno animo uno ore concorditer sancta glorificetur trinitas in saecula. Quod in laicis reprehenditur, id multo magis debet in clericis predampnari.

Ut [18] laici contemptores canonum excommunicentur, clerici[q]) vero honore priventur. Delatori[r]) aut lingua capuletur[s]) aut convicto caput amputetur. Delatores[t]) autem sunt, qui[u]) invidia[v]) produnt alios.

§[w]) [19] Qui in alterius famam[x]) publico scripturam aut verba contumeliosa confixerit[y]) et repertus scripta non probaverit, flagelletur, et

---

y) huiuscemodi V_1, *P.* z) *om. N.* a) *om. G, N, inser. L m. 2.* b) *om.* V_1, *P, in L erasum videtur.* c) quae V_1. d) *om. G, N, M in marg.* e) accusatione *G, N,* V_1, *M.* f) capituli *G, N.* g) Lucius *Bb'.* h) Calixtus *Bb'.* i) *om. G.* k) conscilio V_2 *J.* l) aliquod *G, L.* m) provinc. *codd.* A^2, *Bol.*; *Angilr., ex* provinc. *corr.* comprov. V_2. n) coepisc. *codd.* A^2, *Hinsch.* o) donationis *N.* p) suas proprias *Angilr.* q) laici *3.* r) dilatori *G, N, M, Bol.,* V_2, *ex* dilatori *corr. L.* s) copuletur *G,* V_1. t) dilatores *G, N, M, Bol.,* V_2, *ex* dil. *L.* u) quia *N,* illi qui *Coll. min., at* illi *om. 3, 4, 12, 13*; pro *add. 3, 12.* v) in iudicio *4.* w) Fabianus *Bb'.* x) fama *6*; *Angilr.,* infamia *1*; in *add. Coll. min., Angilr.* y) confinxerit *Coll. min. at* confixerit *5, 6.*

[11] XXXVII. [12] XXXVIII. [13] XXXIX. [14] XL. [15] XLI. [16] XLII. [17] XLIII. [18] XLIV. [19] XLV.

qui[z]) ea prius invenerit rumpat, si non vult auctoris facti[a]) causam incurrere.

§[b])[20] Si quis iratus crimen aliquod cuilibet temere obiecerit, convicium non est pro accusatione habendum, sed permisso tractandi spatio id quod iratus dixit, per scripturam se probaturum esse fateatur, ut si fortasse resipiscens post iracundiam quae dixit iterare ac scribere noluerit, non ut[c]) reus criminis teneatur.

§[21] Qui[d]) crimen obicit, scribat se probaturum revera, ut[e]) ibi causa agatur, ubi crimen admittitur.

Ut[f])[22] qui non probaverit quod obiecit, poenam quam intulerit ipse patiatur.

§[g])[23] Caveant iudices ecclesiae, ne absente eo cuius causa ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit, immo et causam in synodo pro[h]) facto dabunt.

§[i])[24] Eius qui frequenter litigat[k]) et ad accusandum est facilis, accusationem nemo absque[l]) grandi examine recipiat.

§[m])[25] De accusationibus episcoporum Constantinus[n]) imperator inter[o]) cetera sic ait: Vestrae quidem accusationes, inquit, tempus habebunt proprium id est diem magni iudicii, iudicem vero illum, qui tunc futurus est, omnibus[p]) iudicare. Mihi ergo homini constituto de huiusmodi rebus non licet habere auditorium, sacerdotum scilicet accusantium et[q]) simul accusatorum. Quos minime convenit tales debere monstrari[r]), qui vel[s]) iudicentur ab aliis, cum ab ipso Domino magis sint ipsi iudicandi, de quibus ait Propheta: 'Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit'; neque[t]) possunt humano condempnari examine, quos Deus suo reservavit[u]) iudicio. Et reliqua talia et[v]) his similia. § Neque presul summus a quoquam iudicabitur, quia, dicente Domino, non est discipulus super magistrum[w]).

Psalm. 81, 1.

Luc. 6, 40.

---

z) *pro* qui ea *habet* ea quae *5, 12*. a) facta causam inquirere V_2, si non auctoris facti causam incurrerit *N*. b) LXXXVII. De illatione criminis, et ut accusator rei poenam incurrat, qui quod obicit probare non poterit. Fabianus § 20—*22 Bb'*; Fabianus papa *add. etiam* V_2 *in marg*. c) ut non *N*. d) Omnis qui *Bb'*. e) et *Hinsch*. f) et *G*. g) Eleutherius papa V_2 *in marg*.; LXXXVIII. Ex conc. Cartag. Ut irrita sit sententia in absentem *Bb'*. h) profecto V_1, *ex* pro facto *corr.* profaecto *L*. i) LXXXIX. Ut frequenter litigantis testimonium nemo recipiat. *Bb*. k) *om. Bb*. l) sine *N*. m) *verba:* De accusationibus episcoporum *in N modo rubricae minio scripta sunt*; XC. De episcoporum accusationibus *etc.* = *§ 25 (LI) Bb*. n) usque ad 'induciae dentur' (§ 28) uno verborum tenore *N*. o) sic ait int. cet. *G*. p) homines iud. *N*, de omnibus V_1, *P*, de *inser. L*. q) simul et *G*. r) monstrare *Hinsch*. s) *deest Angilr*. t) nemo *P*. u) reservaret V_1, *P*. v) *om.* V_1. w) † *pon. Bb*.

[20] XLVI. [21] XLVII. [22] XLVIII. [23] XLIX. [24] L. [25] LI.

§[x])[26] Iudex criminosum discutiens non ante[y]) sententiam proferat capitalem[z]), quam aut[a]) reus ipse confiteatur aut per innocentes testes convincatur.

§[27] Irritam esse iniustam episcoporum dampnationem, idcirco[b]) synodo retractandam. § Ut ne quis, dum in ea durare poterit qualibet necessitate, suam relinquat ecclesiam.

§[28] Pulsatus ante suum iudicem causam dicat, et ante[c]) non suum iudicem pulsatus si voluerit taceat. § Et ut pulsatis, quotiens appellaverint, induciae dentur.

§[d])[29] Si quis contra suam professionem vel conscriptionem venerit, si clericus fuerit deponatur, si laicus anathematizetur.

§[e])[30] Si quis episcopum aut presbyterum vel diaconem falsis criminibus appetierit et probare non potuerit, nec in fine[f]) dandam[g]) ei[h]) esse communionem.

§[31] Si qui inventi fuerint[i]) libros famosos legere vel cantare excommunicentur.

§[32] Ut nullus episcopus[k]) vel infra positus die dominico causas[l]) iudicare presumat.

§[33] Ut si quis potentum quemlibet expoliaverit et ammonente episcopo non reddiderit, excommunicetur.

§[34] Ut nullus clericus ab episcopo suo recedat et ad alium se transferat.

§[35] Homicidae malefici fures sacrilegi raptores venefici adulteri et qui raptum fecerint vel falsum testimonium dixerint seu qui ad sortilegos magosque concurrerint[m]), nullatenus ad accusationem vel ad[n]) testimonium erunt[o]) admittendi.

§[36] Qui crimen intendit, agnoscendum[p]) est, si ipse ante[q]) criminosus non fuit[r]), quia periculosum est et admitti non debet rei adversus[s]) quemcumque professio. Occurrere quisque[t]) fidelium ruinis[u]) miserorum debet subsidio quo valet[v]) et[w]) ex revelatione[x]) alienae[y]) vindictae a se

---

x) *quae sequuntur capitula usque ad 37 suis numeris* I—XII *adfert Bb′*. y) antea *12*. z) *om.* *Coll. min.*, at extat *3, 5, 12*. a) ut V_1, *ex* res *corr.* reus *L*, aut reum esse ipse *Coll. min.*, *at sicut Ans. 3* (*sine* aut), *4, 12, 13*. b) a *add. Hinsch.* c) non ante *Angilr.* d) ex concilio Cartagin V_2. e) *ex* concilio Elibertano *Bb′*. f) finem V_1, *P, M, Coll. min.* (*at aliquot codd.* fine), *Hinsch.* g) ei danda est comm. *3, 4, 5, 12, 13*. h) *deest Hinsch.* i) sunt *3, 4, 5, 12, 13*. k) vel abbas *add. Coll. min.* l) saeculares *add. Coll. min.* m) cucurrerint *E, 4, 5, 10, 12, 13*. n) *om. G.* o) esse V_1, *P*, sunt *3, 4, 5, 12, 13*. p) ignoscendum *N.* q) antea *Hinsch.* r) fuerit *N.* s) adversum *G.* t) quisquis *G.* u) *deest Angilr.* v) valeant *Angilr.* w) *om. Hinsch.* x) relevatione *Angilr.* y) alterius *Bol.*, V_2.

26 I* in nova serie Hinsch. p. 766. 27 II*. 28 III*. 29 IV*. 30 V*. 31 VI*. 32 VII*. 33 VIII*. 34 IX*. 35 X* cf. supra III 19. 36 XI*.

Dei removere vindictam. Libat enim Domino prospera, qui ab afflictis pellit adversa. § Maius periculum est iudicantis quam eius qui iudicatur, unde unicuique providendum est, ne aliquem iniuste iudicet aut puniat.

§[z) 37] Accusationes adversus doctorem nemo suscipiat, quia non potest humano contempnari examine, quem Deus suo iudicio reservavit.

§[a) 38] Presbyter non adversus episcopum, diaconus[b)] non adversus presbyterum, subdiaconus[c)] non adversus diaconum, non acolytus adversus subdiaconum, nec[d)] exorcista adversus accolitum, non[e)] lector adversus exorcistam, non ostiarius adversus lectorem det accusationem aliquam. Et non dampnabitur presul nisi in[f)] septuaginta duobus[g)]. Neque presul summus a quoquam iudicabitur, quia[h)] scriptum est: 'Non est discipulus super magistrum'. Presbyter autem in cardine[i)] constitutus non nisi in XLIIII testibus dampnabitur, diaconus cardinarius[k)] constitutus urbis Romae nisi in XXVI non[l)] condempnabitur, subdiaconus acolitus exorcista lector, nisi sicut scriptum est, in VII testibus[m)] non condempnabitur. Testes[n)] autem sine aliqua sint infamia, uxores et filios habentes et omnino Christum predicantes[o)].

Matth. 10, 24. Luc. 6, 40.

§[p) 39] Testimonium clerici adversus laicum nemo suscipiat[q)].

Nemo[r) 40] enim clericum quemlibet in publico examinare presumat nisi in ecclesia et reliqua. § Episcopi pontifici a quo consecrari probantur, preiudicium nullum inferre possunt. Quodsi presumptum fuerit, viribus carere non dubium est, nec posse inter ecclesiastica ullo modo statuta censeri.

§[s) 41] Non licet imperatori vel cuiquam[t)] pietatem custodienti aliquid contra mandata divina presumere.

§[42] Providendum est, ne in aliquo apostolica aut canonica decreta violentur.

§[u) 43] Iniustum iudicium et diffinitio iniusta regio metu vel iussu a iudicibus ordinata non valeat.

---

z) XII *Bb.* a) XCI *(scil. cap. 91).* Ut inferiores gradus superiores non accusent, et ut episcopus nisi in LXXII testibus, presbyter in LXIV, diaconus in XXVII, subdiaconus et ceteri nisi in VII testibus non condemnentur. Silvester *huic § praescribit Bb,* Silvester papa V_2 *in marg.* b) non diac. *Angilr.* c) subdiac. non adv. diac. *om. Angilr.* d) non *L, Hinsch.* e) nec *G.* f) *om. Angilr.* g) testibus *add. M in marg., Bol.,* V_2, *Hinsch.* h) quoniam *Angilr.* i) ordine *G.* k) cardinalis *N,* V_1. l) *om. G.* m) testes *Hinsch.* n) sint autem testes *N.* o) testes autem sine aliqua sint invidia, uxores et filios habentes *rep. N,* † *pon. Bb.* p) XIV *Bb,* in *N* XIV* et prior pars cap. XV* coniunguntur. q) suscipiant *Angilr.* r) XV. Gelasius *Bb.* s) Marcellinus V_2 *in marg. Bb'.* t) cuipiam *Hinsch.* u) Marcellinus *Bb'.*

37 XII*. 38 XIII*. 39 XIV*. 40 XV*. 41 XVI*. 42 XVII*. 43 XVIII*.

§[v][44] Sic odit Deus eos qui adversus patres armantur, ut patrum invasores qui in omni mundo infamia notantur[w].

§[x][45] Item generali[y] decreto constituimus, ut execrandum[z] anathema fiat et velut prevaricator catholicae fidei semper apud Deum[a] reus existat, quicumque regum[b] vel potentum deinceps canonum[c] censuram in quocumque crediderit vel[d] permiserit violandam.

C. 90. Commonitorium[a] papae Gregorii Johanni defensori, qualiter agere debeat de quibusdam episcopis iniuste dampnatis et de presbyteris quibusdam, et cetera[b]. Gregorius[1], commonitorium Johanni defensori eunti[c] Hispaniam.

Inprimis requirendum[d] de persona presbyteri, dilectissimi fratris et coepiscopi nostri Ianuarii, et si ita se veritas habet, sicut eiusdem episcopi petitio continet, in ecclesia atque loco suo idem presbyter modis omnibus revocetur. Si autem dictum fuerit, quia contra ipsum causa aliqua mota sive probata est, subtiliter ipso presente et pro se rationem reddente quaerendum est et genus causae et modus probationis, ut[e] ex hoc[f] colligere valeas, utrum adhuc in exilio demorari an certe in ecclesia et officio suo debeat revocari[g]. § De episcopi[h] persona hoc fatendum[i] est, ut si nulla contra eum criminalis causa quae exilio vel depositione[k] digna est mota sive probata est, is episcopus qui eo superstite perverse et[l] contra canones in ecclesia eius ordinari presumpsit sacerdotio privatus ab omni ecclesiastico misterio[m] repellatur. Qui etiam eidem[n] dilectissimo Ianuario fratri et coepiscopo nostro[o] tradendus est, ut aut ab ipso in custodia habeatur aut certe ab eo ad nos per omnia transmittatur. Episcopi vero[p] qui eum ordinaverunt vel ordinationi eius consentientes interfuerunt, in[q])

---

v) Eusebius *Bb'*. w) denotantur V_1, *P*, 'de' *inser. L m. 2.* x) XCII *(scil. c. 92) cum rubrica:* Ut quicumque potentum censuram canonum violare presumpserit sit anathema *Bb, num.* XX *deleto*; *qui praecedit in Coll. min. num. 306 ab est a capp. Angilr.* y) *ex* venerali *corr.* venerabili *12.* z) exsacrandum *corr.* exsecrandum *L.* a) dominum *Coll. min., Hinsch.* b) seu episcoporum *add. Bb, Coll. min.* c) *pro* canonum' *exhibet* Romanorum pontificum (presúlum *3, 4, 5, 8, 12, 13*) decretorum *Coll. min.* d) *om. 1, 2.*

44 XIX*. 45 XX*.

C. 90. a) communicatorium *Bol.* b) etc. *om. N*, ceteris *M*, V_2 *(at in tab.* cetera). c) in *add.* V_1, *P, L m. 2.* d) inquirendum V_1. e) et ut V_1. f) recte *in marg. add. M*; tu *add. Greg.* g) quod episcopus qui in ecclesia viventis episcopi ordinatus fuerit deponatur *add. codd. bB in marg.* h) Stephani *M in marg.*; suprascripti *praemitt. Bb', Hartmann.* i) factum *Bol.*; statuendum *Hartmann.* k) depositionis *N.* l) ac *Greg.* m) munere *solus* V_1, ministerio V_2; *Greg.* n) *om. G.* o) *om.* V_1. p) enim *Greg.* q) *om.* V_1.

1 Gregor. I. Registr. ed. L. M. Hartmann XIII 47, 50, Mon. Germ., Epist. t. II p. 410, 416; Jaffé-W. 1912.

VI mensibus Dominici corporis et sanguinis communione privati agere poenitentiam in monasterio decernantur et suprascriptus Ianuarius loco suo et ordini modis omnibus reformetur. Si vero[r]) communione[s]) privatis mortis contigerit imminere periculum, benedictio eis viatici non negetur. Si autem[t]) episcopi in preiudicio condempnationis vel depositionis memorati episcopi sę metu iudicis consensisse ac talia fecisse[u]) sponte confessi tempus eis adbreviandum est et modus poenitentiae temperandus. Si vero ille qui locum eius invasit de hac luce fortasse migraverit, et alter[v]) est ordinatus, quia levior culpa videtur, non quasi isti[w]) superstiti sed successisse defuncto episcopatus illi officium ab ea[x]) tantummodo ecclesia interdicatur, ut in alia ecclesia[y]) quae sacerdote vacuatur vacaverit, si electus fuerit, possit esse episcopus, ad Malachitanam tamen ecclesiam numquam aliquo modo reversurus. Gloriosus autem Comitiolus, quicquid predictus episcopus per[z]) violentiam atque insecutionem ipsius expendisse vel dampnum pertulisse dato sacramento firmaverit[a]), eidem episcopo restituere condempnetur. Si autem aliter quam antefati episcopi petitio continet, actum esse forsitam perhibetur[b]) subtiliter quaerendum est et cognita veritate cum Dei timore quod iustitiae ordo suaserit iudicandum. § Quia igitur Stephanus episcopus in odio suo quaedam ficta et de falsis se capitulis accusatum neque aliquid ordinabiliter factum sed iniuste se asserit condempnatum, diligenter quaerendum est primum[c]), si iudicium ordinabiliter est habitum, aut si alii accusatores alii testes fuerunt; deinde causarum qualitas, si digna exilio vel depositione fuit; aut si eo presente sub iureiurando contra eum testimonium dictum est, si[d]) contra eum scriptis actum est, vel si[e]) ipse licentiam respondendi et defendendi se habuit. Sed et de personis accusantium[f]) subtiliter quaerendum est, cuius conditionis cuiusve opinionis, aut ne inopes sint aut ne forte aliquas contra predictum episcopum inimicitias habuissent, et utrum testimonium ex auditu dixerint[g]) aut certe specialiter se scire testati sunt, vel si scriptis[h]) iudicatum est, si[i]) partibus presentibus sententiae[k]) recitatae sunt. Quodsi forte haec sollempniter acta non sunt neque causa probata est, quae exilio vel depositione digna sit, in ecclesia sua modis omnibus revocetur; hi vero qui contra Dei timorem et statuta canonum eum condempnaverunt excommunicati in monasterio[l]) ad agendam poenitentiam in VI mensibus sunt mittendi[m]). Ita sane, ut si cuiquam eorum mortis contigerit inminere discrimen, viatici ei benedictio non negetur. Ipse autem qui eo

---

r) de *add. Greg.* s) communionem *P.* t) igitur *Greg.* u) sua *add. Greg.* v) taliter *G.* w) *om. Bol.*, V_2. x) eadem *Greg.* y) *om. N.* z) in violent. *N.* a) confirmaverit *P.* b) prohibetur *N.* c) primo *Hartm.* d) *pro:* si contra eum *habet* seu *Greg.* e) *deest Greg.* f) ac testificantium *add. Greg.* g) dixerunt *Hartm.* h) scriptus *Bol.*, V_2. i) et *Hartm.* k) sententia recitata est *Hartm.* l) monasterium *Hartm.* m) *ex* initiendi *corr. L.*

vivente[n]) locum eius temerarie ambivit privatus sacerdotio ab omni ministerio ecclesiastico repellatur atque eidem dilectissimo fratri et coepiscopo nostro tradatur, ut eum ipse aut[o]) ad nos transmittat aut apud se in custodia habeat. Episcopi vero qui eum ordinare presumpserunt vel perverse ordinationi illius prebuere consensum idem communione[p]) privati in sex mensibus ad agendam poenitentiam in monasterio deputentur. Si autem episcopi in preiudicio condempnationis vel depositionis memorati Stephani se metu iudicis consensisse ac talia fecisse sua sponte professi[q]) fuerint, tempus eis adbreviandum est et modus poenitentiae temperandus. Si igitur is, qui predicti Stephani locum invasit, fortasse defunctus est, atque alius in ecclesia eius[r]) episcopus ordinatus illud de eo statuendum[s]) est quod superius de causa fratris et coepiscopi nostri Ianuarii diximus. Quod si forte aliqua de obiectis contra memoratum Stephanum episcopum[t]) probata sunt, aliqua vero doceri minime potuerunt, cauta omnino consideratione pensandum est, utrum leviora capitula an certe graviora probata sint, ut ex eis qualiter diffinitionem tuam formare debeas possis scire[u]). Gloriosus vero Comitiolus, si supra scriptus episcopus innocens esse claruerit, quicquid de rebus eius vel ecclesiae ipsius tulit[v]), ei sine aliqua dilatione restituat[w]). Sed et quaecumque[x]) se per[y]) insecutionem ac violentiam eius expendisse vel dampnum isdem[z]) episcopus se pertulisse asseruerit[a]), idem[b]) memoratus Comitiolus[c]) reddat ac satisfaciat. Si autem talem culpam ante dictum episcopum, quod absit, commisisse[d]) constiterit, ut constet eum[e]) non inrationabiliter esse depositum, eadem[f]) eius[g]) depositio[h]) confirmetur et[i]) omnes res suae ecclesiae quae ablatae claruerint restituentur[k]), quia delictum personae in dampnum ecclesiae non est convertendum. Si autem[l]) dicitur quia Comitiolus defunctus[m]) est, ab herede eius quae ab illo iniuste tulta sunt sine excusatione reddantur.

§ De [2] persona presbyteri hoc attendendum est, quia si quam causam habuit, non ab alio teneri, sed episcopus ipsius adiri debuit, sicut haec[n]) Novellarum constitutio manifestat, quae ita[o]) loquitur de sanctissimis et Deo amabilibus ac reverentissimis episcopis et clericis et monachis: 'Imperator Iustinianus pp.[p]) (perpetuus) Augustus Petro gloriosissimo pp.[q]) (prefecto pretorio) cap. LIII: [3] Si quis contra aliquem clericum aut mo-

---

n) eo vivente *om. Bol., V₄*. o) *om. H,* aut ipse *Hartm.* p) communicatione *Bb'*. q) confessi *V'₄*. r) *om. G.* s) statutum *Bol.* t) memorata atque *add. N.* u) *om. Bb'*. v) tulerit *G.* w) restituerat *Bol.* x) quaeque *Greg.* y) in persecutionem *G, Bol., Hartm.* z) idem *Bol. semper.* a) iuraverit *Greg.* b) item *Hartm.* c) gloriosus *Greg.* d) consensisse *N, L.* e) *om. Bol.* f) eademque *Hartm.* g) *om. P.* h) dispositio *N.* i) *deest Hartm.* k) restituentur *G.* l) Si enim, ut dicitur, Com. *Greg.* m) mortuus *N.* n) hoc *G.* o) eloquitur *Greg.* p) *om. N.* q) *om. Bol.,* pape *N.*

[2] XIII 50, p. 414. [3] Nov. 123, c. 21.

nachum aut diaconissam aut monasteriam[r] aut ascitriam[s] habet aliquam actionem, doceat prius sanctissimum episcopum cui horum[t] unusquisque subiacet. Ille vero causam inter eos diiudicet[u], et si quidem utraque pars his quae iudicata sunt adquieverit iubemus per loci iudicem[v] executioni perfecte contradi'[w], et cetera. Ne vero obiciatur quia haec de clero[x] loquitur non[y] de presbytero, sciendum est quia superius in eadem constitutione LI[4] capitulo[z] legitur appellatione[a] clericorum etiam presbyteros et diacones contineri. Verba autem legis ista sunt: 'Presbyteros autem[b] et diacones et lectores et cantores quos omnes clericos appellamus', et reliqua. § De persona Januarii episcopi sciendum est graviter omnino et contra leges[c] actum, ut violenter de ecclesia traheretur. Dum quando si quamlibet aliam iniuriam a quocumque episcopus passus fuerit, in ecclesia iniuriantem lex capitali poena percutiat[d] et sicut maiestatis reum omnibus det illum accusandi licentiam: ut huius legis series loquitur Codicis libro I capitulo III[e] constitutione XI[5]: 'Imperatores Archadius et Honorius Augusti Theodoro pp.[f] (prefecto pretorio): Si quis in hoc genus sacrilegii irruperit[g], ut in ecclesia[h] catholica irruens sacerdotibus et ministris vel ipsi[k] cultui locoque aliquid importet iniuriae, quod geritur a provinciae rectoribus[l] animadvertatur; atque ita provinciae moderator sacerdotum et catholicae ecclesiae ministrorum, loci quoque ipsius et divini cultus iniuriam capitali in convictos sive confessos sententia noverit vindicandum'[m]. Et post pauca: 'Sitque cunctis laudabile factas atroces sacerdotibus[n] iniurias velut publicum crimen insequi et[o] de talibus[p] ultionem mereri' et cetera. 'Data VI kalendas Maii Mediolani[q] Honorio Augusto quater et Euticiano consulibus'. § De[r] persona episcopi[s] Stephani hoc attendendum est, quia nec invitus ad iudicium trahi nec ab episcopis alieni concilii[t] debuit[u] iudicari. Contra[v] hoc si dictum fuerit, quia nec metropolitanum[w] habuit nec patriarcham, dicendum est, quia[x] a sede apostolica quae omnium ecclesiarum caput est haec[y] causa audienda fuerat ac dirimenda, sicut et predictus episcopus petisse dinoscitur. Quia[a] ergo episcopus alieni con-

---

r) *sec. Bol., corr.* monasteria *G, N et al. codd.,* monastriam *Hartm.* s) ascytriam *P,* axytriam *Bb'.* t) episcoporum *P.* u) iudicet *Hartm.* v) haec *add. Greg.* w) contradici *N, ex* contradi *facit* contrahi *P,* contradidit *Bol.* x) clerico V_2, quia de clerico id est de clero eloquitur *Hartm.* y) vero *add. Hartm.* z) capituli *N.* a) appellationem *G, N, L, Bol.* b) *om. N.* c) esse *add.* V_2, act. esse *Bol.,* V'_4. d) percutiet V_2. e) II. *Bol.,* V_2. f) pape *G, N.* g) inreperit *N;* proruperit *Greg.* h) ecclesias *Hartm.* i) catholicas *Greg.* k) ipso cultu *Hartm.* l) rectoribus — provinciae *om. Bol.* m) iudicandum *G, Bol.* n) aut ministris *add. Bb'; Greg.* o) ac *Greg.* p) *add.* reis *Greg.* q) *om. N,* Mediolano *Greg.* r) *aliquibus praetermissis p. 416.* s) sui *add. sed mox del. P.* t) iudices *add. G.* u) debent *Bol.* v) *post pauca.* w) metropolitam *Hartm.* x) quod V_1, *P.* y) *om. Greg.* z) et *G.* a) qui episcopos *Hartm.*

4 Nov. 123, c. 19. 5 Cod. I 3, 10.

cilii iudices[b]) habuit omnino suspectos, sententia[c]) non a suo iudice dicta nichil firmitatis obtineat. Quod[d]) autem dicitur a servis suis accusatus, sciendum[e]) est quia audiri minime debuerunt. Si[f]) vero dictum fuerit, quia de hoc accusatus est, quod ad maiestatis crimen attendit nec ipsum de eo credendum fuit, si vita vel opinio eius talis ante non extitit, quod[g]) autem dicit isdem episcopus, quia se absente aliqui vilissimi sunt[h]) testes exhibiti, hoc si verum est, nullius[i]) est momenti. Quales[k]) autem testes vel cuius opinionis[l]) ad testimonium admittendi sunt[m]), plurimae leges ostendunt quae pene nulli habentur incognitae, quae etiam[n]) illud sanctiunt[o]), ut vilissimis testibus sine corporali discussione credi non debeat. Quod autem dicitur, quia nichil scriptis iudicatum est, legendum est titulo XVIIII ⟨l. XLIIII⟩ libri sexti ⟨l. VII.⟩ constitutione[p]) [6]: quia scriptis debuit iudicari; nam ibi inter alia precipitur, ut sententia, quae sine scripto dicta[q]) fuerit, nec nomen habere sententiae mereatur.

C. 91. De dampnatione Dioscori episcopi[a]). Ex prima actione concilii Chalcedonensis [1] DC et XXX episcoporum.

Paschasinus[b]) vir reverentissimus episcopus et vicarius sedis apostolicae cum in medio una cum aliis viris reverentissimis collegis suis stetisset, dixit: Beatissimi atque apostolici viri papae urbis Romae, qui[c]) est caput omnium ecclesiarum, precepta habemus pre manibus in quibus[d]) precipere dignatus est[e]) eius apostolatus, ut Dioscorus non sedeat in concilio sed audiendus intromittatur. Hoc nos observare necesse est. Si ergo recipit[f]) vestra magnificentia, aut ille egrediatur aut nos eximus. Quibus in Graeco interpretatis per Veronicianum virum devotum et secretarium sacri consistorii gloriosissimi iudices et amplissimus senatus dixerunt: Quid enim specialiter ingeritur Dioscoro reverentissimo episcopo? Paschasinus vir[h]) reverentissimus episcopus et vicarius sedis apostolicae dixit: Cum intromissus fuerit, necesse est ut illi obiciatur. Lucentius[i]) reverentissimus episcopus et vicarius sedis apostolicae dixit: Iudicii sui necesse est eum

---

b) *deest Greg.* c) Quia ergo sent. *Greg.* d) paucis praetermissis. e) sciendum est *deest Greg.* f) *post pauca p. 417.* g) *iterum paucis praetermissis.* h) sint *N, V₁, P.* i) *ab Anselmo breviatum.* k) *post aliqua pretermissa p. 418 in fine.* l) opiniones *V₂.* m) sint *V₁.* n) et *add. Greg.* o) seniunt *Bol.* p) III *add. Hartm. sec. Ewald.* q) data *Bol., V'₄.*

6 Cod. VII 44, 3.

C. 91. a) et quod synodus non debet fieri absque iussu Apostolici *add. Bb.* De Dioscoro episcopo *M, Bol., V₂.* b) Pascasius *N passim.* c) quae *V₁.* d) quibuscumque *N.* e) ausu *pro:* est eius *V₂ J,* est aut epist. *Bol.,* est ut apost. *V₄.* f) precipit *N, Rust.* g) devotissimum *Rust.* h) *deest Rust.* i) *post pauca.*

1 A. 451; ex Collectione Rustici, Maassen § 755, 59, Mansi t. VI col. 579, cuius sylloges lectiones eas tantum subnotavi, quae omnibus ipsius codicibus communes ab Anselmo dissentiunt; illis quas Baluzius ex libris a se collatis adtulit quam plurimis cum textu Anselmiano consentientibus.

reddere[k]) rationem, qui[l]) cum personam nec iudicandi haberet, subripuit et ausus est synodum facere sine auctoritate sedis apostolicae, quod numquam factum est nec fieri licuit. Paschasinus beatissimus episcopus et vicarius sedis apostolicae dixit: Nos contra precepta beatissimi atque apostolici papae gubernatoris sedis apostolicae venire non possumus nec contra ecclesiasticas regulas vel contra patrum statuta[m]). Gloriosissimi iudices et amplissimus senatus dixerunt: Convenit vos specialiter, quid erraverit exponere. Lucentius episcopus[n]) reverentissimus dixit: Non patimur tantam iniuriam nec vobis fieri nec nobis, ut iste[o]) sedeat qui iudicandus advenit. Gloriosissimi iudices[p]) dixerunt: Si iudicis obtines personam, non ut accusator debes prosequi[q]). Et Dioscoro[r]) episcopo[s]) Alexandriae[t]) secundum iussionem gloriosissimorum iudicum et amplissimi senatus residente in medio et residentibus Romanis[u]) in propriis sedibus[v]) et tacentibus Eusebius religiosissimus episcopus Dorylei transiens in medium dixit: Per salutem[w]) dominorum universi mundi iubete preces meas legi[x]), laesus enim sum a Dioscoro, laesa est fides. Occisus est Flavianus[y]) episcopus et simul mecum ab eo iniuste dampnatus est[z]). Gloriosissimi iudices et amplissimus senatus dixerunt: Preces legantur. Et residente in medio ex iussione omnium Eusebio reverentissimo episcopo Berocianus[a]) vir devotus a secretis sacri consistorii accipiens preces ab eo recitavit.

C. 92.[a]) De dampnatione Dioscori episcopi, qui vocatus ad synodum noluit venire. In[b]) tertia actione[c]) concilii Chalcedonensis[1].

Sanctissimo et beatissimo universali archiepiscopo et patriarchae magnae Romae Leoni et sanctae universali Chalcedonensi synodo voluntate Dei et sacra[d]) preceptione congregatae libellus a Scyrone[e]) Alexandriae[f]) diacono. *Item in eadem.* Sancto[g])[2] et beatissimo et universali archiepiscopo et patriarchae magnae Romae Leoni et sancto universali concilio[h]) secundum voluntatem Dei et sacrum[i]) nutum congregato in Chalcedonensi civitate[k]) ⟨ab⟩ Athanasio quondam presbytero magnae Alexandriae civitatis. § *Item in eadem cuiusdam*[l])[3] *Sophronii sub eisdem verborum*

---

k) dare *Rust.* l) quia V_1, *Rust.* m) precepta *N.* n) vir venerandus episcopus et vicarius sedis apostolicae *Rust.* o) ipse V_1. p) et amplissimus senatus *add. Rust.* q) persequi V'_4. r) religiosissimo *add. Rust.* s) *om.* V_1, *P.* t) Alexandria residentem *N.* u) et reverendissimis episcopis *add. Rust.* v) locis *Rust.* w) vos *add. Rust.* x) sicut placuit piissimo imperatori *add. Rust.* y) sanctus *add. Rust.* z) iubete preces meas perlegi *add. Rust.* a) Beronicianus *Rust.*

C. 92. a) numerus *deest* V_2. b) *inscriptio L in marg., deest M.* c) agnitione *G, N, codd. A*[2]. d) *om. N.* e) Syronice *codd. A*[2], ab Ischyrione *Bb', Rust.* f) magnae Alexandrinae civitatis *Rust.* g) sanctissimo *Rust.* h) Calcedonensi synodo *L.* i) divinum *Rust.* k) a miserabili *add. Rust.* l) *om.* V'_4.

1 Ex Collectione Rustici, Mansi t. VI col. 1011 sq. 2 col. 1022. 3 col. 1030.

assertionibus. Item in eadem. Chovitus[m)] [4] episcopus Phocensis dixit inter cetera: Quoniam sanctitas vestra et semel et secundo et tertio vocavit Dioscorum et nullatenus voluit obedire, petimus vestram sanctitatem magis autem habentes locum sanctissimi papae Leonis promulgare in eum et regulis insitam[n)] contra eum proferre sententiam. Omnis[o)] enim et[p)] universalis synodus concors efficitur vestrae[q)] sententiae. Paschasinus episcopus dixit: Iterum[r)] dico: Quid placet vestrae sanctitati[s)]? Maximus episcopus magnae Antiochiae[t)] civitatis dixit: Quod videtur sanctitati vestrae, et nos concordes efficimur. Paschasinus episcopus Lybitanus[u)] provinciae Siciliae et cum ipso Lucensius[v)] episcopus Heraclanensis[w)] et Bonifacius presbyter magnae Romanae ecclesiae tenentes locum sanctissimi et beatissimi archiepiscopi apostolicae sedis magnae et senioris Romae Leonis pronuntiaverunt: Manifesta facta sunt quae a Dioscoro quondam Alexandrinae magnae civitatis[x)] episcopo commissa sunt adversus regularem ordinem et ecclesiasticam disciplinam. *Et infra.* Et [5] quod semel et secundo et tertio per reverentissimos episcopos regulariter vocatus minime voluit obedire, propria utique stimulatus conscientia. *Et paulo post.* Unde [6] sanctissimus et[y)] beatissimus archiepiscopus magnae senioris Romae Leo per nos et per presentem sanctam synodum una cum ter beatissimo et omni laude digno Petro[z)] apostolo, qui est petra[a)] et crepido catholicae ecclesiae et rectae fidei fundamentum, nudavit eum tam episcopatus dignitate, quam etiam omni sacerdotali alienavit ministerio. *Item post confirmationem singulorum:* Paschasinus [7] episcopus[b)] Lylibei et vicarius beatissimi et apostolici universalis ecclesiae papae urbis Romae[c)] sanctae synodo presidens in Dioscori dampnatione[d)] consensu universalis concilii subscripsi[e)]. Lucensius[f)] episcopus Ausculanae[g)] civitatis *similiter.* Bonifacius[h)] presbyter sanctae Romanae ecclesiae *similiter. Item post eos episcopi DCXXX.*

---

m) Chlovitus V_1, Cointus (Quintus) *Rust.* n) *non iniustam N.* o) omnes *Rust.* p) tota *add. Rust.* q) sanctitatis *add. Rust.* r) item *G.* s) beatitudini vestrae *Rust.* t) Antiochenae *Rust.* u) Lybitans *G,* Libuns *N*; Lilybaetanus *Rust.* v) Lucentius *codd. A*[2], *Rust.* w) *ita codd. A*[2] (*L ex corr.*), Herblanensis *G, N,* Herclanensis *Bb'*; Herculanensis (Esculanensis) *Rust.* x) ecclesiae *Rust.* y) et beat. *om. G.* z) beato Petro V_1, *Rust.* a) Petrus *G, ex* Petrus *L.* b) *om. G*; ep. ecclesiae Lilybetanae *Rust.* c) Leonis *add. Rust.* d) condemnatione *Bb'.* e) subscripsit *Bb'.* f) *quae sequuntur ex codicibus desumpta sunt, qui textum compendiatum praebent.* g) Arculanae *Bb'.* h) boni *ex* beatis *inter scribendum corr. L.*

4 col. 1043. 5 col. 1047. 6 col. ead. 7 col. 1081.

C. 93. Quod Dioscorus non est dampnatus propter fidem, sed quia in dominum papam Leonem fecit excommunicationem. Item[a] in V. actione eiusdem[1].

Anatholius reverentissimus archiepiscopus Constantinopolis[b] dixit: Propter fidem non est dampnatus Dioscorus, sed quia excommunicationem fecit domno archiepiscopo Leoni et tertio vocatus est et non venit, et ideo dampnatus est. *Et paulo post.* Per[2] iussionem gloriosissimorum iudicum vadens in sacrum palatium Veronicianus devotissimus et[c] secretarius sacri consistorii et post paululum rediens ista[d] synodo interlocutus est: Precepit divus[e] et piissimus dominus noster. *Et post pauca.* Quia[3] in partibus occidentalibus fieri habet synodus, si[f] reverentia vestra hic noluerit de vera et orthodoxa fide indubitanter finire[g]. Reverentissimi episcopi clamaverunt: Multi anni imperatoribus[h]! *Et paulo post.* Qui contradicunt et non subscribunt, ipsi ambulent. *Item paulo post.* Qui contradicunt, Romam ambulent. *Item post pauca.* Ut Leo sic credimus. Qui contradicunt, Euthicianistae sunt. Leo recte exposuit.

C. 94. Ut memoria Euticetis dampnetur et Flabiani[a] venerabilis recordatio magnificetur. Imperatores Valentinus et Marcus AA. Palladio pp.[1]

Quoniam venerabilis recordationis Flavianus huius almae urbis episcopus cum venerabilis[b] synodi innumerabilium pene sacerdotum, qui Chalcedone convenerunt, tanto ac tali decoratus est testimonio, ut Euthices qui contra senserat cum sceleratis dictis suis ab omnibus uno ore dampnaretur, aboleatur quidem Euthices[c] dampnosa memoria, Flabiani autem laudabilis recordatio reveletur.

C. 95. Ex[a] actionibus VI. synodi[1] CCLXXXVIIII episcoporum.

Conveniente sancta ac universali synodo quae per[b] imperiale[c] decretum congregata est in hac a Deo consecranda ⟨l. conservanda⟩ regia urbe, id est Theodoro et Georgio[d] venerabilibus[e] presbyteris et Johanne

---

C. 93. a) *in marg.* V_1, *L*, eiusdem *Bol.*, V'_2. b) Constantinopolitanus *N*. c) *deest Rust.* d) sanctae *add. Rust.* e) divinissimus *Rust.* f) eo quod religiositas vestra hic noluit *Rust.* g) definire *Rust.* h) imperatori *Rust.*

1 Collectio Rustici, Mansi t. VII col. 103 sq. 2 col. ead. 3 col. 106.

C. 94. a) Fabiani *Bb'*. b) venerabili synodo *P. Krueger.* c) Euthichetis *corr. L.*

1 Cod. Justin. I 3, l. 23.

C. 95. a) rubricam: De dammatione Macarii presidentibus Romanae ecclesiae apocrisiariis praefigunt *M, codd. bB*, V_4; inscriptionem *om. Bol.*, V_4, *in marg. exhibent L m. rec.*, V_4 *(VII. syn.)* b) *om. G, L.* c) imperialem sanctionem *Concil.* d) Georrio V_1, *P semper.* e) vestris *G, N, L*, uu. V_1, *P*.

1 Concilium universale Constantinopolitanum anni 680; ex collectione tempore papae Sergii I exarata, Maassen § 772; Merlin t. II f. 38 sq., cf. Mansi t. XI col. 334 sq., verba ab Anselmo aliquando mutata sunt et textus compendiatus, qui compluribus locis potius cum ed. Merlini quam Mansii concordat.

ven. diacono locum representantibus sanctissimi ac beatissimi papae antiquae Romae Agathonis, et Georgio[f]) vener.[g]) et sanctissimo archiepiscopo huius magnae Constantinopoleos novae Romae, et Petro Deo amabili presbytero et[h]) monacho locum[i]) servante sedis Alexandriae magnae civitatis, et Machario[k]) archiepiscopo theopoleos Antiochiae, et Georgio religioso presbytero monacho et apocrisiario Theodori[l]) ven.[m]) locum servantis sanctae[n]) sedis Hierosolymorum, et[o]) Johanne episcopo civitatis Portuensis et Abundio episcopo civitatis[p]) Paternensis et Johanne episcopo civitatis Regitanae locum representantibus venerabilis concilii, quod circa Romam est CXXV venerabilium[q]) episcoporum qui etiam[r]) per proprias subscriptiones declarantur in suggestione ab eis facta ad piissimum principem Constantinum, *et cetera. Et post nomina omnium episcoporum sequitur:* Et Georgio presbytero et[s]) monacho monasterii Renati positi in antiqua Roma et Canone ⟨l. Conone⟩ et Stephano presbyteris et monachis monasterii, quod vocatur domus Arsitia, positi similiter in antiqua Roma. § *Item in VIII actione*[t]). Macarius[2] vero[u]) archiepiscopus Antiochiae dixit: Non dico duas voluntates aut duas operationes in incarnationis dispensatione[v]) domini nostri Jesu Christi, sed unam voluntatem et Dei virilem operationem. Sancta synodus dixit: Postquam non consentit[w]) orthodoxis suggestionibus Agathonis sanctissimi papae Romani, quibus omnes consentiendo grate suscepimus, previdimus hunc de sede sua surgere et respondere; et surrexit. *Et infra.* Sancta[3] synodus exclamavit: Hereticum se Macharius manifeste demonstravit. Novo Dioscoro anathema[x])! Novum Dioscorum foras mitte, novo Appollinario malos annos, merito alienatur[y]) ab episcopatu, nudetur a circumposito ei pallio! Et denudatus est in medio stans. § *Item ex subscriptionibus septimae decimae et XVIII. actionis.* Theodorus[4] humilis presbyter[z]) sanctae Romanae ecclesiae locum gerens Agathonis ter beatissimi universalis papae[a]) subscripsi. Georgius humilis presbyter sanctae Romanae ecclesiae[b]), *ut supra.* Johannes humilis diaconus sanctae Romanae ecclesiae[c]), *ut supra.* § Georgius misericordia Dei episcopus Constantinopoleos novae Romae definiens subscripsi[d]). § Petrus[e]) misericordia[f]) Dei presbyter et locum servans apostolicae sedis Alexan-

---

f) Georrio V_1, *P, Bb' semper, sed* Gegorrius *L.* g) venerunt *G, N.* h *deest Conc.* i) et vicario *Mansi passim.* k) venerabili *add. Conc.* l) Theodoro V_1. m) vero *G, N,* V_1, *Bb'.* n) throni *Mansi.* o) et Joh. ep. civ. Port. — civ. Patern. *om. G, verbis* civ. Regit. *subdit N.* p) tatis Patern. — episcopo civi *om. L.* q) Deo amabilium *Mansi.* r) *om. P.* s) ac V_1. t) accusatione *N.* u) venerabilis *Conc.* v) *om. G.* w) consensit V_1, *P.* x) huiusmodi deponatur *add. Mansi.* y) nudetur V_2. z) episcopus *Mansi.* a) urbis Romae *add. Conc.* b) et cetera *add.* V_1, *P, inser. L in marg. m. 3.* c) et cetera *add. G,* V_1, *P.* d) subscripsit *Bb' semper.* e) Petrus — ss. *om. N.* f) miser. Dei *om. Mansi.*

2 Merlin f. 55, Mansi col. 346. 3 Merlin f. 59', Mansi col. 366. 4 Merlin f. 85, Mansi col. 639.

drinae magnae civitatis subscripsi. § Theophanes[g]) episcopus Theopoleos, id est Antiochiae, diffiniens subscripsi[h]) Georgius humilis presbyter locum gerens Theodori[i]) Deo amabilis presbyteri et loci servatoris apostolicae sedis sanctae Christi Dei nostri Hierosolymorum civitatis subscripsi[k]), § Johannes[l]) misericordia Dei episcopus Thessalonicensis et vicarius apostolicae sedis Romae legatus definiens subscripsi. Theodorus misericordia Dei episcopus civitatis Tremituntae insulae Cypri et locum[m]) gerens Epiphanii archiepiscopi eiusdem insulae Cypri definiens subscripsi. § Theodorus humilis presbyter sanctae Ravennatis ecclesiae locum gerens Theodori beatissimi archiepiscopi subscripsi. § Johannes indignus sanctae Portuensis ecclesiae episcopus legatus totius concilii sanctae sedis apostolicae[n]) urbis Romae definiens[o]) subscripsi. § Stephanus[p]) misericordia Dei episcopus Corinthi et legatus apostolicae sedis antiquae Romae definiens[q]) subscripsi. § Basilius misericordia Dei episcopus et metropolitanus civitatis Gortinae insulae Cretae et legatus totius concilii apostolicae[r]) principalis sedis antiquae Romae definiens[s]) subscripsi. § Abundantius[t]) humilis episcopus sanctae ecclesiae civitatis Tempsanae legatus totius concilii sanctae sedis apostolicae urbis Romae definiens subscripsi. § Johannes indignus episcopus ecclesiae Regitanae legatus totius concilii sanctae[u]) sedis apostolicae urbis Romae definiens[v]) subscripsi. *Et post hos subscripserunt reliqui episcopi*[w]).

C. 96.[a]) Ex[b]) historia Anastasii[1].

Athanasius Alexandrinus[c]) et Paulus Constantinopolitanus[c]) et quotquot pro rectitudine fidei[d]) ab Arrianorum synodo abiecti fuerant Romam ad Julium confugerunt, et unusquisque de se Julium docuit, quos ille cum litteris ecclesiis suis restituit. Athanasius autem et Paulus, et qui cum ipsis erant, litteris Julii papae Romani freti thronos proprios receperunt. *Et post pauca.* Ceterum[2] Constantius[e]) Liberio scribenti sibi pro[f]) Homousion et sacratissimo Athanasio iratus mittit et hunc exilio rele-

---

g) mis. Dei *add. Conc.* h) *om. G, N,* suis *P passim.* i) Theodoli *G, N, L, Bb'.* k) *om. P,* suis *N passim.* l) *in N* Johannes ep. Thessal et Theodorus ep. Tremituntae *inverso ordine positi sunt.* m) colum *G, N, codd. A²*. n) antiquae Romae *N.* o) defensori ss. *N.* p) *subscriptionem Stephani L in marg. m. 2 inser.* q) defensori *G, N, Bb'.* r) sanctae sed. apost. urbis Romae *N.* s) defensori *G, N, ex* defensori *L m. 2.* t) *subscriptionem Abundantii om. N.* u) *om. V_2 J.* v) defensori *G, N.* w) plures V_2.

C. 96. a) *rubrica deest codd. A.* De episcopis a Julio papa restitutis et Liberio in exilio religato et Felice pro eo consecrato *M, Bol., V_2, V_4.* b) *inscriptionem inser. L m. 2.* c) *deest Anast.* d) pro rect. sermonis abiecti *Anast.* e) Constantinus *N, ex* Constantinus *corr. L.* f) proomusion *G, L,* pro homusion *Pm,* pro omusion *Bb'.*

1 Anastasii Bibliothecarii Chronogr. tripertita II p. 88. 2 p. ead.

gari[g]) precepit apud Brethanniam[h]) Thraciae[i]). Tuncque pro illo Felicem consecraverunt, qui diaconus fuit ecclesiae et Nicenum amplectebatur concilium. *Et paulo post.* Sane[3] Romanis postulantibus coactus revocat Liberium et sedi restituit. Felix vero egressus urbem ulterius minime rediit. *Item infra.* Populus[4] autem Eusebio defuncto Paulum throno Constantinopoleos reddunt[k]) dicentes, quod Romam ad Julium profectus fuerit et ab eo cum eius[l]) litteris remeavit. *Item infra.* Interea[5] Liberius papa Romanus et Athanasius et Meletius et Samosatensium[m]) Eusebius, qui Jobiani[n]) precepto ab exilio fuerant revocati, in orthodoxo[o]) sermone vigebant et[p]) Hierosolymitanus Cyrillus. *Et paulo post.* Mittunt[6] autem et Liberio Eustathium[q]) Armenum et Silvanum Tharsensem[r]) ac Theophilum Castavalensem[s]) promittentes[t]) per ipsos recipere se Homousion[u]). Qui pervenientes Liberio scriptum pro Homousion[v]) porrexerunt libellum, profitentes se omnem heresim aversuros, quae synodi ⟨l. synodo⟩ Nicenae foret adversa. Quibus et receptis Liberius communicavit scribensque Orientalibus testimonium illis[w]) perhibuit orthodoxiae.

C. 97.[a])

Mundi[1] anno 6029[b]), divinae incarnationis anno 529[c]), decimo Justiniani imperii Agapitus Romanus episcopus ascendens Constantinopolim synodum celebravit contra impium[d]) Severum et Julianum Alicarnasensem et ceteros Theopascitas, inter[e]) quos et Anthimus ut consentaneus eorum depositus a throno proiectus[f]) est[g]), cum episcopatum tenuisset[h]) regiae urbis mensibus X, et consecratus est[i]) pro eo Mennas presbyter et exenodochus[k]) Samso[l]) ab Agapito papa Romano. Porro Agapitus dormivit ibi[m]) et successit ei Silverius.

---

g) religari *codd. A*[1]. h) Brittanniam *N*, Britaniam *alii codd.* i) Thracae *Anast.* k) reddidit *Bb'*. l) *deest Anast.* m) Samotensium *N*, *Bb'*. n) Jov(b V_2)iniani V_1, V_2, Joanni V'_4. o) orthodoxiae *Anast.* p) nec non et *Anast.* q) *ex* Eustachium *G*, Eustachium *N*, V_1, Estach. *L*. r) Tars. V_1, *Anast.* s) Castavallaensem *Pm.* t) promittens *G*; repromittentes *Anast.* u) omosion *G*, *L*. v) omosyon *L*. w) illud *G*.

3 p. ead. 4 p. 89. 5 p. 91. 6 p. ead.

C. 97. a) Quod Agapitus papa synodum contra Theopascitas Constantinopoli celebravit, *M*, *Bol.*, V_2, V_4, *Bb*, in qua Anthimum deposuit et Mennam consecravit *add. Bol.*, V_2, V_4. In eadem V_2. b) XIXXVIIII *N*. c) DXXVIII *G*. d) imperium *G*. e) item *P*. f) eiectus V_2, V'_4. g) et exivit *Anast.* h) rennuisset *N*, optin. *Anast.* i) *om. L*. k) xenodochius *P*, *N*, xenodoxus *L*, V_2 *J*, senodoxius *Bol.*, senodoxus V'_4, xenodochiis *Bb'*. l) Sanso *N*, *idem ex* Saniso *corr. L*, Sampson *Anast.* m) Byzantii et consecratus est pro eo Silv. *Anast.*

1 Anastasius Biblioth. l. c. p. 140.

C. 98.[a])

Anno [1] XX. imperii Justiniani capta est Roma a Gothis et papa Vigilius venit Constantinopolim et susceptus est[b]) ab imperatore cum ingenti honore[c]), repromittebat facere unitatem catholicae ecclesiae et anathematizare III capitula; quique excommunicationem quatuor mensium dedit Mennae Constantinopolitano episcopo in epitimium. Indignatus[d]) autem imperator contra Vigilium[e]) propter epitimium, et quia differebat[f]) implere quae videbantur super unitate ecclesiarum misit, ut comprehenderetur. Qui metuens impetum imperatoris ad altare Sergii martyris monasterii Hormisdae confugit, et inde tractus tenuit columpnas portantes altare et has evertit, cum esset in[g] corpore grandis. Imperator autem poenitentia ductus suscepit papam Vigilium, qui[h]) rogatus a Theodora Augusta suscepit Mennam patriarcham Constantinopolitanum[i]) in[k]) festivitate apostolorum. *Et paulo post.* Januario [2] vero mense suppositum est nomen[l]) Mennae patriarchae Constantinopolitani et prepositum[m]) est nomen Vigilii precellens in diptychis. *Et infra* [3]. Anno imperii Iustiniani XXVI facta est sancta et universalis quinta synodus contra Origenem vesanum et Didymum caecum et Euagrium, et[n]) rursus[o]) contra III capitula. Vigilius vero[p]) Romanus convenientibus non consedit. Dimissus autem[q]) multimodis[r]) ab imperatore in Hillirico moritur rediens Romam.

C. 99. De conciliis ex apostolica auctoritate congregatis contra diversas hereses. Ex XVIII[a]) actione VI. s y n o d i [1].

Cum[b]) Arrius divisor atque partitor trinitatis insurrexisset, continuo Constantinus semper Augustus et Silvester laudabilis magnam atque insignem contra eum in Nicena[c]) ⟨l. Nicea⟩ synodum congregaverunt. § Cum[d]) vero Macedonius Spiritus sancti negavit deitatem et dominantem conservum predicaret, maximus imperator Theodosius et Damasus fidei adamas, cuius solidam mentem aggressiones atque conflictus alienarum[e]) sectarum nullatenus sauciarunt, Gregorius[f]) et Nectarius in hac regia urbe[g]) sacrilegam eius linguam a sacerdotio absciderunt. § At[h]) cum

---

C. 98. a) Quod papa Vigilius venit Constantinopolim et Mennam excommunicavit episcopum *M*, V_2, V_4, *Bb'*. In eadem V_2. b) *deest Anast.* c) qui *add. Bol.*, V_2, V'_4. d) indignatus — Epithimium *om. N*, gnatus — Epithimium *in marg.* V_1, indignatus — et quia *inser. L m. 2*, est *add. G.* e) Julium *L.* f) deferebat *G.* g) gravis et corp. *Anast.* h) et rog. Vigilius *Anast.* i) 29. die mens. Jun. *add. Anast.* k) *deest Anast.* l) *om. N.* m) propositum *N.* n) *quinque verbis praetermissis.* o) Rufum V'_4. p) autem *Anast.* q) *om. N.* r) multis motis *Anast.*

[1] Anastasius Bibl. l. c. p. 143. [2] p. 144. [3] p. ead.

C. 99. a) VIII *Bb'*, *inscriptionem* V_1, *L* (*m. rec.*) *in marg. pon.* b) Dum *P* (*ex* Cum), *L.* c) in Nycenam (Nic. V_2) syn. *Bol.*, V_2, *solum* Nicenam *Bb'.* d) *post pauca.* e) aliarum *N.* f) Gregoriusque V_1, *P.* g) conventum congregabant et *Conc.* h) *paucis neglectis.*

[1] Merlin t. II f. 87', Mansi t. XI col. 662 sq., mutatis verbis; cf. c. 95.

Nestorius Christum divideret et partiretur, Coelestinus et Cyrillus cum Domino conspirantes divisorem deiecerunt; hoc Ephesus et ibidem gestorum tabulae per litterariam vocem[i]) dum sileant causas ipsas locuntur. § Deinde[k]) Euthicetis insania delirante alteram fabulam ipsiusque Salvatoris humanitatem penitus recusantem et umbrosam quandam eius ad nos[l]) similitudinem prestigiantem[m]) Leonis tabula[n]) tamquam leonis rugitus viriliter ex Roma vociferans archimandritam bestiam perterruit atque a monachico grege proiecit eiusque[o]) phantasias evanescere fecit. Hanc profecto a Deo inscriptam tabulam Marcianus imperator et Anatholius Constantinopolitanus antistes cum omni Chalcedonensi concilio amplexi[p]) sunt et cum hac consonantes Euticetis et Dioscori intellegentiam evacuaverunt. § Sic igitur post haec Vigilius Justiniano piissimo consonavit, et quintum concilium constitutum est, et quorumdam opuscula repleta abominatione anathematizata sunt. § His[q]) ita se habentibus, inspiratione sancti Spiritus conspirante, nos CLX invicem consonamus et consentimus et Agathonis beatissimi patris nostri et summi papae dogmaticis litteris nec non et suggestioni sanctae quae sub eo est synodi CXXV patrum concordamus. *Et infra.* Et[2] anathemati subicimus[r]) Theodorum Pharanitanum Sergium et Paulum et Pirrum[s]) et Petrum et Honorium et Macharium et Stephanum discipulum eius et Polichronium et omnes[t]) qui constituerunt vel qui constituere presumunt unam voluntatem et unam operationem in domino[u]) nostro Jesu Christo. Summus[v]) autem nobiscum concertabatur apostolorum princeps; illius enim imitatorem et sedis successorem habuimus fautorem et divini sacramenti mysterium illustrantem per litteras. Confessionem nobis illa Romana antiqua civitas obtulit et dogmatum diem[w]) a[x]) vespertinis partibus extulit. Carta et atramentum videbatur et per Agathonem Petrus loquebatur.

C. 100. Quod papa defensoribus adauxit regionarium[a]) honorem, et ut inter clericos sederent[b]). Gregorius[1] Bonifacio primo defensori. *Post pauca.*

Quia igitur defensorum officium in causis ecclesiae et obsequiis noscitur laborare pontificum, hac eos concessa perspeximus[c]) recompensationis prerogativa gaudere constituentes, ut sicut in schola notariorum

i) voces *Bb'*. k) demum V_1. l) a domino *G, N, ex* a dom. *L m. 2.* m) prestigantem *fere omnes codd.* n) *Merlin et Mansi.* o) et eius *G*, et eiusque *L*, eius V_2. p) amplexati *P.* q) *paucis praetermissis col. 663.* r) subiecimus *codd.* A^2. s) Phyrrum *G, L,* Pyrrum V_1, *P,* Phirrum *Bol.,* Phyrrhum V_2, Pyrrhum *Bb'.* t) *om. G, N, inser. L m. 2.* u) in dispensatione *Merlin*, in disp. humanitatis Christi *Mansi.* v) *post pauca.* w) *om. N.* x) ac *N.*

[2] Col. 663 i. f., 666.

C. 100. a) adiunxit *M, Bol.,* V_2. b) sedere debent *Bol.* c) prospeximus *Hartmann.*

[1] Gregorius I, Registr. VIII 16, Mon. Germ. Epist. t. II, p. 18; Jaffé-W. 1503.

atque subdiaconorum per indultam longe retro pontificum largitatem sunt regionarii constituti, ita quoque in defensoribus VII, qui ostensa suae experientiae utilitate placuerint, honore regionario decorentur. Quos quolibet per absentiam pontificis et sedendi in conventu clericorum habere licentiam et honoris sui privilegia[d]) in omnibus statuimus obtinere. Preterea[e]) si quis ad prioris locum veniens in alia fortasse provincia propter utilitatem propriam degit[f]), hunc necesse est primatus loco[g]) per omnia curare[h]), ut ille prior defensorum omnium possit existere qui et ante prioratus locum in ecclesiasticis utilitatibus obsequiis pontificis non destitit per sedulam presentiam permanere. Haec itaque constitutionis nostrae decreta neminem[i]) pontificum in totum partemve[k]) ea qualibet occasione convelli decernimus vel mutari[l]).

C. 101. Item[a]) quod Gregorius papa Romano defensori adauxit[b]) honorem. Gregorius[1] Petro subdiacono Siciliae de diversis causis[c]). *Inter cetera.*

Romanum[2] defensorem in gratia familiariter recepi, coram clero polypticum deduxi, presbyterium ei auxi, in loco eum superiorum[d]) inter defensores posui collaudans coram omnibus fidem eius, quia ita se in obsequio tuo fideliter gesserit. Quem idcirco ad te celeriter retransmisi.

C. 102. Quod episcopi, qui Romam convenerant, ob ea quae Symmacho papae ab adversariis dicebantur noluerunt in illum sententiam proferre, sed Dei[a]) iudicio commendaverunt[b]).

Cum[1] ex diversis provinciis ad urbem Romam convenire sacerdotes regis Theoderici precepisset auctoritas, ut[c]) de his quae venerabili papae Symmacho apostolicae sedis presuli ab adversariis ipsius dicebantur impingi sanctum concilium iudicaret, Liguriae[d]) Emiliae episcopi seu Venetiarum suggesserunt[e]) ipsum qui dicebatur impetitus debuisse synodum convocare, scientes, quia eius sedi primum Petri apostoli meritum vel principatus, deinde secuta iussione[f]) Domini conciliorum venerandorum auctoritas singularem in ecclesiis tradidit potestatem nec ante dictae sedis antistitem

---

d) privilegio V_2. e) propterea V_2. f) *ex* tegerit *L*. g) locum *Hartm.*, loco (*an* loca? *L m. 2*) omnia procurare *codd. A*[2] (*ex* locus per omnia curare *corr. L m. 2*). h) carere *Mommsen*. i) *post pauca*. k) partem vel *N*. l) *ex* imitari *L m. 2*.

C. 101. a) *rubricam in tabula exstantem hic om. Bol.* b) auxit *codd. A*[2]. c) *inser. L m. 2.* d) superiori *Greg.*

1 Gregorius I, Registr. II 38, Mon. Germ. Epist. t. I p. 134; Jaffé-W. 1186. 2 immo fratrem Cyriacum, p. 135.

C. 102. a) *om. codd. A*[2]. b) Ex constituto synodali Theoderici (Theodelrici V_2) regis pro accusatione Symachi papae *Bol.*, V_2, *in marg.* c) et *P.* d) et *add.* V_1, *P*, *inser. L m. 2.* e) *post pauca, n. 2.* f) iussionem *Thiel.*

1 Synodus palmaris habita Romae a° 501, Thiel p. 658 sq.; Th. Mommsen, Auct. antiquiss. t. XII p. 426, 429—432; Maassen § 287, 4b.

minorum subiacuisse iudicio. *Et infra*[2]. Ad haec serenissimus rex Deo aspirante respondit: in synodali esse arbitrio in tanto negotio sequenda prescribere, nec aliquid ad se preter reverentiam de ecclesiasticis negotiis pertinere; committens etiam potestati pontificum, ut, sive propositum vellent audire negotium sive nollent, quod magis putarent utile deliberarent, dummodo venerandi provisione concilii pax in civitate Romana daretur. *Et post pauca.* Invitavimus[3] senatum amplissimum quali oportuit legatione destinata monentes et instruentes: causas Dei ipsius esse iudicio committendas qui valet corpus occidere et animam mittere in Gehennam, qui
Rom. 12, 19. dicit: 'Mihi vindictam, ego retribuam', apud quem conscientia nuda est,
Heb. cui non absconduntur occulta. Cogitare prudentes viros oportere non[g])
10, 30. esse ovium lupi insidias previdere sed pastoris. Apostolicae[h]) sedi quod possessor eius quondam beatus Petrus meruit, in nobilitatem[i]) possessionis accessit[k]), et claritatem veterem[l]) dat de Christi dote rectoribus. *Et infra.* Symmachus[4] papa sedis apostolicae presul ab huiusmodi oppositionibus impetitus, quantum ad homines respicit, sit inmunis et liber. Cuius[m]) potestati quicquid ecclesiastici iuris intra sacram urbem Romam vel foris est reformamus, totam causam Dei iudicio reservantes. § De[5] clericis vero memorati papae, qui ab episcopo suo ante tempus[n]) contra regulas discesserunt et scisma fecerunt, hoc fieri decrevimus, ut eos satisfacientes episcopo suo misericordia consequatur[o]) et officiis ecclesiasticis se gaudeant restitui. Quicumque[p]) vero in[q]) Romana ecclesia deinceps missas celebrare presumpserit preter conscientiam Symmachi papae, dum vivit, statutis canonicis velut scismaticus percellatur. Et ista nos sufficiat[r]) cum Dei notitia sincere protulisse[s]). § Laurentius episcopus ecclesiae Mediolanensis huic statuto nostro, in quo totam causam Dei iudicio commisimus, subscripsi[t]). § *Petrus episcopus ecclesiae Ravennatis sub eisdem verbis subscripsit et post eum LXXV episcopi.*

C. 103. De congreganda synodo in Chalcedonensium civitate. Victores Valentinianus et Marcianus semper Augusti Deo amabili synodo[1]. *Inter cetera.*

Licet plurimarum rerum[a]) publicarum nobis sit[b]) remorandi necessitas, tamen preponendam omnibus curam sanctae et orthodoxae fidei

---

g) *paucis neglectis p. 664.* h) *iterum aliquibus praetermissis at verbis* apostolicae sedis *insertis* p. 665. i) nobilitate *Syn.* k) accepit *N.* l) novis *add. Syn.* m) *paucis praetermissis.* n) aliquod *add. Syn.* o) subsequatur *Mommsen.* p) quisquis *Syn.* q) *post pauca.* r) sufficiant *Thiel.* s) praetulisse *Thiel.* t) *ita V₁, P;* subscripsit *G, N, L et alii codd.*

2 n. 8, p. 663. 3 n. 9. 4 n. 19, p. 665. 5 n. 11, p. 666.

C. 103. a) publicarum causarum *Rust.* b) hic *add. Rust.*

1 Litterae missae ad synodum in Nicaea de transeundo ad Chalcedonam, ex Collectione Rustici. Mansi t. VI col. 558, Maassen § 758 n. XXXIV.

iudicamus[c]). A reverentissimo namque Leone, archiepiscopo felicissimae urbis Romae, venerunt legati et poposcerunt nostram[d]) tranquillitatem, quatenus omnimodo nos adesse debeamus[e]) affirmantes, quoniam non paterentur illi absente nostra pietate venire. *Et infra.* Unde [2] si perspicit vestra religio, in Chalcedonensium civitatem venire dignamini. Illuc enim percurremus[f]), licet hic nos publicae causae retineant, quoniam quae prosint verae et orthodoxae fidei et paci et disciplinae[g]) sanctarum et[h]) catholicarum ecclesiarum omnibus arbitramur esse preponenda[i]) nec dubitamus, quoniam etiam vestrae sanctitati hoc placeat.

C. 104. Quod imperatores ad Chalcedonense concilium convenerunt[a]), non ad potentiam ostendendam sed ad[b]) fidem confirmandam. In sexta actione Chalcedonensis concilii Marcianus [1] imperator dixit inter cetera:

Nos enim ad fidem confirmandam, non ad potentiam[c]) ostendendam exemplo religiosissimi[d]) principis Constantini synodo interesse volumus, ut inventa veritate non ultra multitudo pravis doctrinis attracta discordet. *Item in eadem.* Quaedam [2] capitula sunt quae ad honorem vestrae et reverentiae nobis[e]) servavimus, decorum esse iudicantes a vobis haec regulariter potius firmari per synodum quam nostra lege sanciri. Et iubente eodem[f]) Beronicianus[g]) vir venerandus[h]), secretarius divini consistorii, capitula[i]) relegit.

C. 105. Ut si quis litem habens iudicium expectet[a]) episcoporum, mox illi concedatur, et quod[b]) illi confirmaverint[c]) nullus iudex audeat retractare[d]).

Volumus [1] atque precipimus, ut omnes nostrae ditioni auxiliante Deo subiecti tam Romani quam Franci Alamanni[e]) Baiovarii[f]) Saxones Toringi Fresones[g]) Galli Burgundiones Britones[h]) Longobardi Uuascones[i]) Beneventani Gothi Hispani ceterique omnes subiecti nobis quocumque videantur legis vinculo constricti vel consuetudinario more connexi hanc

---

c) iudicavimus *Bb'*. d) a nostra tranquillitate *Rust.* e) sancto concilio *add. Rust.* f) procurremus *Bb'*. g) et *add.* V_1, *P.* h) *om.* V_1, *P.* i) *sic* V_1, *P, Bb'*, proponenda *G, N et alii codd.*

2 Paucis praetermissis col. ead.

C. 104. a) *ita codd.* A^2, convenerant *G, N et alii codd.* b) ob *codd.* A^2. c) poenitentiam *P, idem ex* potentiam *L m. 2.* d) religiosi *Rust.* e) nobis *G, Bb'*. f) divinissimo et piissimo principe nostro *Rust.* g) Berocinianus *N*, Berocianus *codd.* A^2 (*ex* Benoritianus *L m. 2*). h) devotus *Rust.* i) caput *G*, V_1, *P.*

1 Coll. Rustici, Mansi t. VII col. 134, Maassen § 759. 2 col. 174.

C. 105. a) expetat V_1, expetit *P, L, Bb'*. b) quae V_1. c) confirmaverint *G.* d) *Inscriptio deest G, N,* V_5, *Bol.* In capitularibus Karoli imperatoris *in codd.* A^2 (V_1, *L in marg.*) *et aliis.* e) Alamm. V_5. f) Boiauarii *L*, Bauuarii V_2 *J.* g) Fressones V_2 *J.* h) Britt. *N, Bb'*. i) Uaiascones *G, L,* V_5, Vaiosc. *Bb'*.

1 Benedictus Levita II 366, ed. H. Pertz, Mon. Germ. Leges t. II p. 2, p. 91.

sententiam, quam ex[k] XVI Theodosii imperatoris libro capitulo videcilet XI ad interrogata Ablavii ducis >quam< illi[l] et[m] omnibus prescriptam[n] misimus[o] et inter nostra capitula pro lege tenenda consultu omnium fidelium nostrorum[p] posuimus lege cuncti[q] perpetua teneant, id est: 'Quicumque litem habens, sive[r] petitor fuerit vel initio[s] litis vel decursis temporum curriculis, sive cum negotium peroratur sive cum iam coeperit promi sententia, si[t] iudicium elegerit sacrosanctae legis antistitis, illico sine aliqua dubitatione, etiamsi alia pars refragatur, ad episcoporum iudicium cum sermone litigantium dirigatur. Multa enim quae in iudicio copiosae[u] prescriptionis vincula promi non patiuntur, investigat[v] et promit sacrosanctae religionis auctoritas. Omnes itaque causae quae[w] pretorio iure vel civili tractantur episcoporum sententiis terminatae[x] perpetuo stabilitatis iure firmentur, nec liceat ulterius retractari negotium[y] quod episcoporum sententiis deciderit. Testimonium etiam ab uno licet episcopo perhibitum omnes iudices indubitanter accipiant. Nec alius audiatur, cum testimonium episcopi a qualibet parte fuerit repromissum. Illud[z] enim veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod a sacrosancto[a] homine conscientia mentis illibatae pertulerit. Hoc nos edicto[b] salubri firmamus et perpetua lege tenendum censemus'.

C. 106. Ut episcopi et ceteri ordines ecclesiastici ad publicas leges non pertrahantur. Valentiniani Theodosii Archadii cap.[a] [1]

Continua lege sancimus[b], ut nullus episcoporum vel eorum qui ecclesiae necessitatibus serviunt ad iudicia sive ordinariorum sive extraordinariorum iudicum pertrahantur (sic). Habent illi[c] suos iudices, nec quicquam his publicis commune cum legibus.

C. 107. Ut administratores saecularium dignitatum, dum ab episcopis et ecclesiasticis viris conventi fuerint, querimonias eorum diligenter examinent et corrigant. Johannis VIII[a] [1] papae capitulum[b] XIII.

Administratores plane saecularium dignitatum, qui ad ecclesiarum tuitionem pupillorum ac viduarum protectionem rapaciumque refrenationem

---

k) CXVI *pro* ex XVI *Bb'*. l) illis *N, codd.* A^2. m) aliis *add. Bol.* V_2. n) perscr. *Bb'*, rescriptam *Ben. Lev.* o) sumpsimus *Ben. Lev.* p) tam clericorum quam laicorum *add. Ben. Lev.* q) legem cunctis p. tenendam *H. Pertz* r) possessor sive *add. Ben. Lev.* s) in initio *Bol.*, V_2. t) sed *codd.* A^2 (*ex* si *L m. 2*). u) *om. N*; captiosae *Ben. Lev.* v) investigate *codd.* A^2 (*ex corr. L m. 2*). w) vel *add. Ben. Lev.* x) terminare *Bol.*, t . . . ae V_2 *J.* y) iudicium *Ben. Lev.* z) est *add. Ben. Lev.* a) sacrosancta *N.* b) edictum *N*; *finis capitis paulum differt a Ben. Lev.*

C. 106. a) *inscriptio in* V_1, *L (m. 2) in marg.* b) sancimus, nomen episcoporum . . . ne ad iudicia . . . pertrahatur *Const. Sirm.* c) illis, *litt.* 's' *inserta L.*

1 Ex Constitutione Sirmondiana 3, Theodosiani Libri XVI, ed. Th. Mommsen I p. 2, p. 910.

C. 107. a) papa VIIII *N.* b) cap. XIII *om. N, P,* cap. XVII V_1, *L* (*m. 2*) *in marg.*

1 Synodi Ravennatis a. 877 c. 13, Mansi t. XVII col. 339; Jaffé-W. 3109.

constituti esse procul dubio debent, quotiens ab episcopis et ecclesiasticis viris conventi fuerint, eorum querimonias attentius audiant, et secundum quod necessitas expetierit absque neglegentia examinent et diligenti studio corrigant. Quod si Dei[c] timorem pre oculis non habentes neglegere[d] post secundam et tertiam admonitionem inventi fuerint, omni se noverint communione usque ad condignam satisfactionem privatos.

C. 108. Ut presides litteras accipiant communicatorias[a], cum promoti fuerint, et sint sub cura eius episcopi, in cuius loco presidatum gerunt. Ex concilio A r e l a t e n s i[b] [1] capitulum VII.

Qui[c] fideles ad presidatum prosiliunt[d], ita[e] placuit, ut cum promoti fuerint litteras accipiant ecclesiasticas communicatorias, ita tamen, ut in[f] quibuscumque locis gesserint ab episcopo eiusdem loci cura de illis agatur[g], ut, cum[h] coeperint contra[i] disciplinam publicam[k] agere, tunc demum a communione excludantur.

C. 109. Quod Spiritum sanctum blasphemant, qui contra sacros canones proterve agunt. D a m a s u s [1] papa Aurelio episcopo Carthaginensi[a].

Violatores canonum voluntarii[b] graviter a sanctis patribus iudicantur et a sancto Spiritu, cuius instinctu ac dono dictati[c] sunt, dampnantur, quoniam blasphemare Spiritum sanctum non incongrue videntur qui contra eosdem sanctos canones non necessitate compulsi sed libenter, ut prefixum est, aliquid[d] aut proterve agunt aut loqui presumunt aut facere volentibus sponte[e] consentiunt. Talis enim presumptio manifeste unum genus est blasphemantium Spiritum sanctum, quoniam, ut iam prelibatum est, contra eum agit cuius nisu et gratia idem sancti canones sunt editi[f].

C. 110. Quod in dampnatis quaedam sententia servata fuit[a] arbitrio papae. G r e g o r i u s [1] papa Johanni episcopo Corinthiorum.

Aequitatem atque sollicitudinem Secundini fratris et coepiscopi nostri, quae olim bene nobis est cognita, etiam series iudicata[b] monstravit. In qua re valde placuit laetosque[c] reddidit, quia in causa Anastasii quondam

---

c) fidei *G, N.* d) *L m. 2 ex corr.*

C. 108. a) commonitorias *G*, communitorias *N.* b) *inscriptio V₁, L (m. 2) in marg.* c) De presidibus qui *Merlin et Mansi.* d) prosiluerint *N.* e) *deest Mansi.* f) *deest Merlin.* g) et *add. Mansi.* h) *om. V₁, P, postea del. L m. 3.* i) cum disciplina publica *Merlin.* k) *deest Mansi.*

1 Conc. Arelatense I a. 314, J. Merlin Conc. Coll., Colon. 1530, t. I f. 89, Mansi t. II col. 471, Maassen Gesch. § 166.

C. 109. a) Cartaengi *G*, Cartagini *N*, *ex* cartengi *L m. 2.* b) voluntariae *Ps. Dam.* c) ditati *N, V₁, P.* d) aut aliquid *N.* e) *om. V₂ J.* f) edicti *N.*

1 Ps. Damasus p. 21.

C. 110. a) *om. N.* b) indicata *G*, series cogn. iud. *N*, iudicati *Ewald.* c) legatosque *P*, nos *suppl. M in marg. man. 2; add. Greg.*

1 Gregor. I Registr. V, 57, t. I p. 360; Jaffé-W. 1373.

episcopi quam ei examinandam iniunximus vigilantiam suam et[d]) diligenter exercuit et cognita crimina, ut iusticia poscebat et[e]) oportuit, vindicavit. Sed in[f]) his omnibus gratias omnipotenti Deo referimus, qui desistentibus quibusdam accusatoribus cognitioni[g]) eius veritatem, ne tantorum causa facinorum latere potuisset,[h]) ostendit; quoniam vero in eadem sententia in qua suprascriptum Anastasium iuste dampnatum constat[i]) atque depositum, sic quasdam suprascriptus frater et coepiscopus noster ultus personas, est ut nostro arbitrio reservaret, idcirco quid de eis tenendum servandumque sit presenti epistola signare[k]) perspeximus. Paulum itaque diaconem latorem presentium quamvis culpa sua vehementer confundat atque redarguat, quod deceptus promissione ab[l]) accusatione quondam episcopi sui destiterit et cupiditatis studio silere contra[m]) animam suam potius quam prodere verba[n]) consensit[o]), tamen quia pios[p]) plus esse nos[q]) convenit quam districtos, hanc ei culpam ignoscimus atque eum in ordine locoque suo recipiendum esse censemus. Nam ei a tempore prolatae sententiae afflictionem quam pertulit credimus ad vindictam huius posse culpae sufficere. Eufemium vero atque Thomam, qui pro deserenda[r]) accusatione sacros ordines acceperunt, eisdem ordinibus privatos esse atque ita ut[s]) sunt depositi volumus permanere, nec umquam eos sub qualibet excusationis specie in sacros ordines revocare[t]) decernimus.

C. 111.[a]) Ex gestis[b])[1] Damasi papae.

Iratus[c]) est vehementer Constans[d]) <l. Constantius> imperator contra Liberium et iussit eum[e]) extra civitatem habitare. Habitabat[f]) autem ab urbe Roma milliario[g]) tertio quasi exul in cimiterio Novellae[h]) via Salaria. Veniente[i]) autem die paschae vocavit universos presbyteros[k]) Romanos et diacones[l]) et sedit in eodem cimiterio et dixit: 'Nolite timere quia[m]) vobiscum ego[n]) non habito[o]) in civitate[p]), habetis vicarium nostrum[q]) fratrem et compresbyterum[r]) Damasum, cuius testimonium vos mihi per-
th. hibuistis'[s]). *Et paulo post*: 'Domini sancti et compresbyteri, nolite cogi-
34. tare de crastino; sic[u]) enim dixit magister noster'[v]).

---

d) met V_2 *J.* e) *ex* et *faciunt* ut V_1, *L* (*m.* 2), ut *P.* f) pro *Ewald.* g) cognitionis *codd. A*² (*L ex* cognitioni *m.* 2) h) potuisse *G, litteram* 't' (potuisset) *suprascrib. L et M man.* 2. i) esse *add. Ewald.* k) figurare *Bb'.* l) ab accus. *inser. L. m.* 2. m) *om.* V_2. n) vera *Greg.* o) concessit *solus L.* p) plus nos esse misericordes convenit *Ewald.* q) *om. N.* r) deferenda *G*, defendenda *N.* s) sicuti *Greg.* t) revocari V_1, *P.*

C. 111. a) De Liberio papa et admonitione eius *M, codd. bB*, V_4 *et Bb'.* b) *inscrib.* V_1, *L* (*m.* 2) *in marg.* c) *n.* 2 *col.* 90. d) *ex* Constans *corr.* Coustantius *Bb'.* e) *om. Bb'.* f) *ex* habitat *corr. M man.* 2. g) *ex* militario *L.* h) Noellae *Coust.* i) *n.* 3, *col.* 91. Veniens aut. dies *Coust.* k) cives *add. Coust.* l) *ita G*, V_2, *alii codd.* diaconos. m) quoniam *Coust.* n) *om. Bol.*, V_2. o) inhabito *Bol.* p) Roma sed *add. Coust.* q) ecce *Coust.* r) coepiscopum *Bol.*, presbyt. *Coust.* s) perhibetis *Coust.* t) *n.* 4, Dom. et sancti *Coust.* u) sicut dix. *N.* v) *deest Coust.*

[1] Gesta Liberii apocrypha, P. Coustant I col. 89, Maassen Gesch. § 557.

C. 112. [a])

Liberius [1] natione Romanus exilio deportatus est a Constantio Augusto eo quod noluisset heresi Arrianae consentire, et fecit in exilio annos IIII [b]); et congregati sacerdotes cum consilio Liberii ordinaverunt in locum eius Felicem presbyterum episcopum venerabilem. Et fecit concilium Felix et invenit duos presbyteros consentientes Constantio [c]) Augusto [d]) Arriano, nomine Ursatium [e]) et Valentem [f]), et eregit [g]) eos in concilio XLVIII episcoporum. Illi autem zelo ducti [h]) rogaverunt Constantium, ut revocaret Liberium de exilio, ut una tantum communione participaret extra secundum baptismum. Quo [i]) revocato fuit persecutio in clero, ita ut intra ecclesiam presbyteri et clerici martyrio coronarentur. Et depositus Felix de episcopatu passus [2] est in civitate Corana [k]) III. Idus Novembris.

C. 113. [a]) Ex prima actione Ephesini concilii CC episcoporum. Piissimis et Deo amantissimis Theodosio et Valentiniano [b]) semper Augustis [c]) sancta Synodus congregata in Epheso [1]. *Et infra.*

Congregatis igitur nobis in die mensis Junii secunda et XX secundum Romanos Nestorium [d]) a sacerdotio corruptaque doctrina removimus depositionem eius canonicam facientes atque laudantes Deo amantissimum et [e]) sanctissimum episcopum maximae Romae Caelestinum, qui ante nostram sententiam reprehendit heretica Nestorii dogmata et ante nos protulit adversus eum sententiam propter ecclesiarum cautelam et traditam nobis fidem ab apostolis.

C. 114. [a]) Ex tertia [b]) actione eiusdem [1]. Sanctae synodo quae per gratiam Dei congregata est in [c]) hac Ephesi [d]) metropoli Cyrillus episcopus [e]) Alexandrinus et Mennon episcopus [f]) eiusdem Ephesi. *Et infra.*

C. 112. a) De exilio Liberii papae et Felice eius consilio ordinato *M*, V_2, V_4, *Bb*. Ex pontificali V_2. b) III *Lib. pontif.* c) Costantino *L.* d) Aug. Arr. *inser. L.* e) Ursatio *G et alii codd.* f) Valente *G et alii codd.* g) eiecit *N*, exegit V_1, *P*, exigit *Bol.*, V_2, damnavit *Bb'*. h) deducti *P.* i) *post aliqua praetermissa.* k) Coarona *G*, Coarana *N*, *ex* Coarana *L*, Carrana *Bb'*.

1 Liber pontificalis P. I. ed. Th. Mommsen, XXXVII p. 77, hic illic mutatus atque in fine ex XXXVIII auctus. 2 Felix II, p. 81 ex codice quodam classis II^ae^.

C. 113. a) *numerus capitis, rubrica et inscriptio desunt N, aliis libris sola rubrica.* De canonica damnatione Nestorii *M*, *Bol.*, V_2, V_4, *Bb'*; *inscriptionem* V_1, *L* (*m. 2*) *in marg. adscribunt.* b) *ex* piissimus . . . amantissimus . . . Theodosius . . . Valentinianus *corr. N.* c) augusto *N.* d) *pluribus praetermissis, col. 562.* e) et sanct. *deest Mansi.*

1 Mansi t. V col. 561 n. XXXI, Maassen § 738 inter nn. (XXVIII) et (XXX).

C. 114. a) *rubrica et inscriptio desunt N, qui etiam numerum omittit, et codd.* V_1, *L*; *ab aliis libris sola rubrica abest.* De Johanne Antiocheno et episcopis, quos ipse damnavit. *M*, V_2, V_4, *Bb'* (iniuste damn. *M*, V_4). b) quarta *Syn.* c) *om. G, N.* d) metropoli in Ephesi *G, N.* e) *om. P.* f) *om.* V_1, *P.*

1 Mansi t. V col. 577 textu aliquantum diverso, Maassen § 738 (n. XXXVIIII).

Johannes[2] Antiocenus episcopus putans nos[g] dampnationis nomine posse percelli contumeliis intolerabilibus affecit. Et certe[h] dum haec quae Nestorium dampnaverat synodus plus ducentorum[i] numero sanctos episcopos habuerit, ille congregavit hereticos et alios accusatos XXX fere numero et neque ex constitutis[k] ecclesiasticis[l] habens potestatem aut iudicare quemquam nostrum aut omnino tale aliquid attemptare maxime contra maiorem sedem. Dum utique[m] vel si eum liceret iudicare, convenerat sequi ecclesiasticas regulas et admonere nos qui contumeliis affecti sumus cum hac universa nostra[n] synodo vocare ad satisfactionem[o]. Nunc autem nichil horum excogitans neque timorem Dei in animum habens eadem hora qua Ephesum ingressus est occulte[p] et nullo[q] nostrorum omnino sciente quod presumebatur suum delusit caput, ne dicamus ecclesiasticas leges, et sententia condempnationis iniuriatus est eos qui nesciunt usque ad[r] hodiernum diem, vel qualem habuit ad hanc rem occasionem. Quoniam igitur consequens est non sic calcari ecclesiasticas leges nec inaniter contra potiores assurgere aut talia occulte presumi, quae non faceret contra aliquem unum ultimum ecclesiae gradum tenentem et sub potestate eius constitutum, hic autem est ipse cum illis qui hoc cum eo egerunt, necessario offerimus vestrae reverentiae istos libellos, adiurantes vos per sanctam et consubstantialem Trinitatem evocare et ipsum Johannem et eos qui cum eo facinus operati sunt, ut venientes ad sanctam synodum satisfaciant de sua presumptione. Parati enim sumus docere eum iniustum et non legitimum contra nos iniuriae facinus admisisse. Acatius Melitensis[s] episcopus dixit: Non[t] erat possibile, >ut< qui se ipsos a sancta synodo subtraxerunt et adiecerunt se eis qui malae sectae Nestorii sunt coniuncti[u], presumere[v] contra priores huius sanctae universalis synodi aliquid agere nullam auctoritatem habentes omnino. Quoniam autem[w] placuit vestrae sanctitati et pro his eos ad iudicium trahi, vocentur per reverentissimos episcopos. *Et infra.* Cum[3] iam tertio per reverentissimos episcopos vocatus fuisset, Iuvenalis episcopus Hierosolymitanus dixit: Oportebat quidem Johannem reverentissimum episcopum Antiochiae ad sanctam et universalem synodum confestim ad satisfactionem illatorum sibi concurrere, et sedi apostolicae quae nobis considet magnae Romae et apostolicae Hierosolymitanae ecclesiae Dei obedire et honorem deferre, apud quam maxime sedem Antiochenam[x] mos

---

g) non *Mansi.* h) *ex* certe quae Nestorium dum haec *transpos. L.* i) contra *G, N, ex* contra *L m. 2,* ducentis *V_2 J.* k) negotiis *add. P.* l) neque ex sanctionibus imperialibus *add. Syn.* m) itaque *G.* n) vestra *G, L, Bb'.* o) satisfacionem *V_1, P.* p) occulto *V_1, P.* q) nullum *V_2.* r) in *Bol., V_2.* s) Milit. *G, N,* Milet. *Bb'*; Melitinensis *Syn.* t) *post pauca.* u) conuicti *L.* v) *paucis omissis.* w) ante *V_1, P.* x) Antiochiam *V_1, P.*

2 Pluribus omissis col. ead. 3 col. 580.

est ex[y]) apostolica consequentia et traditione[z]) regi[a]) et apud eam iudicari. § *Item ex epistola eiusdem synodi ad papam Coelestinum.* Nos[4] igitur merito indignati post tertiam vocationem tractavimus quidem aequam tam contra ipsum Johannem quam contra alios sententiam proferre legitime, quam ipse contra leges in eos qui in nullo reprehensi sunt protulit. Ut autem eius temeritatem patientia vinceret, licet iuste hoc pateretur et legitime, servavimus iudicio tuae reverentiae, et nunc interim eos sine communione fecimus, amputantes illis omnem sacerdotalem potestatem, ut nullum possint laedere per suas sententias. Eos enim qui ita ferociter et contra canones irruere solent ad pessimas et saevissimas res, quomodo non erat necessarium eam quam non habuissent etiam volentes, nos adimere eis laedendi potestatem? Fratribus igitur nostris et comministris Cyrillo et Mennoni qui hanc iniuriam sustinuerunt communicamus, evacuantes[b]) ex scripto illorum ludum invalidumque et effectu carentem modis omnibus pronuntiantes; iniuria enim erat solummodo et aliud nichil. Viri enim numero triginta, quorum alii quidem[c]) heresis sunt macula notati, alii autem sine civitatibus et eiecti, qualem habent synodi personam aut qualem virtutem contra synodum congregatam ex omni orbe? Consederunt enim nobiscum et, quia tua[d]) sanctitate destinati sunt, reverentissimi episcopi Archadius et Proiectus et cum eis reverendissimus presbyter Philippus tuam nobis presentiam in se donantes et apostolicae sedis locum replentes. Indignetur ergo tua religiositas competenter pro his quae facta sunt. Si enim data fuerit volentibus licentia et maiores iniuriis sedes afficere et contra eas in quibus non habent potestatem sic contra leges et contra canones proferre sententias, magis autem iniurias his qui pro[e]) pietate certamina sustinent, ibunt ad ultimam confusionem ecclesiae res. Castigatis autem secundum congruum modum talia audientibus vacabit omnis perturbatio et condecens canonibus reverentia ab omnibus servabitur. Ut[f]) autem omnia integre cognoscatis, quae acta sunt destinavimus gesta. *Et subscriptio synodi.* Salvum te esse, et ut memor sis nostri, in Domino deprecor[g]), dilectissime et desiderantissime. *Subscripserunt vero deinceps*[h]) *omnes episcopi nominatim*[i]).

---

y) et V_1, *P.* z) traditionem *G, L.* a) regis *G, N, L, Bol.*, *V²*. b) *paucis praetermissis.* c) *ex* quid *L m. 2.* d) tuae sanctitati *G.* e) proprietate *N, P, L.* f) *paucis praetermissis.* g) deprecamur *Syn.* h) omnes ep. deinceps *G.* i) nominati *N, Bb'.*

4 col. 646, Maassen § cit. (n. LXI).

Incipiunt capitula libri quarti.*)

---

*) *ex codice Graecensi (G).*

---

[a]) *huic capitulo et sequentibus quibusque singulis usque ad c. 43 rubrica proximi cap. attributa est in L, et num. 44 omissus.*

Incipit Liber quartus

de privilegiorum auctoritate.

C. 1.[a] Ut privilegia ecclesiarum et monasteriorum inviolata permaneant. Anacletus[b] [1] servus servorum Dei omnibus episcopis et reliquis Christi sacerdotibus in[c] Domino salutem.

Privilegia ecclesiarum et[d] monasteriorum[e] intemerata et inviolata omnibus[f] decrevimus manere temporibus. Leges ecclesiae apostolica[g] firmamus auctoritate et peregrina iudicia[h] submovemus[i].

C. 2. Quod privilegia ecclesiarum et monasteriorum auctoritate sanctorum patrum instituta non debent improbitate convelli aut novitate mutari. Leo [1] papa Marciano Augusto.

Privilegia ecclesiarum et monasteriorum[a] sanctorum patrum auctoritate instituta nulla possunt improbitate convelli, nulla novitate mutari. In quo opere auxiliante Christo fideliter exequendo[b] necesse est huius sanctae sedis pontifices perseverantem[c] exhibere famulatum. Dispensatio enim nobis credita est et ad nostrum reatum[d] tendit, si paternarum regulae sanctionum nobis consentientibus vel neglegentibus violentur.

C. 1. a) *numerus deest N.* b) *nomini depingendo spatium relictum est G.* c) in Dom. *om. Coll. min.* d) *om. 5, 11,* vel *Hinsch.* e) sacerdotum *post inser. Bb, add. 11,* sacerdotum *Ps. Anacl.* f) eius *Coll. min., 1, 10 (in ras.),* eis *cett. codd.,* omnibus *6*; eius *Ps. Anacl.* g) perpetua *N.* h) *om. 6.* i) movemus *6.*

1 Ps. Anacletus c. 15 p. 73 paulum aliter, Coll. min. c. 24.

C. 2. a) *subducta linea deletum Bb.* b) explendo *5.* c) perseveranter *G.* d) *post inser. L.*

1 Leo I ep. 104, ex c. 3 breviato, t. I p. 1149; Jaffé-W. 481, Coll. min. c. 25; cf. infra c. 10.

C. 3. Quod privilegium meretur ammittere qui permissa sibi abutitur potestate.

Privilegium[a)] [1] omnino[b)] meretur ammittere qui permissa sibi abutitur potestate.

C. 4. Quod contra sacerdotale propositum est monasterii privilegia confundere et quietem eius perturbare. G r e g o r i u s [1] Romanae[a)] ecclesiae presul Johanni Solitano[b)] ⟨l. Scillitano⟩ episcopo.

Grave nimis[c)] et contra sacerdotale constat esse[d)] propositum[e)] cuiusquam monasterii privilegia olim indulta[f)] confundere et ad irritum quae sunt pro quiete disposita niti[g)] deducere.

C. 5. Ut privilegia et ordinationes quae papa presente sunt dispositae a nullo convellantur vel mutentur. G r e g o r i u s [1] Bonifatio primo defensori.

Institutionis[a)] nostrae decreta quae[b)] sunt privilegiis et ordinatione disposita perpetua stabilitate et sine aliqua constituimus refragatione servari, sive quae scripto decrevimus seu quae in nostra presentia videntur esse disposita[c)], nec a quoquam pontificum in totum vel in partem ea qualibet occasione convelli decernimus vel mutari. Nam nimis est asperum et precipue bonis sacerdotum moribus inimicum niti quempiam[d)] quacumque rationis excusatione quae bene sunt ordinata rescindere et exemplo suo docere ceteros sua quaecumque[e)] posse constituta dissolvi.

C. 6. Quod papa sicut[a)] suae ecclesiae privilegia, ita singularum debet ecclesiarum iura defendere ac servare. G r e g o r i u s [1] Dominico Carthaginensi episcopo[b)].

De ecclesiasticis privilegiis quod vestra fraternitas scribit hoc postposita dubitatione teneat; quia[c)], sicut nostra defendimus, ita singulis qui-

---

C. 3. a) *inscriptionem:* Simplicius papa Johanni episcopo Ravennati *praefigit Bb, tantum litteris* 'cius' *man. 1, ceteris man. 2 scriptis, praecedentibus quidem litteris* 'impli' *in rasura, sequentibus verbis super lineam.* b) *deest Simpl.*

1 Simplicius papa, ep. 14, A. Thiel I p. 201; Jaffé-W. 583, C o l l. m i n. c. 26.

C. 4. a) Rom. eccl. pres. *om.* V_1, *P*, pres. Rom. eccl. *3, 4, 11, 12.* b) Salornitano *codd.* A^2 (*ex* Solitano *L m. 2*), Salonitano *ex* Solitano *M man. 2*, Salonitano *Ven.*, Scillitano *solus Bb; C o l l. m i n., Greg.* c) *ex* minus *L m. 2.* d) *ex* esset *L m. 2.* e) velle *add. Greg.* f) nitide ducere *1, 5.*

1 Gregorius I., Registr. VIII 32, Mon. Germ. II p. 33; Jaffé-W. 1521; C o l l. m i n. c. 27.

C. 5. a) constit. *Greg.* b) pro defensorum *add. Greg.* c) deposita *G, codd.* A^2 *et alii.* d) quemquam *5, 11.* e) quemque *G, ex* quaecumque *corr.* quandoque V_1, *L m. 2*, quandoque *alii codd., C o l l. m i n.; Greg.*

1 Gregorius I., Registr. VIII 16, Mon. Germ. II p. 18; Jaffé-W. 1503; C o l l. m i n. c. 28.

C. 6. a) *om.* V_1, *P.* b) salutem *add. 5, 11.* c) quod *5, 11.*

1 Gregorius I., Registr. II 52, Mon. Germ. I p. 156, Jaffé-W. 1199; C o l l. m i n. c. 29.

busque ecclesiis sua iura servamus. Nec cuilibet favente gratia ultra quam meretur impertior, nec ulli hoc quod sui iuris est ambitu[d]) stimulante derogabo; sed fratres meos per omnia honorare cupio, sicque[e]) studeo honore singulos[f]) subvehi, dummodo non sit quod alteri iure[g]) ab altero possit opponi.

C. 7. Ut ea quae ob religionis quietem ordinata sunt non violentur. Gregorius[1] Vigilio[a]) Arelatensi episcopo.

Dum[b]) piae desiderium voluntatis et laudandae devotionis intentio sacerdotalibus sit semper studiis adiuvanda, cura est sollicitudinis adhibenda, ut ea quae pro quiete religiosae conversationis sunt ordinata nec dissimulatio neglegere nec quaedam valeat presumptio perturbare. Sed sicut hoc quod ratio[c]) exigebat utiliter obtinuit[d]) diffiniri, ita quod definitum est non debet violari.

C. 8. Ut monasteria nullus contra voluntatem fundatorum sibi vendicet. Gregorius[1] papa omnibus episcopis.

Rationis ordo non patitur, ut monasterium contra voluntatem fundatorum ab eorum dispositione ad arbitrium suum quisquam[a]) debeat vindicare[b]).

C. 9. Ut semel ordinata nulla refragatione turbentur. Gregorius[a])[1] papa.

Omnimodis[b]) ecclesiasticae disciplinae vel moderationi est conveniens, ut quae ordinata fuerint vel[c]) decisa nulla in posterum debeant refragatione turbari.

C. 10. Ut Constantinopolitana civitas suam habeat gloriam et non ambiat alienam. Leo[1] papa.

Ad[a]) Christianum et vere religiosum vereque orthodoxum principem loquor. Multum Anatolius episcopus proprio detrahit merito, si illicito crescere optat augmento. Habeat, sicut optamus, Constantinopolitana civitas

---

d) abitu *G*, habitu *N*, *ex* habitu *L m. 2.* e) sicque studeo honorare cupio *linea subducta del. 10.* f) provehi sing. V_2. g) *pro* iure ab altero *adfert* veraciter *N*.

C. 7. a) Vergilio *Greg.* b) Cum *Coll. min., Greg.* c) quadratio *G.* d) oportuit *Bb, Coll. min., Greg.*

1 Greg. I., Reg. IX, 216, Mon. Germ. t. II p. 203; Jaffé-W. 1745; Coll. min. 30.

C. 8. a) quisque V_3. b) *ex* vindicari *L m. 2.*

1 cf. Greg. I., Reg. VIII 30 (Greg. Secundino episcopo Tauromenitano), Mon. Germ. t. II p. 32; Coll. min. c. 31.

C. 9. a) inscriptio *deest Coll. min.* b) valde eccl. est mod. conv. *Greg.*, omnino *3, 4, 5, 11, 12.* c) *om. 3, 4, 5, 11, 12.*

1 Greg. I., Reg. IX 23 i. f., Mon. Germ. t. II p. 57; Jaffé-W. 1547; Coll. min. 32.

C. 10. a) apud *Leo.*

1 Leo I ep. 104 c. 3, Baller. I p. 1147; Jaffé-W. 481.

gloriam suam et[b]) protegente Dei dextra diuturno clementiae vestrae fruatur imperio. Alia tamen ratio[c]) est rerum saecularium alia divinarum. Nec preter[d]) illam petram, quam Dominus in fundamento posuit, stabilis erit ulla constructio. Propria perdit[e]) qui indebita concupiscit. Satis sit predicto quod vestrae pietatis auxilio et mei favoris assensu episcopatum tantae urbis obtinuit. Non dedignetur regiam civitatem quam[f]) apostolicam facere[g]) non[h]) potest sedem, nec ullo modo speret, quod per aliorum possit offensiones augeri. Privilegia enim ecclesiarum sanctorum canonibus instituta et venerabilis Nicenae fixa decretis nulla possunt improbitate convelli[i]) nulla novitate mutari. In quo opere auxiliante Christo fideliter exequendo necesse est me perseverantem exhibere famulatum, quoniam dispensatio mihi credita est.

C. 11. Ut imperatores obediant episcopis. Felix[1] papa.

Certum est hoc rebus vestris esse salutare, ut, cum de causis Dei agitur, iuxta ipsius constitutum regiam voluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere non preferre, et sacrosancta per eorum presules potius discere quam docere, ecclesiae formam sequi, non[a]) huic humanitus sequenda[b]) iura prefigere neque[c]) sanctionibus velle dominari, cui Deus voluit clementiae tuae piae devotionis colla submittere, ne[d]) dum mensura caelestis dispensationis exceditur[e]), eatur[f]) in contumeliam disponentis.

C. 12. Ut imperatores habeant privilegia legis publicae, et sacerdotes habeant dispositiones universarum ecclesiarum. Johannes[1] papa.

Si imperator catholicus est, salva pace ipsius dixerimus, filius est non presul ecclesiae; quod ad religionem competit, discere ei convenit non docere; habet privilegia potestatis suae quae administrandis[a]) publicis legibus divinitus consecutus est, et eius beneficiis non ingratus contra dispositionem caelestis ordinis nil usurpet. Ad sacerdotes enim[b]) Deus voluit quae[c]) ecclesiae sunt disponenda pertinere, non ad saeculi potestates, quae ⟨l. quas⟩, si[d]) fideles sunt, ecclesiae suae et sacerdotibus voluit esse subiectas. Non sibi vendicet alienum ius et ministerium quod alteri

---

b) ac *Leo.* c) ratione *pro* ratio est *N, L.* d) post *G, N, ex* post *L m. 2.* e) perdet *N.* f) iam *N, ex* cam *L m. 2.* g) non pot. fac. *Bol., V_3; Leo.* h) *pro* non potest sedem nec *habet* nec presidere *N.* i) *om. V_1, P.*

C. 11. a) non *om. N, ex* in *L.* b) sequendo *V_1, P.* c) eius *add. M; Felix III.* d) nec *V_2.* e) excesserint *N.* f) eant *N, ex* erant *L m. 2.*

1 Felix papa III, epist. 8 ad Zenonem imperatorem a. 484, A. Thiel t. I p. 250; Jaffé-W. 601.

C. 12. a) in admin. *V_3.* b) *om. V_1.* c) quodque *N, ex* quodque *corr. L.* d) *sec. M et codd. bB addidi.*

1 Inter epistolas, quae nomine Johannis papae inscribuntur, editas haec non exstat, ita ut tantummodo suspicari liceat, ex iis Johannis VIII esse, quarum aliqua fragmenta Collectione Britannica nobis tradita simile argumentum proferunt.

deputatum est, ne[e]) contra eum tendat abrumpi a quo omnia constituta sunt, et contra illius beneficia pugnare videatur a quo propriam consecutus est potestatem. Non a legibus publicis non a potestatibus saeculi, sed a pontificibus et sacerdotibus omnipotens[f]) Deus Christianae religionis clericos et sacerdotes voluit ordinari et discuti recipique de errore remeantes[g]). Imperatores Christiani subdere debent exsecutiones suas ecclesiasticis presulibus, non preferre.

C. 13. Ut clerici suis rebus[a]) licenter gaudeant. Constantinus[b])[1] clericis salutem dicit[c]).

Iuxta sanctionem, quam dudum meruisse[d]) perhibemini[e]), fundos[f]) et mancipia vestra nullus novis collationibus[g]) obligabit[h]), sed vacatione[i]) gaudebitis. Cum[2] enim dicit[k]): ‘nullus’, nemo excipitur, verum in hac comprehensione etiam principalis potestas concluditur[l]).

C. 14. Ut fideles Christiani perpetua securitate potiantur. Constantius[a])[1] quoque et Constans hanc immunitatem[b]) dederunt ecclesiae dicentes:

In qualibet civitate[c]), in quolibet oppido vel[d]) vico castello municipio quicumque[e]) voto Christianae legis meritum eximiae singularisque virtutis omnibus intimaverit[f]), securitate perpetua potiatur. Gaudere eum[g]) et gloriari[h]) ex fide volumus semper, scientes magis religionibus[i]) quam officiis et labore corporis vel sudore nostram rempublicam contineri[k]).

C. 15. Ut custodes sacrorum locorum nullam molestiam sustineant. Valentinianus[a])[1] quoque et Valens decreverunt dicentes:

Universos, quos[b]) constiterit custodes ecclesiarum[c]) esse vel sanctorum locorum ac religiosis obsequiis deservire[d]), nullius attemptationis[e]) molestiam sustinere decrevimus[f]).

---

e) nec *N.* f) omnip. Deus *om.* V_2 *J.* g) mercantes *ex* mereantes *L.*

C. 13. a) legibus *M.* b) ex epistola Hincmari archiepiscopi ad Carolum imperatorem cap. I *Coll. min.*, Hincmarus *etc. 3, 4, 5, 11, 12;* ex lib. cod. const. II V_1 *in marg. man. poster.;* ex libris legum V_4. c) *om. codd. bB,* V_4. d) *om. Bb'.* e) exhibemini *Bb'.* f) et vos *Cod. Theod.* g) consolationibus *1.* h) *ex* obligavit *corr. 2,* obligavit *6.* i) vocatione *N,* vagatione *M, L* (*m. 2*) *ex* voc. k) licet *10.* l) excluditur *Bb'.*

1 Cod. Theodos. XVI 2, l. 8, ed. Th. Mommsen I 2, p. 837; Coll. min. c. 33; Hincmarus Rhemensis in epist. ad Carolum regem, Mansi t. XVI col. 757. 2 haec non Theodosii sed Hincmari sunt.

C. 14. a) item cap. eodem *praemitt. Coll. min.*, ex eadem epistola *3, 12.* b) immutationem *3, 4, 5, 11, 12,* immunitionem *8.* c) civ. in quol. *om. 5.* d) *deest Cod. Theod.* e) singulis que *1. 10.* f) renuntiaverit *11.* g) enim V_3, *Coll. min., Hincm., Cod. Theod.* h) glorificari *G.* i) *ex* religionis *L.* k) tueri *5, 11.*

1 Cod. Theodos. XVI 2, l. 16, p. 840; Coll. min. c. 34; Hincmar. l. c.

C. 5. a) item cap. eodem *praemittit Coll. min.*, ex eadem *3, 12.* b) quosque *10.* c) ecclesiae *5, 11.* d) observare *6.* e) temptationis *G.* f) decernimus *Coll. min., Hincm., Cod. Theod.*

1 Cod. Theodos. XVI 2, l. 26, p. 843; Coll. min. c. 35.

C. 16. Ut privilegia ecclesiis facta permaneant inviolata. Archadius[a] [1] nichilominus et Honorius[b])

Quaecumque, inquiunt, a[c]) parentibus nostris diversis sunt[d]) statuta temporibus manere inviolata atque incorrup a circa sacrosanctas ecclesias precipimus[e]). Nichil igitur[f]) a privilegiis immutetur[g]), omnibus[h]) qui ecclesiis[i]) deserviunt[k]) tuitio deferatur, quia temporibus nostris addi potius reverentiae cupimus, quam ex his quae olim[l]) prestita[m]) sunt immutari[n]).

C. 17. De eadem re. Et[a]) item idem [1].

Non tam[b]) novum aliquid presenti sanctione precipimus quam illa quae olim videntur[c]) indulta firmamus. Privilegia igitur, quae olim reverentia religionis[d]) obtinuit, mutilare[e]) sub poenae etiam interminatione prohibemus, ita ut hi quoque qui[f]) ecclesiae[g]) obtemperant ipsius[h]) beneficiis perfruantur.

C. 18. Ut qui privilegia ecclesiae violaverit XII libras auri persolvat.

Si[a]) [1] ecclesiae venerabilis privilegia cuiusquam fuerint vel temeritate violata vel dissimilatione neglecta, commissum XII[b]) librarum auri, sicut etiam prius constitutum est, cendempnatione plectatur; ipsaque [2] privilegia nichilominus plenissimum[c]) per omnia obtineant[d]) vigorem.

C. 19. Privilegium imperatoris de venerabilibus locis. Imperator Justinianus [1] Augustus Demosteni prefecto[a]) pretorii.

Sancimus res ad venerabiles ecclesias vel xenones monasteria vel ptochotrophia[b]) vel brephotrophia[c]) vel orphanotrophia[d]) vel gerontocho-

---

C. 16. a) cap. de eodem *Coll. min.*, item *praemittunt 3, 11.* b) honoris *5, 9.* c) apparentibus V_2 *J.* d) *ex* V_2 *et Coll. min. inserui.* e) *ex* predicimus *L.* f) *om. 5, 10, 11, 12.* g) immitetur *5*, inmutemus *11.* h) omnibusque *Hincm., Cod. Theod.* i) ecclesiae *5, 11, 12,* in ecclesiis *1.* k) serviunt *Hincm., Cod. Theod.* l) Dei 5. m) prestituta *M.* n) *ex* mutari *L m. 2.*

[1] Cod. Theodos. XVI 2, l. 29, p. 844, Coll. min. c. 36; Hincmarus l. c.

C. 17. a) ait *3, 4, 5, 11, 12.* b) *deest Cod. Theod.* c) videntur quae olim *om. Bol.* d) regionis *superscr.* 'li' *M man. 2.* e) mutare *5, 11, 12,* mutilari *Hincm., Cod. Theod.* f) *om.* V_1, *P, 10.* g) ecclesiis *11, 12.* h) ipsis *5, 11,* his quibus ecclesia *Cod. Theod.*

[1] Cod. Theodos. XVI 2, l. 30, p. 845, Coll. min. c. 37; Hincmarus l. c.

C. 18. a) *inscriptionem* item in eadem epistola *praefigit Coll. min., at om. 3, 4.* b) quinque *Hincm., Cod. Theod.* c) *om. Bb'.* d) teneant *5, 11.*

[1] Cod. Theodos. XVI 2, l. 34, p. 846, Coll. min. c. 38; Hincm. col. 758.
[2] haec iam neque Theodosii neque Hincmari sunt.

C. 19. a) pp. V_3, pape V_4. b) pochotrophia *G,* pothotr. *N, L,* pochotrochia *codd. bB.* c) betrophia *G,* ephotr. *post* orphanotr. *collocat N,* bephotr. V_1, *M,* ephotrophya *L,* hephotr. *P,* bephotrochia *Bol.,* V_2, bechotrochia V_3. d) orphanotrochia V_3.

[1] Cod. Justin. I 2, l. 22.

mia [e]) vel si quid tale aliud consortium [f]) descendentes ex qualicumque curiali liberalitate [g]) sive inter vivos sive mortis [h]) causa sive in ultimis voluntatibus habitas ⟨l. habita⟩ lucrativorum inscriptionibus liberas immunesque esse: lege scilicet quae super huiusmodi inscriptionibus posita est in aliis quidem personis suum robur obtinente, in parte autem ecclesiastica vel aliarum domuum, quae his piis consortiis deputatae sunt, suum vigorem pietatis intuitu mitigante. Cur enim non [i]) faciamus discrimen inter res divinas et humanas, et quare non competens prerogativa caelesti favore [k]) ⟩non⟨ servetur [l]), quae oportet non solum in casibus quos futurum tempus creaverit, sed etiam in adhuc pendentibus [m]) et iudiciali termino vel annuali ⟨l. amicali [n])⟩ compositione necdum sopitis [o]) obtineri? § Recitata septimo miliario huius inclitae civitatis in novo consistorio palatii Justiniani.

C. 20. Item privilegium de libertate clericorum ac monachorum. Imperator Leo [a]) [1] Augustus Erithio [b]) prefecto [c]) pretorii.

Omnes [d]) qui ubique sunt vel posthac fuerint orthodoxae fidei sacerdotes [e]), clerici, cuiuscumque [f]) sint [g]) ordinis, monachi quoque in causis civilibus ex nullius penitus maioris minorisve sententia [g]) iudicis ad extranea iudicia pertrahantur aut provinciam vel locum aut regionem quam habitant exire cogantur. Nullus [h]) eorum ecclesias vel monasteria propria, quae religionis intuitu habitant, relinquere miserabili necessitate iubeatur [i]), sed apud suos iudices ordinarios, hoc est provinciarum rectores, locis quibus degunt [k]) ecclesiarum ministeriis obsecundent [l]). *Et post aliqua.* Nullus [2] executor vexare contumeliis clericos [m]), nullis impulsionibus molestare, nullis exprobrare conviciis aut [n]) corporalibus iniuriis fatigare conetur: hi [o]) qui huiusmodi aliquid aggressi [p]) fuerint post amissionem cinguli et patrimonii ultima protinus animadversione [q]) plectendi sunt. Privilegiis [3] sane singulis [r]) quibuscumque [s]) sacrosanctis ecclesiis orthodoxae fidei, xeno-

---

e) est locus venerabilis *adnotat* V_3. f) xenocmum i. e. hospicium; tochotrofium, i. e., ubi pauperes et infirmi pascuntur; nasochomium (*sic*), ubi aegroti curantur; orphanothrofium, ubi pueri orbati pascuntur, brefotrofium, ubi infantes aluntur *P in marg. m. al.* g) libertate *Bb'*. h) in mortis *N*. i) *om. Bb'*. k) favori conservetur *Cod. Justin.* l) deservetur *M*, conservetur V_3. m) procedentibus *N*. n) *ex* annuali *corr. L*. o) sospitis *G, N*, positis *M*.

C. 20. a) papa *add. G, L*, pape Anastasio *add. N*. b) Erichio *N, L*, Crinthio V_2 *J*, Erinthio V_3, Erythrio *P. Krueger*. c) pp. V_3, pape *Bb'*. d) Sancimus ut *praemittit N*. e) et *add. Cod. Justin.* f) cuiusque V_1, gradus sunt *P. Krueger*. g) sententiae *N, L*. h) a nullis *N*. i) *sec. Bol. correxi pro* iubeantur *rell. codd.* k) *quod sequitur, paulo aliter legitur in Cod. Justin.* l) *ex* obsecundetur *N, corr. L m. 2*. m) ullos *add. Cod. Justin.* n) atque *G*. o) his . . . plectendis *Cod. Justin.* p) *sec. Bol.*, V_3, *Bb' pro* egressi *correxi*. q) adversione *N*. r) singularis V_2. s) quibusque V_1.

1 Cod. Justinian. I 3, l. 32 (Impp. Leo et Anthemius). 2 l. c. § 6. 3 l. c. § 7.

dochiis seu ptochiis[t] tam generaliter quam specialiter[u] attributis perpetuo reservandis, nullis eas earumque sacerdotes aut clericos cuiuslibet gradus aut monachos vel[v] xenodochos orthodoxae fidei deputatos extraordinariis muneribus precipimus pregravari. Eas etenim sarcinas oneris quas plerisque personis diversa ratione remittimus imponi beatissimis viris nostro[w] saeculo inconveniens esse iudicamus.

C. 21. Item de quibus necessitatibus ecclesiae singularum urbium habeantur immunes. Imperatores Honorius[1] et Theodosius Augusti Melitio[a] PP.[b]

Placet rationabilis concilii[c] tenore perpenso districta[d] moderatione perscribere[e], a quibus specialiter necessitatibus ecclesiae urbium singularum habeantur immunes. Prima quippe illius usurpationis contumelia depellenda est, ne predia usibus caelestium secretorum dedicata sordidorum munerum faece vexentur, nichil extraordinarium abhinc superindictumve[f] flagitetur, nulla translationum sollicitudo signetur[g], postremo nichil preter canonicam illationem, quam adventiciae necessitatis sarcina repentina poposcerit, eius functionibus asscribatur. Si quis contravenerit, predictae[h] ultionis acrimoniam, quae erga[i] sacrilegos iure[k] promenda est, exilio deportationis perpetuae uratur.

C. 22. Ut nemo audeat ab ecclesiis quomodo libet tollere vasa sacra vel vestes aut[a] cetera donaria. Imperator Justinianus[1] Augustus Demosteni[b] PP.[c]

Sancimus nemini licere sacratissima atque arcana vasa vel vestem ceteraque donaria, quae ad divinam religionem necessaria sunt, cum etiam[d] veteres leges ea quae iuris divini sunt humanis nexibus non illigari sanxerunt vel ad venditionem vel ypothecam[e] vel pignus trahere, sed ab his qui haec suscipere ausi fuerint modis omnibus vendicari tam per religiosissimos episcopos quam yconomos necnon etiam[g] sacrorum[h] vasorum custodes: nulla[i] eis actione relinquenda vel super recipiendo pretio

---

t) phociis *Bol.* u) singulariter *N.* v) ptoches aut *add. Cod. Justin.* w) nostros clericos *Bb′.*

C. 21. a) *ita* V_1, *P,* Meltio *alii codd.* b) prefecto pretorii *M.* c) conciis *Bol.,* consilii *P. Krueger.* d) destricta *M, P. Krueger.* e) praescribere *P. Krueger.* f) superinductumve V_1, *M*, V_3, *Bb′; ex quo* superindictumve *corr. L m.* 2, superindictiumve *P. Krueger.* g) gignatur *P. Krueger.* h) post debitae *Cod. Justin.* i) igitur V_3. k) veraciter previdendam *pro* iure prom. *N, ex* proinde dare *corr. L m.* 2.

1 Cod. Justinian. I 2, l. 5 (scriptura Anselmi plurimum cum cod. R consentit).

C. 22. a) vel *N,* seu *M, Bol.,* V_2. b) Demostini V_1, Demonsteni *L,* V_3. c) papae *N,* prefecto preturio *L in marg.* d) et *N.* e) apoth. V_3. f) hoc *G, N.* g) et *N,* contra *add. Bb′.* h) sanctorum V_1. i) nullam eis actionem relinquendam *P. Krueger.*

1 Cod. Justinian. I 2, l. 21.

vel foenore exigendo, pro quo res pignoratae sunt, sed omnibus[k]) huiusmodi actionibus respuendis ad restitutionem earum[l]) modis omnibus coartari. Sin autem vel[m]) conflata sunt vel fuerunt vel alio modo immutata vel dispersa, nichilominus vel ad ipsa[n]) corpora vel ad ipsa pretia eorum[o]) exactionem competere[p]) sive per in rem sive conditionem ⟨l. condictionem[q])⟩ sive per in factum actionem.

C. 23. Ut procurator provinciae capitali sententia vindicet iniurias, quae ecclesiis vel ecclesiasticis viris importantur. Imperatores Archadius[a])[1] Honorius Augusti Theodoro PP.[b])

Si quis in hoc genus sacrilegii proruperit[c]), ut in ecclesias catholicas irruens sacerdotibus et ministris vel[d]) in[e]) ipso cultu[f]) loco[g]) aliquid importet iniuriae, quod geritur[h]), a provinciae rectoribus animadvertatur. Atque ita provinciae moderator sacerdotum et catholicae ecclesiae ministrorum[i]), loci[k]) quoque ipsius et divini cultus iniuriam capitali[l]) in convictos sive confessos reos sententia[m]) noverit vindicandam[n]), nec expectet, ut episcopus iniuriae propriae ultionem deposcat, cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit. Sitque cunctis[o]) laudabile factas atroces sacerdotibus aut ministris iniurias veluti publicum crimen persequi ac de talibus reis ultionem mereri. Quodsi[p]) multitudo violenta a[q]) civilis apparitionis[r]) exsecutione et adminiculo ordinum possessorumve non potuerit flagitari[s]), quod se armis aut locorum difficultate tueantur ⟨l. tueatur⟩, presides[t]) provinciarum etiam militari auxilio per publicas litteras appetito competentem vindictam tali excessui imponere non morentur.

C. 24. Ut episcopi per ecclesias clericos ordinent quotquot unicuique viderint[a]) competere. Idem Augusti[b]) Eutychiano PP.[c])

In[d]) ecclesiis, quae in possessionibus, ut assolet[e]), diversorum vicis etiam vel quibuslibet locis sunt constitutae, clerici non ex alia possessione vel vico, sed ex eo ubi ecclesiam esse constiterit[f]) ordinentur, ut propriae

---

k) ab omn. *G.* l) eorum *G, N, ex* eorum *L m. 2.* m) *om. codd. bB.* n) vel ad ipsa corp. *om. M.* o) earum *Bol.* p) comp. — condict. *om. Bol.* q) *ex* conditionem *corr. L.*

C. 23. a) et *add. solus Bb'; Cod. Justin.* b) papae *N, Bb'*, papa *Bol.* c) ruperit *G, N.* d) palam vel acculto in *N.* e) *om. P. Krueger.* f) culta *G*, culto *M, V_3*, vel ipso cultui *Bb', Hincm.* g) locoque *Bb', P. Krueger.* h) geruntur *G.* i) ministeriorum *V_1, P.* k) loco *V_1, P, ex* loci *L m. 2.* l) capituli *G, N, L m. 2.* m) sententiam *G.* n) *ita L*, vindicandum *V_1, P*, iudicandum *vel* iudicandam *alii codd.* o) non solum liberum sed etiam *add. Bb'; Cod. Theod. XVI 2, l. 31, Hincm.* p) si multitudo *ex* similitudo *L.* q) *om. P. Krueger*, ac *V_1, codd. bB.* r) apparationis *N, L, V_3.* s) praesentari *P. Krueger.* t) presules *V_3.*

[1] Cod. Justinian. I 3, l. 10; cf. supra III 90, Hincmar. l. c.

C. 24. a) vident *N, V_1, L* (*in indice ex* viderint), *V_3*, videtur *P, Bb'.* b) augustus *G.* c) papae *N.* d) *om. P. Krueger.* e) vel *add. Bol., V_3.* f) constituerit *V_1.*

[1] Cod. Justinian. I 3, l. 11.

capitationis onus ac[g]) sarcinam recognoscant: ita ut pro magnitudine vel celebritate uniuscuiusque vici[h]) ecclesiis certus iudicio episcopi clericorum numerus ordinetur.

C. 25. Ut nemo de fide Christiana[a]) quaestionem audeat amplius movere quae reverentissimis synodis firmata[b]) est. Imperator Marcianus[1] Augustus Palladio PP.

Nemo clericus vel militans vel alterius cuiuslibet conditionis de fide Christiana publice turbis coadunatis et audientibus tractare conetur imposterum, ex hoc tumultus et[d]) perfidiae occasionem requirens. Nam iniuriam facit iudicio reverentissimae synodi, si quis semel iudicata ac recte disposita revolvere et publice disputare contendit, cum ea quae nunc de Christiana fide a sacerdotibus, qui Chalcedone convenerunt, per nostra precepta statuta sunt[e]) iuxta apostolicas expositiones[f]) et instituta sanctorum patrum CCCX et octo et CL diffinita[g]) in hac regia urbe esse noscuntur. Nam et contemptoribus[h]) huius legis poena non deerit, quia non solum contra fidem vere expositam veniunt, sed etiam Judaeis et paganis ex huiusmodi certamine profanant veneranda mysteria. Igitur si clericus erit, qui publice tractare de religione ausus fuerit, consortio clericorum removebitur: si vero militia preditus sit, cingulo spoliabitur: ceteri etiam huiusmodi criminis rei, si quidem liberi sint, de hac sacratissima urbe pellantur[k]), pro vigore iudiciario etiam[l]) competentibus iudiciis[m]) subiugandi, sin[n]) vero servi, severissimis[o]) animadversionibus plectentur.

C. 26. Qui[a]) promulgata ab Apostolico pro catholica fide et ecclesiastica disciplina contempserit, anathema sit. Nicolaus[1] papa universali synodo presidens dixit:

Si quis dogmata mandata interdicta sanctiones vel decreta pro catholica fide, ecclesiastica disciplina, pro correctione[b]) imminentium vel futurorum malorum a sedis apostolicae presule[c]) salubriter promulgata contempserit, anathema sit.

---

g) hanc *N*, hac *L*, ad *V₂*, *Bb'*. h) vicis *Bol.*, *V₃*.

C. 25. a) dubitet vel *add. N*. b) confirm. *V₂*, *V₃*. c) papae *N*, *Bb'*. d) ex *N*, *P*. e) sint *N*, *codd. A²*, *Bol.*, *Bb'*. f) dispositiones *V₁*, *P*. g) defin. *P. Krueger et om.* in h. r. urbe. h) in contemptores *P. Krueger*. i) privabitur *N*. k) pellentur *P. Krueger*. l) et *N*. m) suppliciis *P. Krueger*. n) si *Bol.*, *V₃*. o) serenissimis *G*.

1 Cod. Justinian. I 1, l. 4,

C. 26. a) ut qui *V₃*, *Bb'*. b) correptione *L*. c) praeside *Nicol. I*.

1 Nicolaus I in synodo Romana a. 863, c. 5, Mansi t. XV col. 652; Jaffé-W. post 2747.

C. 27. Item de eadem re, et quod hoc[a]) privilegium statutum Christi est. Beatus[b]) Gelasius[1] papa scribens episcopis per Dardaniam constitutis inter cetera inquit:

Post D.[c]) annos constituta Christi quosdam velle subvertere, cum XXX annorum lex hominum non possit abrumpi. ... Sanctum[d]) Athanasium ideo non fuisse dampnatum a synodo Orientis, quia sedes ista non consenserit[e]), sanctum[f]) Johannem Constantinopolitanum[g]), sanctum[h]) Flavianum ... Si ergo ea[i]) non consentiente sola, qui dampnati sunt a synodo Orientis, non potuerunt esse dampnati, consequens est etiam sine synodo, qui eadem sola dampnante dampnatus fuerit, dampnatus sit. *Et post pauca.* Quae[2] vero statuta Christi dixerit, inferius[3] explanavit, cum sola sede apostolica non consentiente neminem posse dampnari, et sola ea[k]) consentiente qui dampnatus fuerit dampnatus habeatur, exposuit. Statuta itaque Christi dixit eos post D annos velle subvertere, quia iam quinquies centeni circiter anni preterierant, quando haec venerabilis papa dicens sedem apostolicam statuta Christi promeruisse fatetur. Privilegia enim sua a Christo ecclesia Romana per Petrum consecuta est, et ipsa sunt statuta Christi[l]).

C. 28. Ut non liceat Apostolico predia ecclesiae perpetualiter alienare vel commutare[a]), nisi forte domus urbis pro clericis et captivis et peregrinis. Symmachus[b])[1] papa in concilio CCXVII[2] episcoporum presidens in basilica beati Petri apostoli dixit:

Mansuro cum domini[c]) Dei nostri consideratione decreto sancimus[d]), ut nulli apostolicae sedis presuli a presenti die, donec disponente Domino catholicae fidei manserit doctrina salutaris[e]), liceat predium[f]) rusticum[g]), quantaecumque[h]) fuerit vel magnitudinis[i]) vel exiguitatis, sub perpetua

---

C. 27. a) *om. M, codd. bB.* b) *om. codd. bB.* c) ducentos *N.* d) secundum *G.* e) vel *add. Fel. III.* f) secundum *N, P.* g) vel *add. Fel. III.* h) secundum *P.* i) quae *add. N.* k) *inser. L m. 1.* l) c. XXVIII. De eadem re. Nicholai papae. Ecclesiae Romanae privilegia Christi ore in beato Petro. Require in libro I inter cetera in epistola ad Michaelem imperatorem *add. Bb (v. supra I 72, p. 44).*

1 Felix papa III, ut monet A. Thiel I p. 23 n. 5, cuius nomine Gelasius epistolam scripserit, t. I p. 287; Jaffé-W. 611. 2 quae sequuntur in epist. edita non inveniuntur, neque a papa dicta esse apparet, sed ab alio incerto auctore qui verba epistolae explicaret. 3 sententiam spectat quae in epistola Gelasii: 'Valde mirati sumus' n. 5 legitur, A. Thiel I p. 400.

C. 28. a) committere *Bol.*, commitare *V2 J.* c) *om. Coll. min., Symm.* d) censemus *1.* e) salvatoris *Coll. min., at* salutaris *12.* f) presidium *Bol.* g) ecclesiasticum *Coll. min.* h) quanticumque *Coll. min.* i) magnitudine vel exiguitate *1.*

1 Epist. 6, seu synodus Romana a. 502, capp. 4, 5; A. Thiel I p. 690; Th. Mommsen, Mon. Germ. Auct. antiquiss. t. XII p. 449; Coll. min. c. 266 — transferre. 2 tantummodo 64 episcopi subscripserunt.

alienatione[k]) vel commutatione ad cuiuslibet iura transferre[l]). Nec cuiusquam excusentur necessitatis obtentu, quippe cum[m]) non sit personale quod loquimur; nec aliquis clericorum vel laicorum sub occasione[n]) accepta tueatur. Sed nec in usufructus[o]) rura aliquibus dari liceat nec data retineri, preter clericos et captivos atque[p]) peregrinos, ne[q]) malae tractationis[r]) ministretur occasio, cum liberalitati illi[s]) alia[t]) itinera reserventur. Sane[2] tantum[u]) domus quibuslibet[v]) urbibus constitutae, quarum statum necesse est expensa non modica sustentari, acceptis, si offerri contingerit, sub iusta existimatione[w]) reditibus, et divini timore iudicii commodentur[x]).

C. 29. Item[a]) Symmachus[1] papa. Ut eadem lege ceteri episcopi et presbyteri astringantur[b]).

Pari[c]) etiam ecclesiarum per omnes Romanae civitatis titulos, qui sunt presbyteri vel quicumque futuri[d]) sunt, astringi volumus lege custodes[e]), quia nefas dictum[f]) est obligatione, qua se per caritatem Christi connectit summus pontifex, ea hominem secundi in ecclesia[g]) Dei[h]) ordinis non teneri. Quicumque[i]) tamen oblitus Dei et decreti huius immemor, cuius Romanae civitatis sacerdotes volumus religiosis[k]) nexibus devinciri, in constitutum presens committens quicquam de iure titulorum ecclesiae superius prefatae, quolibet modo preter aurum argentum vel gemmas vestes quoque si sunt vel si accesserunt[l]), aliqua[m]) mobilia ad ornamenta divina minime pertinentia perpetuo iure, exceptis dumtaxat sub prefata

---

k) aut, ut verbum continet, venditione, donatione (dampnatione *1*), permutatione et infiteoseos (infiscos eos *1*) perpetuo contractu alienatione *add. 1, 2.* l) *hic finit Coll. min.* m) quod *P.* n) hac occas. *Symm.* o) usumfructum *Symm.* p) et V_2. q) *sec. Bol.*, V_2 *correxi* nec. r) retract. *G.* s) mille *Symm.* t) in alia *codd. bB.* u) tamen *N, Bb', Thiel.* v) in quibusl. *Symm.* w) aestimatione *Thiel.* x) commendentur V_2, commutentur *Bb', Thiel.*

[2] cap. V.

C. 29. a) item idem *codd. A² (L in marg. m. 2), inscript. om. N, M,* V_2, V_3. b) constringantur *M,* V_3, qua summ. pont. *add. M, codd. bB.* c) *abhinc (f. 92') reliqua cuncta in* V_2 *a manu alia scripta sunt.* d) fuerint *Thiel.* e) custodis *Mommsen.* f) dictu *Mommsen.* g) ecclesiis *N.* h) *om. Symm.* i) *Coll. min. cap. 267* hoc ordine congestum praebet: Quicumque episcoporum, presbyterorum diaconorum oblitus — immemor in constitutum praes. comm. praedium ecclesiae magnum vel exiguum vel quicquam de iure ecclesiae alien. tempt., donator — multetur. Nefas enim dictu est obl. qua summus pontifex tenetur ea hominem sec. in eccl. ord. non teneri; *ex cap. 7:* Preterea qui petierit aut acceperit, vel qui presbyterorum aut diaconorum seu defensorum danti *(om. 3, 4, 13)* subscripserit, quo iratus Deus animas percutit anathemate feriatur; *ex cap. 8:* Liceat etiam quibuscumque ecclesiasticis personis vocem contradictionis afferre et ecclesiastica auctoritate fulciri, ita ut cum fructibus possint alienata reposcere. k) religionis *Bb', Mommsen.* l) accesserint V_1, *P,* V_3, *Mommsen.* m) aliaque *Mommsen.*

[1] Symmachus l. c. cap. 6, cf. Coll. min. c. 267.

conditione domibus, alienare temptaverit; donator[n]) alienator ac venditor honoris sui amissione multetur[o]).

C. 30. Ut privilegia XXX annis[a]) possessa a nullo saecularium subtrahantur vel violentur. Ex[b]) VIII. Synodo[1] universali.

Placuit huic sanctae ac magnae synodo, ut res vel privilegia, quae Dei ecclesiis ex longa consuetudine pertinent[c]), et sive a divae[d]) recordationis imperatoribus sive ab aliis Dei cultoribus in scriptis[e]) donata et ab eis per annos XXX possessa sunt, nequaquam a potestate presulum[f]) earum quaecumque persona saecularis per potestatem subtrahat aut per argumenta quaelibet auferat, sed sint omnia in potestate ac usu presulis ecclesiae, quaecumque intra XXX annorum spatium ab ecclesiis[g]) possessa fuisse noscuntur. Quisquis ergo saecularium contra presentem diffinitionem egerit, tamquam sacrilegus iudicetur, et donec se correxerit et[h]) ecclesiae propria privilegia seu res restituerit[i]), anathema sit.

C. 31.[a]) Ut nemo patrimonia Romanae ecclesiae petat, et si quis quomodolibet subtraxerit, anathema sit. Johannis[b]) papae VIII[1] cap. XXII[c]).

Auctoritate summi iudicis domini nostri Jesu Christi et principum apostolorum Petri et Pauli simul et omnium sanctorum precipimus decernimus et modis omnibus interdicimus, ut amodo et deinceps nullus quilibet homo petat patrimonia sanctae nostrae ecclesiae, Apiae videlicet et Lavicanense vel Campaninum, Tiburtinum, Traiectanum[d]), Theatinum utrumque Savinense et Tusciae[e]), porticum sancti Petri, monetam Romanam, ordinaria et actionaria[f]), publica, ripa[g]) ⟨l. ripam⟩ portus et ostia[h]). Sed haec omnia in usum salarii sacri palatii Lateranensis perpetualiter maneant, et[i]) si quis haec beneficialiter vel alio quolibet modo subtrahere quovis tempore voluerit, anathema sit. *Et infra.* Quod si quisquam huic decreto nostro[k]) contraire presumpserit, scilicet eadem patrimonia sanctae

---

n) dominator *N.* o) *ex cap. 7:* Preterea qui — subscripserit, anathemate feriatur, nisi forte — prospexerit *add. Bb'.*

C. 30. a) annos *codd. bB.* b) *inscriptio L in marg. m. 2.* c) *ex* pertinerent *L.* d) ad piae *G, ex quo* ad divae *L m. 2,* a piae *N,* V_2 (ab piae), V_3, ad viae *Bol.* e) vel sine scriptis *add. Anast.* f) presulis *M; Anast.* g) eis V_1, *P.* h) *om. M.* i) et reservaverit *Anast.*

1 Concilium Constantinopolitanum IV a 869, can. 18, ex versione Anastasii, Mansi t. XVI col. 172.

C. 31. a) XXXI — si quis *in ras. G.* b) Johannes papa V_1. c) XXXI *Bol., om* V_2*; inscriptionem adnot.* V_3 *in marg. m. alia.* d) *deest Mansi.* e) et *add.* V_1, *Bol.* f) actionarica *Mansi.* g) ripas *Bb'.* h) hostia *N, L, codd. bB.* Ostiam *Mansi.* i) *post pauca; ex* ut *L m. 2.* k) *om. N.*

1 Johannes VIII, conc. Ravennense a. 877, c. 15, Mansi t. XVII col. 339; Jaffé-W. post 3109.

Romanae ecclesiae beneficiali seu quolibet more sibi amodo dari petierit aut volenti dare consenserit: et qui dat et qui[l] recipit anathema sit.

C. 32. Item de eadem re. Idem[a] [1] in eodem.

Si quis de massis[b] sive de colonis eorundem patrimoniorum sancti Petri apostoli aut[c] precepta sibi fieri postulaverit aut postulanti aut suadenti consenserit, Ananiae et Saphirae, qui de propriis mentientes ante pedes apostolorum expiraverunt, poena multetur. Et non solum is[d], apud quem de predictis rebus precepti alicuius series inventa fuerit, res illas cum frugibus quibus ex[e] eis abusus est ex toto restituat, sed eadem scriptura cassata[f] nichil per illam proficiat, verum etiam cum omnibus sibi[g] consentientibus perpetuo anathemate perculsus cum Juda traditore domini nostri Jesu[h] Christi aeterni ignis incendiis exuratur.

C. 33. Quod Constantinus imperator papae concessit coronam et omnem regiam dignitatem in urbe Romana et Italia et[a] in partibus occidentalibus. In gestis beati Silvestri [1], quae beatus papa Gelasius in concilio LXX[c] episcoporum a catholicis legi commemorat et pro antiquo usu multas haec imitari dicit [2] ecclesias, in eisdem ita legitur: Constantinus imperator quarto die sui baptismatis privilegium Romanae ecclesiae pontifici contulit, ut in toto orbe Romano sacerdotes ita[b] hunc caput habeant, sicut omnes iudices regem. In eo privilegio [3] ita inter cetera legitur:

Utile iudicavimus[c] una cum omnibus satrapis[d] nostris et universo senatu optimatibus etiam[e] et cuncto[f] populo imperio Romanae gloriae

---

l) *om. G, L.*

C. 32. a) *inscriptio haec est codd. A^2 (in marg. L m. 2), inscr. cap. 31 repetunt G, V_3 (in marg. m. al.), prorsus om. N, Pm, M, Bol.* b) mansis *G.* c) *post pauca.* d) his *G, Pm, V_2.* e) ab *P.* f) causata *Pm.* g) *om. G.* h) J. Ch. *om. N.*

1 Mansi l. c. col. 340.

C. 33. a) *om. G.* b) *om. V_1, P.* c) diiudicavimus *G.* d) nostris satrapibus *Zeumer.* e) *om. P.* f) cuncto Romanae gloriae populo imp. subi. *V_1, P,* cuncto imp. R. gl. pop. subi. *corr. L m. rec.,* cuncto populo Romanae ecclesiae imp. subi. *V_2, V_3;* cuncto pop. Romanae gl. imp. *M, Ven., Bb',* maximae *G*; cuncto pop. Romano gloriae imperii nostri subi. *Zeumer.*

1 Vita s. Silvestri, quam qui scripsit Eusebium Caesariensem auctorem esse mentitus est, ed. Mombritius p 293' usque ad 'regem'; J. Friedrich Die Constantinische Schenkung, Nördlingen 1889, p. 93. 2 in decretali de recipiendis et non recipiendis libris, A. Thiel p. 460; haec vero non a Gelasio papa dicta esse recte contendit J. Döllinger Die Papstfabeln des M. A., München 1863, p. 54. Hanc decretalem continenter sequitur Constitutum Constantini in fine Collectionis canonum codicis Colbertini, Maassen Gesch. § 648, p. 541. 3 Constitutum Constantini, Hinschius inde a pag. 252, K. Zeumer Die Constantinische Schenkungsurkunde, II. Der älteste Text, Berlin 1888, num. 11 sq., inde a p. 53; cf. etiam Grauert Histor. Jahrb. III (1882) p. 15 sq., J. Friedrich l. c. append., P. Fabre Le libre censuum Par. 1905 I p. 366.

subiacenti, ut, sicut beatus Petrus in terris vicarius filii Dei videtur esse constitutus, etiam et pontifices ipsius[g]) principis apostolorum vice[h]) principatus potestatem amplius, quam terrenae imperialis nostrae serenitatis mansuetudo habere videtur concessam, a nobis nostroque imperio obtineant; eligentes nobis ipsum principem apostolorum[i]) vel eius vicarios firmos apud Deum esse patronos. Et sicut nostra est terrena imperialis potentia, ita[k]) eius sacrosanctam Romanam ecclesiam decrevimus veneranter honorare[l]) et amplius quam nostrum imperium terrenumque thronum sedem[m]) sacratissimam beati Petri gloriose[n]) exaltari, tribuentes ei et[o]) potestatem et gloriae dignitatem atque vigorem et honorificentiam imperialem. Atque decernentes sancimus, ut principatum teneat tam super[p]) quatuor[q]) sedes Alexandrinam[r]) Antiochenam Hierosolymitanam[s]) Constantinopolitanam[t]) quam[u]) etiam super omnes in[v]) universo orbe terrarum Dei ecclesias; et pontifex, qui per[w]) tempora ipsi[x]) sacrosanctae Romanae ecclesiae extiterit, celsior et princeps cunctis sacerdotibus totius mundi existat, et eius iudicio, quaeque[y]) ad cultum Dei vel fidem[z]) Christianorum vel stabilitatem procuranda[a]) fuerint, disponantur. § *Et infra.* Ecclesiis[4] beatorum[b]) apostolorum Petri et Pauli pro concinnatione luminariorum possessionum predia contulimus et rebus diversis eas ditavimus, et per nostram[c]) imperialem iussionem[d]) sacram tam in Oriente quam in Occidente vel etiam a[e]) septentionali et meridiana plaga videlicet in Judea Graecia Asia Thracia[f]) Africa et Italia vel diversis insulis nostra[g]) largitate eis concessimus ea prorsus ratione, ut per manus beatissimi patris nostri[h]) Silvestri summi[i]) pontificis successorumque eius omnia[k]) disponantur[l]). *Et infra.* Beato[5] Silvestro[m]) et omnibus successoribus eius[n]) de[o]) presenti tradimus[p]) palatium imperii nostri Lateranense[q]) deinde diadema, videlicet coronam capitis nostri, simulque frigium nec non et superhumerale, videlicet lorum[r]) quod imperiale circumdare assolet collum, verum etiam et clamidem purpuream atque tunicam coccineam et omnia

---

g) qui ips. pr. ap. gerunt vices *Ps. Constant.* h) pro vicem *G, codd. A² correxi sec. N, Bb'.* i) *om. N.* k) *deest Ps. Constant.* l) honorari *N.* m) *om. V₂, V₃.* n) honorificentiam *add. Ven.* o) *om. Ven.; Ps. Constant.* p) supra *Bb'.* q) precipuas *add. Ps. Constant.* r) Antioch. Alex. Constant. et Hieros. *Ps. Constant.* s) ac *add. Bb'.* t) quam etiam Constant., sup. omn. etiam in *N.* u) quamque *Bb', Ps. Constant.* v) *om. Zeumer.* w) *om. G.*; pro tempore *Ps. Constant.* x) ipsius *Ps. Constant.* y) quaecumque *V₁.* z) fidei Christ. stabilitate *Zeumer.* a) procurandam *V₂.* b) beatissimorum *V₂.* c) nostras imperialium iussionum sacras *Zeumer.* d) *om. Bb'.* e) *deest Ps. Constant.* f) Tharsia *N, ex* Tharcia *L.* g) nostram largitatem *Zeumer.* h) nostris *G.* i) *deest Ps. Constant.* k) *om. M.* l) Gaudeat — et per hos etiam *supplet Bb'.* m) Silvestrio *Zeumer, ac deinceps,* patri nostro — papae *suppl. Bb'.* n) pontificibus — atque *suppl. Bb'.* o) die *N.* p) tradidimus *V₁,* contradimus *Bb', Zeumer.* q) quod omn. in orbe terr. — palatiis *suppl. Bb'.* r) locorum *L,* illorum *Ven.*

4 in num. 13, p. 55. 5 num. 14 p. 56.

imperialia indumenta, seu et dignitatem imperialium presidentium [s]) equitum, conferentes etiam [t]) ei [u]) imperialia scripta [v]) simulque cuncta [w]) signa atque [x]) banna [y]) etiam et diversa ornamenta imperialia et omnem processionem imperialis culminis et [z]) gloriam potestatis nostrae. § Viris [6] etiam reverentissimis clericis diversi ordinis eidem [a]) sacrosanctae Romanae ecclesiae servientibus illud culmen singularis potentiae et precellentiae habere sancimus cuius amplissimus noster senatus videtur gloria adornari [b]), id est patricios et [c]) consules effici nec non et ceteris dignitatibus imperialibus eos [d]) promulgamus decorari; et sicut imperialis extat decorata militia, ita [e]) clerum sanctae [f]) Romanae ecclesiae ornari [g]) decernimus; et quemadmodum imperialis potentia diversis officiis cubiculariorum nempe et ostiariorum atque omnium excubitorum ornatur, ita et sanctam Romanam ecclesiam decorari volumus: et ut [h]) amplissime pontificale [i]) decus prefulgeat, decernimus et hoc, ut clerici eiusdem sanctae Romanae ecclesiae mappulis ex [k]) linteaminibus, id est candidissimo colore [l]), decoratos [m]) equos equitent, et sicut noster senatus calciamentis utitur [n]) cum udonibus, id est candido linteamine, illustrentur [o]), et [p]) ita caelestia sicut [q]) terrena ad laudem Dei decorentur. § Pre [7] omnibus autem licentiam tribuimus [r]) beato Silvestro et successoribus eius ex nostro indictu [s]), ut quem placatus [t]) proprio consilio clericare voluerit et in numero religiosorum clericorum connumerare, nullum [u]) ex omnibus presumentem superbe agere. § Decrevimus [v]) [8] itaque et hoc, ut ipse [w]) et successores eius diademate [x]), videlicet [y]) corona [z]) quam ex capite nostro illi concessimus ex auro purissimo et gemnis pretiosis [a]), uti debeant [b]) pro honore beati Petri. Ipse vero beatissimus papa super coronam clericatus, quam gerit ad gloriam beati [c]) Petri, ipsa ex auro non est passus uti corona. § Frigium [d]) [9] vero candido nitore splendidam resurrectionem Dominicam designans eius sacratissimo [e]) vertici manibus

---

s) presedentium *Zeumer.* t) ei etiam *N, codd. A²*, *M.* u) et *Ps. Constant.* v) sceptra *Zeumer.* w) et conta atque *Zeumer.* x) et *G, deest Ps. Constant.* y) banda *Ps. Constant.* z) *om. Pm.* a) eiusdem *N.* b) adordinari *Pm, ex* adordinari *L.* c) atque *Ps. Constant.* d) *om. N.* e) et *add. Ps. Constant.* f) *om.* V_2, V_3; sacrosanctae *Zeumer.* g) ordinari *G.* h) *om. Ven.* i) pontificalis *Ps. Constant.* k) et *N, Hinsch.* l) eorum *add. Bb'; Zeumer.* m) decorari equos et ita equitari *Zeumer.* n) uti *Zeumer.* o) inlustrari *Ps. Constant.* p) ut sicut cael. ita et terr. *Ps. Constant.* q) et *add. N.* r) tribuentes concedimus (*deest Ps. Constant.*) ipsi sanctissimo patri nostro b. Silvestro, urbis Romae episcopo et papae *Bb', Ps. Constant.*; *pro* et successoribus eius *supplet*: et omnibus — cath. et apost. ecclesia *Bb'.* s) inductu *L*, nostra synclitu quem *Zeumer.* t) *om. N.* u) nullus V_2. v) decernimus *N.* w) idem (isdem *Ps. Constant.*) venerabilis pater noster Silvester summus pontifex vel omnes ei succedentes (eius successores *Ps. Constant.*) pontifices *Bb': Ps. Constant.* x) diadema *Zeumer.* y) et *add. Bb'.* z) coronam *N*; *Zeumer.* a) preciosissimis *N.* b) et eorum capite ad laudem Dei pro hon. b. P. gestare *Bb'*; *Ps. Constant.* c) beatissimi *Pm.* d) frigerium *Bb'.* e) sanctissimo *Bb'.*

[6] num. 15 p. 56. [7] num. 15 p. 57. [8] num. 16 p. 57. [9] num. eod.

nostris imposuimus[f]). § Et[10] tenentes frenum equi ipsius pro reverentia beati Petri stratoris officium[g]) illi exhibuimus; statuentes eodem frigio omnes eius successores singulariter uti in processionibus ad imitatio imperii nostri. § Unde[11] ut[h]) non pontificalis apex vilescat, sed magis quam terreni imperii dignitas gloria et potentia decoretur, ecce tam palatium nostrum[i]) quamque Romanam[k]) urbem et omnes Italiae seu occidentalium regionum provincias loca civitates[l]) beatissimo pontifici et[m]) universali papae Silvestro[n]) contradimus[o]) atque relinquimus, et[p]) ab eo et a[q]) successoribus eius per[r]) pragmaticum constitutum decernimus disponenda[s]), atque iuri sanctae Romanae ecclesiae concedimus[t]) permanenda. § Unde[12] congruum[u]) perspeximus nostrum imperium et regni potestatem orientalibus transferri[v]) regionibus et in Byzantiae provinciae[w]) optimo loco nomini nostro civitatem aedificari et nostrum illic[x]) constitui imperium; quoniam, ubi principatus sacerdotum et christianae religionis caput ab imperatore[y]) caelesti constitutum est, iustum non est, ut illic imperator[z]) terrenus habeat potestatem. Haec vero omnia, quae per hanc imperialem Sacram[a]) et per alia divalia[b]) decreta statuimus et[c]) confirmavimus[d]), usque in finem mundi illibata et inconcussa permanere decernimus; unde coram Deo vivo, qui nos regnare precepit, et coram terribili eius iudicio obtestamur[e]) omnes nostros successores imperatores vel cunctos optimates, satrapas etiam[f]), amplissimumque senatum et universum populum[g]) in toto orbe terrarum nunc et in posterum[h]) nulli eorum quoquo modo licere haec[i]) aut confringere vel in quoquam convelli. Si quis autem, quod non credimus, in hoc temerator aut contemptor extiterit, aeternis condempnationibus subiaceat innodatus, et sanctos Dei principes apostolorum Petrum et Paulum sibi[k]) in presenti et in futura vita sentiat contrarios, atque in inferno inferiori concrematus cum diabolo et omnibus deficiat

---

f) posuimus *Zeumer*. g) gerens *add. N.* h) et ut *N*, ut *ex* et id *L*. i) ut prelatum est *suppl. Bb'*. k) Romae urbis *Zeumer*. l) et civ. saepe fato b. *Bb'*, *Ps. Constant.* m) et *(deest Ps. Constant.)*, patri nostro Silvestro *suppl. Bb'*. n) *deest hic Bb'*, *Ps. Constant.* o) *ex* contradicimus *Ven.*, contradentes atque relinquentes *Bb'*, *Zeumer*. p) *abhinc usque ad* per pragmat. *textus breviatus;* ei vel successoribus eius pontificium potestatem et ditionem firmam imperialem censuram et per hanc nostram divalem iussionem et pragmaticum *Bb'*. q) *om.* V_1. r) *om. M*, ut negotium in aliqua causa *suprascrips.* V_3 *m. ead.* s) disponendam .... permanendam *Bb'*. t) contulimus et *N*. u) congrue *N*, congruum est *L* (est *corr. ex* esse?). v) ac transmutari *add. Ps. Constant.* w) provintia in *Ps. Constant.* x) illuc *Ven.* y) impietate *M*. z) tempore *M*. a) potestatem *add. N.* b) dualia V_1, *P*, *rasura in L*. c) atque *Ps. Constant.* d) confirmamus V_3. e) obtestamus *Zeumer*, per hoc nostrum imperiale (imperialem *Ps. Constant.*) constitutum *suppl. Bb'*. f) *om. N.* g) *om.* V_1, *P*. h) cunctis retro temporibus imperio nostro subiacenti *add. Ps. Constant.* i) que a nobis imperiali sanctione sacrosanctae Romanae ecclesiae vel eius omnibus pontificibus concessa sunt refragare *add. Ps. Constant.* k) et *add. G, L.*

10 num. eod. 11 num. 17 p. 58. 12 num. 18.

impiis. Huius vero imperialis decreti nostri paginam[l]) propriis manibus roborantes super venerandum corpus beati Petri[m]) posuimus[n]). Data[o]) Romae III.[p]) Kal. Apriles[q]), Fl.[r]) Constantino Augusto quater consule[s]) et Gallicano[t]) uu.[u]) cc.

C. 34. De[a]) provinciis et civitatibus, quas imperatores Romanae ecclesiae concesserunt et precepto[b]) confirmaverunt. Constitutio[c]) imperatorum Ludovici[d]) [1] et primi Ottonis et primi Henrici[e]).

In nomine domini[f]) Dei omnipotentis patris et filii et spiritus sancti. Ego Hludovvicus[g]) imperator Augustus statuo et concedo per hoc pactum confirmationis nostrae tibi beato Petro principi apostolorum et per te vicario tuo domno[h]) Paschali[i]), summo pontifici et universali papae, et successoribus eius imperpetuum[k]), sicut a predecessoribus nostris[l]) usque nunc in vestra potestate et ditione tenuistis et disposuistis, civitatem Romanam cum ducatu suo et suburbanis atque viculis omnibus cum[m]) territoriis eius montanis ac maritimis[n]) litoribus ac[o]) portubus[p]) seu cunctis civitatibus castellis oppidis ac viculis in Tusciae partibus, id[q]) est Portum [2], Centumcellas [3], Chere[r]) [4], Bledam [5], Manturanum[s]) [6], Sutrium [7], Nepe [8], Castellium[t]) [9], Gallisem[u]) [10], Ortem[v]), Polimartium[w]) [11], Ameliam, Todem [12], Perusium [13], cum tribus insulis suis id est maiore[x]) et minore,

---

l) reginam *M.* m) principis apostolorum *suppl. Bb'.* n) ibique eidem — sanctissimi ac beatissimi patres *suppl. Bb'.* o) Datum *Ps. Constant.* p) sub die III *Bb', Ps. Constant.* q) Aprilis *N, V_1, Bb'*, Kalendarum Apriliarum *Ps. Constant.* r) domno nostro Fl. *Ps. Constant.*, El. *G* et *N*, El *ex* Et *L m. 2, om. Bb'.* s) *deest Ps. Constant.* t) *ex* Galligano *L*, Galligano *Zeumer.* u) viris clarissimis *codd. A^2* (*L m. 2 super* uu. cc.), vir. clariss. consulibus *Ps. Constant.*

C. 34. a) *rubr. om. Bb.* b) precepta *N, V_1, L.* c) *inscript. V_1, L, V_3 in marg. (L et V_3 m. al.)* d) Laodici *N*, Ludouici *V_1*, Ludowici *L*, Lodouici *V_4, V_5*, Lodowici *Bb.* e) Heinrici *V_1, Bb*, Einr. *V_5.* f) *om. N, V_1, P.* g) *ita G, M, Ven., Bb*, Ludouuicus *N, P, V_5*, Ludovic. *V_1, ex* Ludonic. *corr.* Lodovic. *L m. 2*, Lodouic. *V_2, V_3, V_4*, Lodoguicus *V_3.* h) donno *G ac deinceps fere semper*, domino *V_3.* i) Pascali *N, L, V_3, V_5*; *V_1 subnotat in marg. inferiore man. rec. (forte s. XVI):* Pascal. coepit anno domini DCCCVII. et sedit annis VII dies XVII. k) *ita G, V_2, V_5*, in perp. *N et alii codd.*; *Sickel.* l) vestris *codd. A^2, V_2, V_3, Sickel.* m) et *Sickel.* n) legittimis *V_5.* o) *in M eras.* p) portibus *G, P.* q) idem *N, M, Ven., V_4.* r) Cherebledam *N, V_5.* s) Matur. *V_3, V_4.* t) Castellum *V_4*, castellum Gallisem *Sickel.* u) Galliseni *G, L, V_5*, Galisseni *N*, Galisem *Ven.*, Gallis est *V_3*, Gallisem *rell. codd.* v) Orten *V_3.* w) *ex* Polmiartium *corr.* Polmart. *L.* x) *ex* maiorem . . . minorem *V_4.*

[1] Privilegium Ludovici Pii, Th. Sickel, Das Privilegium Otto I., Innsbruck 1883, p. 173, Mon. Germ. Capitul. t. I Nr. 172. Hoc privil. et duo sequentia P. Fabre le Lib. censuum I Nr. 77—80. [2] Porto: in nominibus hodiernis locorum, exceptis num. 9 et 23, secutus sum nominum registrum ad Mon. Germ., Diplomata t. III. [3] Cività vecchia. [4] Cere. [5] Bieda. [6] Monteranno. [7] Sutri. [8] Nepi. [9] Cività Castellana, v. J. Ficker, Ital. Forsch. II § 334 n. 2. [10] Gallese. [11] Bomarzo. [12] Todi. [13] Perugia.

Pulvensim[y] [14] (sic), Narniam[z], Utriculum [15] cum omnibus finibus ac[a] territoriis ad supradictas[b] civitates pertinentibus. § Simili modo et[c] in partibus Campaniae Segniam[d] [16], Agnaniam[e] [17], Ferentinum [18], Alatrum[f] [19], Patricum [20], Frisinulam[g] [21] cum omnibus finibus Campaniae[h] nec non et Tiburim[i] [22] cum omnibus finibus ac territoriis[k] ad[l] easdem civitates pertinentibus. § Nec non et exarchatum[m] Ravennatem sub integritate cum urbibus civitatibus oppidis et castellis, quae piae recordationis domnus Pipinus rex ac bonae memoriae genitor noster Karolus[n] imperator beato Petro apostolo et predecessoribus[o] nostris[p] ⟨l. vestris⟩ iam dudum per donationis[q] paginam restituerunt, hoc est civitatem Ravennam et Emiliam[r] et Bobium[s] [23], Cesenam[t], Forumpopuli[u] [24], Forumlivii[v] [25], Faventiam[w] [26], Immolam[x], Bononiam [27], Ferrariam[y], Comaclum[z] [28] et Adrianis[a] [29] quae[b] et[c] Gabellum [30] cum omnibus finibus territoriis[d] atque insulis terra marique ad supradictas civitates pertinentibus § simul et Pentapolim, videlicet Ariminum[e] [31], Pisaurum[f] [32], Fanum[g] [33], Senegaliam[h] [34], Anconam, Ausimum[i] [35], Humanam [36], Hesim[k] [37], Forum Simpronii [38], Montemferetri[l] [38], Urbinum [40] et territorium Valnense[m] [41], Callem [42], Luciol.[n] [43], Egubium[o] [44] cum omnibus finibus ac terris[p] ad[q]

---

y) Pulveresim *N*, Pulvesim *L*, Pulverisim V_4. z) Narram V_4. a) et *N*. b) easdem *G*; suprascriptas *Sickel*. c) *deest Sickel*. d) et *add.* V_1. e) *ita G, L,* V_5, *Bb*, Agniam *N*, Amagniam V_3, Anagniam *rell. codd.* (*ex* Agnaniam V_1); *Sickel*. f) *ex* Alatrinum *L*, et *add. N*. g) Frisilunam V_1, *Bb*, Frisilimam *P*, Frisilulam *ex* Frisinulam V_2, Frisi Lunam V_3, Frisiniam V_5; Frisilunam *Sickel*. h) Camp. — finibus *om.* V_1. i) Tiberim *N*, Tyb. *Ven.*, *Bb*. k) *ex* terrioribus *L*, terrectoriis V_2. l) *om. M*. m) exarcatum V_1, *P*, V_2, *Bb*. n) Carolus V_3 *ac deinceps*. o) deprecessoribus *L*. p) vestris *Bb*. q) ordinationis V_5. r) Emulam V_2. s) Boblium V_5. t) Cesanam V_5. u) Forum pompilii V_3. v) Formuliui *G*, Forumluuii *N*, *ex* Forumluuii *L m. 3*, Forumliuui V_4, V_5. w) *om. Pm*. x) Inm. *P*, Ymm. *Ven*. y) *ita N, Bb*, Ferariam *rell. codd.* z) Comadum *G*, Chomaclum V_2, V_3, V_4, Comachum V_5. a) Adrianus *G, Ven*. b) cue *N litterae* 'q' *hasta inferiore deleta*; q' V_4. c) erga bellum *codd.* A^1, Ergabellum V_5, Egabellum *codd.* A^2 (*in L inter* e *et* g *littera una erasa*). d) terrectoriis V_2 *ac deinceps*. e) Arriminum V_1, Arrimum *P*. f) Pisaurium *P, L* (*ex* Pisaurum). g) Faunum *N*, V_5, Phanum V_2, V_3. h) Senogaliam V_1, V_2, V_3, *Bb*, Senogalium V_5, Senogalliam V_4, *Sickel*. i) Ausimam *N*, Auximum V_4. k) Hesym V_2, Exium V_4. l) Montemferretri *Ven.*, V_4. m) Uualn. *N*, Ualen. V_5, Ualu. *Sickel*. n) *ita G*, V_1, V_5, Luciolum *N, Pm, L, Bb'*, Luciolis *P, Ven.*, V_2, V_3, V_4, Lucioris *M*, Luciolis *Sickel*. o) Eugubio *Pm*. p) territoriis *Bb, Sickel*. q) *om. M*.

[14] Scil. insula Polvese. [15] Narni. [15'] Otricoli. [16] Segni. [17] Anagni. [18] Ferentino. [19] Alatri. [20] Patrica. [21] Frosinone. [22] Tivoli. [23] Sarsina, v. P. Fabre, Lib. Cens. I p. 77, n. 4. [34] Forlimpopoli. [25] Forli. [26] Faenza. [27] Bologna. [28] Comacchio. [29] Adria. [30] Gavello. [31] Rimini. [32] Pesaro. [33] Fano. [34] Sinigaglia. [35] Osimo. [36] Umana. [37] Jesi. [38] Fossombrone. [39] San Leo prope S. Marino. [40] Urbino. [41] Castrovalva. [42] Cagli. [43] Luceoli prope Scheggia. [44] Gubbio.

easdem civitates pertinentibus. Eodem modo territorium Sabinense[r] sicut a genitore nostro Karolo imperatore beato Petro apostolo per donationis scriptum[s] concessum est sub integritate, quemadmodum ab Itherio[t] et Magenario[u] abbate missis illius inter idem territorium Sabinense atque Reatinum[v] definitum est. § Item in partibus Tusciae Longobardorum[w] Castellum felicitatis[45], Urbivetum[46], Balneum regis[47], Ferenti[48], Castrum[x] Viterbum[y][49], Orclas[z][50], Martam[a][51], Tuscanam[52], Suanam[b][53] Popolonium[c][54], Rosellas[55] et insulas Corsicam Sardiniam et Siciliam sub integritate cum omnibus adiacentibus ac territoriis maritimis[d] litoribus portubus[e] ad suprascriptas[f] civitates pertinentibus et insulas, item in partibus Campaniae Soram[56], Arces[57], Aquinum[58], Arpinum[g][59], Theanum[60] et Capuam et patrimonia ad potestatem et ditionem vestram pertinentia, sicut est patrimonium[h] Beneventanum et Salernitanum et patrimonium[i] Calabriae[k] inferioris et superioris et patrimonium Neapolitanum, et ubicumque in partibus regni atque imperii a Deo nobis commissi patrimonia vestra esse noscuntur. Has omnes suprascriptas[l] provincias urbes et[m] civitates oppida atque castella viculos ac[n] territoria simulque et patrimonia iam dicta ecclesiae tuae beate Petre apostole et per te vicario tuo spirituali patri nostro domno Paschali summo pontifici et universali papae eiusque successoribus usque in finem saeculi eo[o] modo confirmamus ut[p] in suo detineant iure principatu atque ditione. § Simili modo per hoc[q] nostrae confirmationis decretum[r] firmamus donationes[s] quas piae recordationis domnus Pipinus rex avus noster[t] et postea domnus et genitor noster Karolus imperator beato Petro apostolo spontanea voluntate contulerunt, nec non et censum et pensionem seu ceteras dationes[u], quae annuatim in palatium regis Longobardorum inferri[v] solebant, sive[w] de Tuscia Longobardorum sive de ducatu Spoletino[x], sicut in suprascriptis[y] donationibus continetur et inter sanctae memoriae Adrianum papam et

---

r) *ita Pm*, V_5, Fabinense *G*, *N*, V_1, *L*. s) est et *add. Pm*, est *add. L sed m. rec. del.* t) Ithenario *N*. u) Magin. V_2. v) Re.tinus *Ven*. w) Langob. *L*, *M*, *Ven.*, V_2, V_3. x) *om.* V_2. y) Viterbium V_1, *P*. z) Orchlas *G*, V_1, Ordas *N*, Orchas *L*, *M*, *Ven.*, V_4. a) Marcam V_2, Martham V_4. b) Suannam V_3. c) *ita G*, Populonium *alii codd.*, *Sickel*. d) legittimis V_5. e) portibus *G*, *L*, *M*, V_5. f) supradictas V_4. g) *om. N*, *L m. 2 inser.* h) patrim. — et *Ven. in marg. inser.* i) patrim. — et *om. N*. k) *ex* Calavriae V_2. l) supradictas *N*, *L*, V_2, V_4. m) *om.* V_1, *P*. n) atque V_2. o) quomodo *G*. p) *ex* et *man. poster. corr.* ut *Bb*. q) haec *M*, V_2. r) decreta *N*. s) donationem V_1, *P*. t) *quatuor verbis spatium relictum est Bb*. u) donationes *N*, V_2, V_5. v) inf. sol. *in marg. inser.* V_4. w) sive — Longob. *om.* V_4. x) Speletino *L*. y) supradictis *M*.

45 Città di Castello. 46 Orvieto. 47 Bagnorea. 48 Ferento. 49 Viterbo. 50 Orchia. 51 Marta. 52 Toscanella. 53 Sovana. 54 Populonia. 55 Rosella. 56 Sora. 57 Arce. 58 Aquino. 59 Arpino. 60 Teano.

domnum ac genitorem nostrum Karolum imperatorem convenit, quando[z]) idem pontifex eidem[a]) de suprascriptis[b]) ducatibus id est[c]) Tuscano et Spoletino[d]), suae auctoritatis precepto confirmavit, eo scilicet[e]) modo, ⟨ut⟩ annis singulis[f]) predictus census ecclesiae beati apostoli[g]) Petri persolvatur salva super eosdem[h]) ducatus nostra in omnibus dominatione[i]) et illorum ad nostram partem subiectione. § Ceterum, sicut diximus, omnia superius nominata[k]) ita ad vestram partem per hoc nostrae confirmationis decretum roboramus, ut in vestro vestrorumque successorum permaneant iure principatu atque ditione[l]), ut neque a nobis neque a filiis vel successoribus nostris per quodlibet argumentum sive machinationem in quacumque parte minuatur[m]) vestra[n]) potestas aut vobis de suprascriptis[o]) omnibus vel successoribus vestris[p]) inde aliquid subtrahatur de suprascriptis videlicet provinciis urbibus civitatibus oppidis castris viculis insulis territoriis atque[q]) patrimoniis nec non et pensionibus[r]) atque censibus, ita ut[s]) neque nos ea subtrahamus, neque quibuslibet subtrahere volentibus consentiamus, sed potius omnia quae superius leguntur id est provincias civitates urbes oppida castella territoria et patrimonia atque insulas censusque et pensiones[t]) ecclesiae beati Petri apostoli et pontificibus in sacratissima illius sede imperpetuum[u]) residentibus in quantum possumus nos defendere promittimus[v]) ad hoc[w]), ut omnia ea[x]) in illius ditione ad utendum et fruendum atque disponendum firmiter valeant obtinere[y]) nullamque in eis[z]) nobis partem aut potestatem disponendi vel iudicandi subtrahendive aut minorandi vendicamus, nisi quando[a]) ab illo qui eo[b]) tempore huius sanctae ecclesiae regimen tenuerit rogati fuerimus. Et si quilibet homo de supradictis civitatibus ad vestram ecclesiam pertinentibus ad nos venerit, subtrahere se volens de vestra ditione vel potestate, vel aliam quamlibet iniquam machinationem metuens aut culpam commissam fugiens nullo modo eum aliter recipiemus nisi ad iustam pro eo faciendam intercessionem ita duntaxat, ut si culpa[c]) quam commisit venialis fuerit inventa; sin aliter, comprehensum vestrae potestati eum remittamus, exceptis his qui violentiam vel oppressionem potentiorum passi ideo ad nos venerint, ut per nostram intercessionem iustitiam accipere mereantur,

---

Precepta synodalia quae ante paucos menses de sede nostra ad provinciam sunt directa et antiquis canonibus consentiunt, et ea quae minus esse probantur addidimus; et in utraque parte constat sine summi pontificis auctoritate ecclesiam noviter conditam non posse dedicari; teque ex hac basilica, quae taliter ad cultum fuerat[b]) processionis adducta, suspendisse missa[c]) ⟨l. missas⟩ probabiliter computamus. Sed quia devotus locus non debet a ministeriorum[d]) gratia diu[e]) vacuus permanere, frater karissime, eorum martyrum nomine quorum ⟨l. quos⟩ relatio continet auctoritatis nostrae suscepta serie consecrabis[f]), ut populorum frequentatio, quam illuc[g]) avide convenire mandasti[h]), servatis regulis ecclesiasticis et canonibus integrum habeat firmata religione conventum.

C. 6. Ut publica missa non fiat in ecclesia, quae sine consensu papae fuit dedicata. Gelasius[1a]) Johanni episcopo Sorano.

Certum est quidem[b]) nostris preceptionibus constitutum, ne quis in ecclesia aut in oratorio quod sedis nostrae non legitur permissione dedicatum processionem publicam putaret impendi, ne conditores furtivi surreptionibus contra regularum statuta prosilirent. Sed quia Megetia[c]) spectabilis femina petitorii[d]) nobis oblatione suggessit in possessionibus

---

e) non audeant *Gelas.* f) sibi nostri *N*, *ex* sibi nr *corr. L.* g) *deest Gelas.* h) regularium rever. V_2. i) licere *Bb'.* k) *om. N, Ven.*, V_3, *Bb'*, *in* V_1 *insert.* l) *ex* consequentiam *corr. L.*

[2] his desinit Coll. min. [3] c. 8, cf. I, 31. [4] c. 9.

C. 5. a) idem V_2, V_3 *in marg.* b) fuerit *Gelas.* c) missi *G*, missam *Bb.* d) *ex* ministrorum V_2; mysteriorum *Gelas.* e) divina *N*, V_2 *(litteris* 'ina' *man. coaeva suprascript.* f) congregabis V_3. g) illic *G, N.* h) mandastis *G, N.*

[1] Epist. 25 ed. A. Thiel I p. 391, vide p. 35; Jaffé-W. 643.

C. 6. a) papa *add.* b) et *add. Gelas.* c) mgretia V_2, Magetia *Thiel.* d) petitoria V_3.

[1] Epist. 33. A. Thiel I p. 448: Jaffé-W. 709.

propriis suorum corpuscula condidisse, frater karissime, humanitatis intuitu, qnod priora statuta non maculet funeribus[e]) et sepulcris, tantum in comprehensis petitorio[f]) locis mysteria[g]) noveris pro sellempnitate prestanda, ut defunctorum nomine solummodo divina celebrentur officia, publica frequentatione et processione cessante. Data[h]) Id.[i]) Aprilis.

C. 7. De consecranda ecclesia cum sollempni dote, in qua fundator nichil proprii iuris retineat. Gelasius[1] Senecioni[a]) episcopo.

Piae mentis amplectenda devotio est, qua se[b]) Julius u.[c]) h. in re Viviana[d]) iuris sui fundasse perhibet ecclesiam, quam in honorem[e]) sancti Viti confessoris[f]) cupit[g]) nomine consecrari. Hanc igitur[h]), frater karissime, si ad tuam diocesim pertinere non ambigis, ex more convenit dedicari collata primitus[i]) donatione sollempni, quam ministris ecclesiae destinasse se prefati muneris testatur oblator[k]), sciturus sine dubio, preter processionis aditum qui omni christiano debetur nichil ibidem se proprii iuris habiturum. Data[l]) XIII Kal. Augusti.

C. 8.[a]) Quod non liceat laico preter papam in ecclesia statuere i. e. ordinare quicquam. Symmachus[1].

Non licet laico statuendi in ecclesia preter papam Romanum habere aliquam potestatem, cui[b]) subsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi.

C. 9. Ut nullam potestatem statuendi in ecclesia aut[a]) disponendi facultates eius laicus habeat[b]). Ex[c]) synodo Symmachi[1].

Non placuit laicum statuendi in ecclesia habere[d]) aliquam potestatem, cui subsequendi maneat necessitas non auctoritas imperandi.

---

e) *om. P.* f) pretorio *G*, petit omnino *N*. g) ministeria *Thiel.* h) D. *G*, Dat. *Ven.* i) idus *G, N, V_1, P, V_3*.

C. 7. a) Sinecioni *N, L*, Senacioni *V_2*. b) Senilius *V_2, V_4, Thiel*, Seuilius *V_3*. c) *ita correxi sec. Ven., M, V_4 ex* vobis. d) Vivana *G*, Unguana *N*. e) honore *N, V_1, P, Bb'*. f) eius *add. Thiel.* g) cons. cup. nom. *N*. h) ergo *V_2*. i) *om. N.* k) *Ven. in marg. notat:* Quod fundator nichil iuris habet in ea. l) *ita V_3, V_5;* D. *G et alii codd.;* Dat. *Ven.*

1 Epist. 34, A. Thiel I. p. 448; Jaffé-W. 679.

C. 8. a) *capitulis 8—10 omissis Bb man. 2 sub rubrica capitis 9 sine numero cap. Ps. Stephani p. 183, 186:* Laicis — lacerare *in spatio vacuo relicto inseruit.* b) quos obsequendi *Thiel, Mommsen.*

1 Epist. 6 (synod. a. 502), A. Thiel I. p. 688, 8; Th. Mommsen, Auct. antiquiss. XII, p. 447, 8.

C. 9. a) aut — eius *om. N.* b) cui subsequendi manet necessitas *add. N.* c) *inscript. om. M, inser. L m. 2,* ex syn. eiusdem *V_3 in marg.* d) hanc habere *V_2 J.*

1 Cf. cap. praecedens.

C. 10.[a]) Ex[b]) [1] epistola Stephani papae. Eulalius[c]) [2] episcopus Syracusanae ecclesiae dixit:

Laicis quamvis religiosis[d]) nulla[e]) de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi[f]) legitur unquam[g]) attributa facultas[h]), neque[i]) deinceps fieri permittimus sed omnino interdicentes prohibemus.

C. 11.[a]) Quod papa licentiam dat consecrandi ecclesiam. Gelasius[1] papa.

Trigetius[b]) vero[c]) petitoria[d]) nobis insinuatione suggessit, in re sua, quae Sextilianum[e]) vocatur, basilicam se sanctorum Michaelis archangeli et Marci confessoris pro sua devotione fundasse. Et ideo frater karissime, si ad tuam pertinet parrochiam, benedictionem supra memoratae basilicae sollempni veneratione depende. Nichil[f]) tamen sibi fundator ex hac basilica noverit vindicandum, nisi processionis aditum, quae[g]) Christianis omnibus in commune debetur.

C. 12. Quod papa, cui cura debet esse omnium ecclesiarum, visitationis vicem in Capuana ecclesia alteri cuidam episcopo committit. Gregorius[1] papa.

Quoniam Festus Capuanae ecclesiae episcopus in Romana civitate positus[a]) de hac luce migravit, curae nobis fuit, quae universis ecclesiis a nobis impenditur, fraternitati[b]) tuae presentia scripta dirigere, ut memoratae ecclesiae visitator accedas, sic tamen ut nichil de provectionibus clericorum[c]) reditu ornatu ministeriisque[d]), vel quicquid prefati loci esse potuerit[e]), a quoquam presumi patiaris; sed omnem vigilantiam atque cautelam circa clerum plebemque eiusdem ecclesiae exhibere te[f]) convenit, ut in vigiliis obsequioque ecclesiastico sedule[g]) ac devote debeant servire[h]).

C. 10. a) *rubrica deest G, V_1, L, Ven., in N et P (litteris densius scriptis) habetur:* Quod laici quamvis religiosi de facultatibus ecclesiae nullam disponendi habeant facultatem (potestatem *P*); *in M, V_2, V_3:* De eadem re. b) *inscript. om. N, inser. L m. 2, V_3 in marg.;* Stephanus episcopus omnibus orthodoxis *Coll. min.* c) Eularius *L.* d) religiosi sint *Coll. min., Ps. Steph.* e) nulli tamen *Coll. min., Ps. Steph.* f) disponere *3, 4, 13.* g) usquam *G.* h) potestas *N.* i) *haec. add. Coll. min.*

[1] Ps. Stephanus c. 12, p. 186; Coll. min. 260. [2] A. Thiel I. p. 688, 10, Mommsen p. 447, 10.

C. 11. a) *Bb capitulum, in quo fere eadem quae in capitulis 8 et 10 continentur, sub rubrica cap. 8 praemittit:* Residente — facultas. b) Trigesius *N.* c) *om. Thiel.* d) petitorii *Thiel.* e) Sextilianus *Thiel.* f) *eandem glossam marginalem quam ad cap. 7 huic adiicit Ven.* g) qui *V_2, Thiel.*

[1] Epist. 35, A. Thiel I p. 449; Jaffé-W. 680.

C. 12. a) prepositus *V_3, V'_4.* b) ad fraternitatem tuam *Greg.* c) et *add. V_1.* d) misteriisque *V_1, P.* e) patuerit *Ewald.* f) *deest Greg.* g) sedulo *V_2 J.* h) deservire *V_3, V'_4.*

[1] Gregor. I. V, 13, t. I, p. 293; Jaffé-W. 1328.

C. 13. De[a]) consecratione ecclesiae, si altare movetur, et[b]) cetera. Iginus[1c]) papa.

Si motum fuerit altare, denuo consecretur ecclesia; si parietes mutantur et non[d]) altare, salibus tantum exorcizetur, si homicidio vel adulterio fuerit violata, diligentissime expurgetur et denuo consecretur.

C. 14. Ut altaria quibus[a]) non sunt reliquiae destruantur. Ex[b]) concilio Africano[1].

Altaria, in quibus corpora vel reliquiae martyrum non esse probantur, ab episcopis eiusdem loci destruantur.

C. 15. Ut status parrochiarum nulla ratione mutetur. Gelasius[1a]) papa.

Nulla presumptione statum parrochiarum, qui perpetuae aetatis firmitate duravit, patimur inmutari, quia nec neglegentia pontificum[b]) neque temporalis obiectio, quae per incuriam forte generatur, neque ignavia faciente consensus nec surripiente supplicatione preceptio[c]) devellere[d]) potest semel diocesim constitutam, ex qua semper ad regenerationem atque consignationem plebs devota convenit; territorium etiam[e]) non facere diocesim, quod[f]) olim nescitur[g]) ordinatum.

C. 16. Propter tres causas loca sanctorum commutari possunt. Augustinus[1a]).

Tribus ex causis loca sanctorum transmutanda sunt: prima cum necessitas persecutorum loca eorum gravaverit, secunda cum difficultas locorum fuerit, tertia cum malorum societate gravantur.

C. 13. a) Quod ecclesia denuo consecretur, si altare motum fuerit *Bb.* b) et cet. *om.* V_2, V_3. c) Vginius V_3. d) et non — homicidio vel *Ven. in marg. inser.*

1 In epistolis Ps. Viginii hoc caput non extat, sed legitur 'ex decr. Ygini papae' in Decr. Burchardi t. III, cap. 11 et 12; mutatis aliquibus verbis occurrit etiam in 'Excerptionibus Egberti c. 139' Mansi XII, 426, de quibus videas H. Wasserschleben, Die Bußordnungen, Halle 1851, S. 45, J. Schmitz, Die Bußbücher, Mainz 1883, S. 571.

C. 14. a) in quibus *M, codd. bB, Bb.* b) *inscript deest N,* V_2, *inscr. L,* V_3 *in marg.*

1 V. Decretum Burchardi III, 225: ex conc. Afric. c. 50, quod refertur ad coll. Dion. Hadrianam, ed. Fr. Pithoeus Paris. e typ. reg. 1687, p. 154.

C. 15. a) *inscript. om. N,* V_2, *inser. L;* papa *om. codd.* A^2, *Ven., Bb'.* b) pontificis *Thiel.* c) precio *G,* perceptio V_1, *P.* d) divellere *Thiel.* e) esse V_2 *J.* f) *om. Thiel.* g) noscitur V_1, *P,* V_3, *Bb, Thiel, ex* nescitur *corr. Ven.,* nascitur V_2.

1 Pars posterior fragmenti 17, A. Thiel I, p. 492; Jaffé-W. 713.

C. 16. a) *G,* V_3 *in marg., om. N, Ven.*

1 Caput incertum; Decr. Burch. III, 90 (Augustinus dicit.).

C. 17. Quod ligna ecclesiae ad laicorum opera non sunt admittenda. Iginus[1] papa.

Ligna ecclesiae dedicatae non debent ad aliud opus iungi nisi ad aliam ecclesiam, vel igni comburenda, vel ad profectum in monasterio fratribus; in[a]) laicorum opera non debent admitti.

C. 18. De ponitentia eius qui ecclesiam comburit. Julius[1] papa.

Si quis ecclesiam igne comburit, XV annis poeniteat et eam sedule restituat, et pretium[b]) distribuat pauperibus.

C. 19. Ut facultates ecclesiarum XXX annis possessae stabiles deinde[a]) permaneant. Gelasius[b])[1] papa.

Facultates[c]) ecclesiae nec non et dioceses, quae ab aliquibus possidentur episcopis, iure sibi vindicent quod tricenalia[d]) ⟨l. tricenaria⟩ lex conclusit[e]), quia et filiorum nostrorum principum ita emanavit auctoritas, ut ultra triginta annos nulli liceat pro eo appellare quod legum tempus exclusit[f]). D.[g]) Id.[h]) Maiarum[i]). Asterio et Presidio[k]) uu.[l]) cc. conss.[m])

C. 20.[a]) Quod ecclesia quae apostolicae predicationis fundamenta non possidet deserenda est. Ambrosius[1] episcopus[b]).

Quae dignior domus apostolicae predicationis ingressu quam sancta ecclesia? Aut quis preferendus magis omnibus videtur quam Christus, qui pedes suis lavare consuevit hospitibus, et quoscumque sua[c]) receperit domo pollutis non patiatur habitare vestigiis, sed maculosos licet vitae prioris in reliquum[d]) tamen dignetur mundare processus? Hic est igitur solus quem nemo deserere[e]) debet, nemo mutare, cui bene dicitur: 'Domine, ad quem ibimus? Verba vitae aeternae habes, et nos credimus.' Vides executorem caelestium preceptorum, qui quoniam non[f]) mutavit hospitium, Joh. 6, 69, 70.

C. 17. a) *ita in Decr. Burch., aliter apud Theodorum cap. finitur.*

1 Immo Theodor. Poenit. II. 1 § 3 ed. H. Wasserschleben S. 201; cf. Decr. Burch. III, 39 (ex decr. Ygini pap. c, 3).

C. 18. a) suum *add. V₁, P, inser. L m. 2 et in marg. adnotat:* id est: uuiregeldum; suum *Burch.*

1 In decretis Ps. Julii non invenitur, sed a Burchardo III, 204 ex decr. Julii papae laudatur.

C. 19. a) exinde *V₂.* b) *inscr. om. V₂,* episcopis per Siciliam constitutis *add. Bb.* c) Si . . . facultates . . . et dioceses ab aliquibus *etc. Thiel. not. 4.* d) *G, N,* tricenalis *Ven., V₂, V₃, Bb,* tricennalis *Thiel.* e) concludit *N.* f) seclusit *V₂.* g) Data *Ven., V₃.* h) idus *G, V₂, V₃,* iduarum *N,* iduum *V₁, P, L (ex corr.), Bb,* idibus *Thiel.* i) Maii *Thiel.* k) presidionum consulibus *N.* l) *ex* ouu? *corr. L.* m) cum ss (suis) *codd. A, Ven.*

1 Epist. 17 c. 2, A. Thiel I p. 382; Jaffé-W. 637.

C. 20. a) *Bb cap. Alexandri papae II praemittit.* b) super Lucam *add. Bb.* c) *om. N.* d) *ex* reliquis *L.* e) disserere *N, M.* f) *om. G.*

1 Expositio evang. sec. Lucam VI 67, p. 259.

caelestium[g]) consortium consecrationis emeruit. Fides ergo[h]) inprimis ecclesiae quaerenda mandatur, in qua si Christus habitator[i]) sit, haud[k]) dubio sit legenda. Si[l]) vero populus perfidus aut preceptor hereticus deformet habitaculum, vitanda hereticorum communio, fugienda synagoga censetur. Excutiendus pedum pulvis[m]), ne fatiscentibus perfidiae sterilis siccitatibus tamquam humi aridae arenosaeque[n]) mentis tuae vestigium polluatur. Nam sicut corporeas infirmitates populi fidelis suscipere in se debet evangelii predicator et tamquam propriis inania[o]) gesta pulveri comparanda allevare atque abolere vestigiis, iuxta quod scriptum est: (II Cor. 11, 29.) 'Quis infirmatur, et ego non[p]) infirmor?' Ita si qua est ecclesia quae fidem respuat nec apostolicae predicationis fundamenta[q]) possideat, ne quam labem perfidiae possit aspergere, deserenda est. Quod Apostolus quoque evidenter asseruit dicens: (Tit. 3, 10.) 'Hereticum hominem post[r]) primam et secundum correptionem[s]) devita.'

C. 21. Ut ecclesiae Arrianorum catholicae consecrentur. Johannes papa[a]) [1].

Ecclesias Arrianorum, ubicunque inveneritis, catholicas eas divinis precibus et operibus absque ulla mora consecrate, sicut[b]) et nos fecimus, cum pro causa Theodorici[c]) regis Constantinopolim fuissemus.

C. 22.[a]) De eo quod sanctus Gregorius ecclesiam Arrianorum iterum[b]) consecravit. Gregorius[c]) in Dialogo [1].

Arrianorum ecclesia in regione urbis huius, quae Subura dicitur, cum clausa usque[d]) biennum permansisset, placuit ut in fide catholica introductis illic beati Sebastiani et sanctae Agathae martyris[e]) reliquiis dedicari debuisset, quod factum est. Nam cum magna populi[f]) multitudine[g]) venientes et[h]) omnipotenti Deo laudes canentes eandem ecclesiam ingressi sumus. Cumque in ea[i]) missarum sollemnia celebrarentur et

---

g) coelestis *Ambros.* h) igitur V_1, *P; Ambros.* i) habitaturus *Schenkl.* k) aut *N, L,* V_2. l) sin *Ambros.* m) *ex* polluis *M.* n) *ex* harenosoque *corr.* harenosaeque *G,* arido arenosoque *Schenkl.* o) *om. N.* p) *om.* V_2; non ego *Schenkl.* q) fundamentum V_1. r) post unam correptionem *Ambros.* s) correctionem *G, N.*

C. 21. a) episcopis Italiae *add. Bb.* b) sicut *etc. breviata sunt.* c) Theoderici *N,* V_3.

1 Pseudo-Johannes ad episcopos Italiae p. 696.

C. 22. a) *hoc capit. deest* V_2, V_3, V_4. b) *om. G.* c) *codd.* A^2 *in marg. addunt:* Sanctus Gregorius papa primus (primum V_1) Felici episcopo de Sicilia scribit de dubia consecratione ecclesiarum; *Bb' ante rubr. ponit, rubricae praecedentis capituli (25 Ven.) praefigit Ven.* d) usque ante *Greg.* e) martyrum *Greg.* f) om. *Bb'.* g) multitudo *Bb'.* h) atque *Greg.* i) *add.* iam *Greg.*

1 ed. Bened. t. II p. 341.

pre[k]) eiusdem loci angustia populus[l]) et turba[m]) se comprimeret, quidam ex his qui extra sacrarium stabant porcum subito inter[n]) suos pedes huc[o]) illucque discurrere senserunt. Quem dum unusquisque sentiret et iuxta se stantibus indicaret, idem[p]) porcus ianuas ecclesiae petiit et omnes per quos transiit in admirationem commovit; sed videri nichil[q]) potuit, quamvis sentiri[r]) potuisset. Quod idcirco divina pietas ostendit[s]), ut cunctis patesceret quia de loco eodem immundus habitator exiret. Peracta itaque[t]) missarum celebritate recessimus; sed adhuc nocte eadem magnus in eiusdem ecclesiae tectis[u]) strepitus factus est, ac si in eis[v]) aliquis errando discurreret. Sequenti autem nocte gravior sonitus excrevit; cum subito tanto terrore insonuit, acsi omnis ecclesia illa a fundamentis fuisset eversa; et protinus recessit ac[w]) nulla illic ulterius inquietudo antiqui hostis apparuit, sed per terroris[x]) sonitum quem fecit innotuit a loco quem diu tenuerat quam[y]) coactus exibat. Post paucos autem[z]) dies in magna serenitate aeris super altare eiusdem ecclesiae nubes[a]) caelitus descendit suoque illud velamine operuit omnemque ecclesiam tanto terrore ac suavitatis[b]) odore replevit, ut patentibus ianuis nullus illic presumeret intrare, et[c]) sacerdos atque[d]) custodes vel hi qui ad celebranda missarum sollemnia venerant rem videbant, ingredi minime poterant et suavitatem mirifici[e]) odoris trahebant. Die vero alio, cum in ea lampades sine lumine dependerent, omisso divinitus lumine sunt accensae. At[f]) post paucos iterum dies cum expletis missarum solemniis extinctis lampadibus custos ex eadem ecclesia egressus fuisset, post paululum intravit et lampadas quas extinxerat lucentes repperit; quas neglegenter extinxisse se[g]) credidit atque[h]) eas iam sollicitus[i]) extinxit. Qui[k]) exiens ecclesiam[l]) clausit; sed post horarum[m]) spatium regressus[n]) lucentes lampadas quas extinxerat invenit, ut videlicet ex ipso lumine aperte claresceret, quia locus ille de[o]) tenebris ad lucem[p]) venisset.

---

k) post V_1, *P*, propter . . . augustiam *Ven.* l) populi se turba compr. *Bb'*, *Greg.* m) turbasse *L.* n) intra V_1, *P*, *Ven.*, *Greg.* o) iiluc usque *N*, *L.* p) isdem *G*, *Ven.*, *Bb'.* q) a nullo *Greg.* r) sentire *G*, V_1. s) ost. et ut (*supra inser.*) cunct. *Ven.* t) igitur *Greg.* u) tectis *om. G.* v) ea *G*, V_1. w) et *Greg.* x) terrores *G*, V_1, terrorem *N.* y) quam *N.* z) vero *Greg.* a) nube *N*, *L.* b) suavitate odoris *Greg.* c) *om. Greg.* d) quoque et *Greg.* e) magnifici V_1, *P.* f) atque *N*, *M*, *Bb*, *om. Greg.* g) *om. L.* h) *om. Greg.* i) sollicitius *Greg.* k) et ex. atque *Greg.* l) sollicitius *add. Greg.* m) trium *add. Greg.* n) egressus V_1, *P.* o) a *Greg.* p) *sec.* V_1, *M*, *Ven.*, *Bb correxi* lumen *G et al.*

C. 23. Ut dedicationes ecclesiarum et sacerdotum singulis annis sollenniter celebrentur et, si de consecratione ecclesiae dubitatur, iterum consecretur. Felix papa omnibus orthodoxis[a]).

Sollemnitates[b]) dedicationum ecclesiarum et sacerdotum per singulos annos sollenniter[c]) sunt celebrandae, ipso[d]) Domino exemplum dante, qui ad festum dedicationis templi omnibus id faciendum dans formam cum reliquis populis eandem festivitatem celebraturus venit. Quod[e]) autem VIII dierum sint encenia celebranda in libro[2] Regum peracta dedicatione templi reperietis. De ecclesiarum vero consecratione quotiens dubitatur et nec certa scriptura nec certi[f]) testes existunt, a quibus consecratio sciatur[g]), absque ulla dubitatione scitote eas esse sacrandas[h]), ne talis trepidatio faciat deteriorationem[i]), quoniam non[k]) monstratur esse iteratum quod nescitur factum.

C. 24.[a]) Quod papa duas dioceses uni episcopo committit. Gregorius[b])[1] papa Johanni episcopo.

Postquam hostilis impietas diversarum civitatum ita peccatis facientibus desolavit ecclesias, ut reparandi eas spes nullomodo[c]) populo[d]) deficiente remanserit, maiori valde cura constringimur, ne defunctis earum sacerdotibus reliquiae[e]) plebis nullo pastoris moderamine gubernante[f]) per invia[g]) fidei hostis callidi rapiantur, quod absit, insidiis[h]). Huius ergo[i]) rei sollicitudine saepe commoniti hoc nostro sedit eordi consilium, ut vicinis eas[k]) mandaremus pontificibus gubernandas. Ideoque fraternitati tuae curam gubernationemque Triumtavernensium[l]) ecclesiae previdimus committendam. quam tuae ecclesiae aggregari unirique[m]) necesse est, quatenus utrarumque ecclesiarum sacerdos recte Christo adiuvatore[n]) possis existere, quaeque tibi[o]) de eius patrimonio vel cleri ordinatione seu promotione vigilanti ac canonica visa fuerint cura disponere, quippe ut pontifex proprius liberam habebis[p]) ex presenti nostra permissione licentiam.

C. 23. a) episcopis *suprascrib. Bb.* b) sollempnitas *G*, V_1 *et alii codd.* c) *om. Bb'.* d) ipso — reperietis *praetermittit Coll. min.* e) *paucis praetermissis.* f) *om. Coll. min.* g) sarciatur *3, 4?, 5, 13.* h) consecrandas V'_4, *Coll. min., exceptis 3, 8, 10, 13.* i) deteriorem rationem *Hinsch.* k) non monstrantur esse iterata, quando quod sciunt faciunt *N.*

[1] Ps. Felix IV, p. 701; Coll. min. c. 210. [2] cf. III Reg. c. 8.

C. 24. a) *aliud cap. praemittit* V_2. b) *inscriptionem om. N*, V_3, Joh. ep. *in marg. adfert L.* c) nulla *Greg.* d) papa *N.* e) vel *add. G, N.* f) gubernatae *Greg.* g) *ex* inuidia *P*, inania *Bb'.* h) insidia *Hartmann.* i) igitur V_3. k) eius *Ven.* l) Triumtriuernensium V_1, *P*, Trium trauern. V_2 *J.* m) utrique V_1, *P.* n) adiutore V_3, V'_4. o) *om.* V_2 *J.* p) habebit *Ven.*

[1]) Gregor. I Registr. II 48, t. I p. 149, Jaffé-W. 1202.

C. 25. Item[a]) de eadem re. Gregorius papa[b]) [1].

Relatio cleri simul et populi Terracinae[c]) degentis nos valde laetificat ob hoc, quod de tua fraternitate bona testatur. Et quia defuncto pontifice suo Petro sibi cardinalem postulant constitui sacerdotem, eorum desideria[d]) necessario complenda previdimus[e]). Tota[f]) igitur mentis[g]) intentione ita lucrum animarum Deo nostro facere festinato, ut digna te merces ante conspectum eius in die retributionis[h]) inveniat. Quicquid vero de predictae rebus ecclesiae vel eius patrimonio seu cleri ordinatione promotioneve et omnibus generaliter ad eum pertinentibus sollerter atque canonice ordinare facereque provideris, liberam habebis quippe ut sacerdos proprius modis omnibus facultatem. Illud quoque fraternitatem tuam scire[i]) necesse est, quoniam sic te predictae Terracinensis ecclesiae cardinalem esse constituimus sacerdotem, ut et Fundensis ecclesiae pontifex esse non desinas nec curam gubernationemque eius pretereas, quia ita fraternitatem tuam saepe dictae Terracinensi ecclesiae, sicut[k]) prefati sumus, preesse precipimus, ut ante dictae Fundensis ecclesiae tibi iura potestatemve nullomodo subtrahamus.

C. 26. Ut[a]) oratorium non consecretur absque auctoritate sedis apostolicae. Gregorius[1] papa.

Lator presentium, Johannes frater et coepiscopus noster, indicavit[b]) nobis, quod quidam Exuperantius episcopus ausu temerario in diocesi ipsius oratorium construxerit eumque sine precepti auctoritate contra morem presumpserit dedicare missasque illic celebrare non metuit. Quam rem cum summa te celeritate ac districtione convenit emendare nec ulterius tale aliquid adtemptari permittere.

C. 27. Quod sacrilegus est qui sacerdotes Dei insequitur, et qui ecclesias Dei[a]) depredatur. Pius[1] papa[b]).

Sicut qui ecclesiam Dei vastat[c]) eiusque predia et donaria expoliat et invadit fit sacrilegus, sic et ille qui eius sacerdotes insequitur sacrilegii reus existit et sacrilegus iudicatur.

C. 25. a) *om.* V_2, V_3. b) *inscriptionem om.* N, V_3, *L ponit in marg. et add.* Johanni episcopo, *item* V_3, *sed add.* Agnello episcopo Fundensi. c) Turonicae *G*, Terecinae V_1, *P*, *Ven.* d) desiderio V_2, petita *Greg.* e) pervidimus *G*, *Bb.* f) *pluribus omissis.* g) meritis V_1, *P*, *Ven.* h) tribulationis *P.* i) *om.* V_2. k) sicut -- ecclesiae *praetermitt.* V_1, *P.*

1 Greg. I Registr. III 13, t. I p. 171, Jaffé-W. 1217.

C. 26. a) Ut nullo modo oratorium cons. *N.* b) *post complura omissa.*

1 Greg. I Registr. XIII 19, t. II p. 386, Jaffé-W. 1884.

C. 27. a) *om.* *M*, V_2, V_3. b) Italicis episcopis *postea add. Bb.* c) devastat V_1, *P*, 'de' *post inscr. L.*

1 Ps. Pius c. 8, p. 118.

C. 28. Quod[a]) monasteria vel xenodochia, quae ex pecunia pro sacris ordinibus data construuntur, mercedi non proficiunt sed nocent. G r e g o r i u s[b]) [1] papa.

Omnino metuenda et cavenda[c]) est antiqui[d]) hostis astutia, ne quos aperta nequit temptatione subvertere latente telo[e]) saevius valeat trucidare. Neque enim elemosyna putanda[f]) est, si pauperibus dispensetur quod[g]) ex illicitis rebus accipitur, quia[h]) qui hac intentione male accipit, ut quasi[i]) bene dispenset, gravatur potius quam iuvatur. Elemosyna redemptori nostro[k]) illa placet, quae non de illicitis[l]) inique[m]) congeritur[n]). Unde etiam illud certum est quia, etsi monasteria aut xenodochia vel quid aliud ex[o]) pecunia quae pro sacris ordinibus datur construatur[p]), mercedi[q]) non proficit, quoniam dum perversus[r]) emptor honoris in locum[s]) transmittitur et alios[t]) ad sui[u]) similitudinem sub[v]) commodi datione[w]) constituit, plura male ordinando destruit, quam ille potest aedificare qui ab eo pecuniam ordinationis accepit. Ne ergo sub obtentu elemosynae cum peccato aliquid
Prov. studeamus accipere, aperte sacra scriptura nos prohibet dicens: 'Hostiae
21, 27. impiorum abominabiles Domino, quae[x]) offeruntur ex scelere.' Hinc
Prov. rursus[y]) scriptum est: 'Honora Dominum de tuis iustis[z]) laboribus.' Hinc[a])
3, 9. Eccles. quoque per Salomonem dicitur: 'Qui offert sacrificium de substantia pau-
34, 24. peris, acsi victimet filium in conspectu patris'. Nimis[b]) ergo declinandum est, dilectissime frater[c]), sub obtentu elemosinae peccata simoniacae hereseos perpetrare. Nam aliud est propter peccata elemosynas facere, aliud propter elemosynas peccata committere.

C. 29. Qualiter ecclesiastica pecunia sit servanda. A u g u s t i n u s[a]) [1] super Johannem.

Habebat Dominus loculos et a fidelibus oblata conservans et suorum

---

C. 28. a) Ut *M*, V_2. b) *inscr. om. N*, *C o l l. m i n.*, Greg. Siagrio episcopo *Ven. in marg.;* Siagrio, Etherio, Virgilio et Desiderio episcopis (a paribus *add. Greg.*) Galliarum V_2, V_3, *Greg.* c) et cav. *om.* V_2 *J.* d) *deest Greg.* e) zelo V_1, *P*, letentur coelo *1.* f) reputanda *C o l l. m i n.*, *Greg.* g) qui *G*, *N*, V_3. h) vel qui ex hac *N.* i) *ex* quod *G*, V_1 *correxi sec. Ven.*, V_2, V_3, V'_4, *om. Bb'*, quos *10.* k) nostri *G*, redemptoris nostri oculis *Greg.* l) et *add. Ven. 3, 4, 5, 12, Greg.* m) iniquitate *Ven.*, *C o l l. m i n. (at in* inique *mutat 1)*, *Greg.* n) sed quae de rebus concessis et bene adquisitis impenditur *add. C o l l. m i n.*, *ex c. 10*, *Greg.* o) ex pec. — datur *deest Greg.* p) construantur V_3, *5*, constituatur *C o l l. m i n.*, *at* construatur *3, 4, 12.* q) mercedi — constituit *praetermitt. 3.* r) et *add. Greg.* s) loco *Hartmann.* t) *om. Bb.* u) *ex* suam *5.* v) *ex* sibi *10.* w) commodatione *10.* x) quia *C o l l. m i n. (exc. 3, 4, 12)*, *Greg.* y) rursum *5, 12*, *Hartmann.* z) *om. 3.* a) *post pauca.* b) *post pauca.* c) fratrum *Hartmann.*

1 Greg. I Registr. IX 218, t. II p. 207, Jaffé-W. 1747, C o l l. m i n. c. 128.

C. 29. a) *inscriptionem om. N, in marg. adfert* V_3, super Joh. L_2.

1 Tractatus 62 in Johann. evang. c. 13, t. III p. 2 col. 487.

necessitatibus et aliis indigentibus tribuebat. Tunc[b] primum ecclesiasticae pecuniae forma est instituta[c], ubi[d] intelligeremus, quod precepit non cogitandum esse de crastino, non ad[e] hoc tuisse preceptum, ut nichil pecuniae servetur a sanctis, sed ne Deo propter[f] ista[g] serviatur et propter inopiae timorem iusticia deseratur.

C. 30. Quod providendum est religiosis, ut loca commoda habeant, ne patientes necessitatem desides fiant. Gregorius[a] [1] papa.

Religiosam vitam eligentibus congrua nos oportet consideratione prospicere[b], ne cuiusdam necessitatis occasio aut desides faciat aut robur, quod absit, conversationis infringat. Idcirco tibi presenti auctoritate precipimus, quatenus domum positam in hoc urbe regione quarta iuxta locum, qui appellatur Gallinas, Albas vel hortum iuris sanctae Romanae cui Deo auctore presidemus ecclesiae, in qua Campana[c] quondam Patricii mansisse dignoscitur, simul et hortum atque hospitia, quae intra eandem domum ianua conclusit[d], tradere debeas proprietatis iure procul dubio possidendum[e]. In qua domo monasterium[f], ubi eum in congregatione sua habitare possit Christoque adiuvante construere, ut tam ipsa quam[g] quae in eius honore locoque successerit, predictam domum et hortum cum omnibus ad se[h] pertinentibus, sicut diximus, quieto et inconcusso iure a nobis pietatis[i] consideratione concessam valeat possidere.

C. 31. Quod decimae tributa sunt egentium animarum[a].

Decimae [1] sunt tributa egentium animarum. Quod si decimam dederis non solum abundantiam fructuum recipies, sed etiam sanitatem corporis consequeris. Non igitur[b] dominus Deus premium[c] postulat sed honorem; Deus enim noster, qui dignatus est totum[d] donare, decimam a nobis dignatus est recipere non sibi sed nobis sine dubio profuturam[e]. Sed ⟨si⟩[f] tardius dare peccatum est, quanto magis[g] peius est peccatum[h])

---

b) *ad haec signum notae adfigit Ven.* c) constituta *V_1*. d) ut *N.* e) ob *V_2, V_3*. f) pro *Aug.* g) istam *V_3, Bb'.*

C. 30. a) Gracioso subdiacono *add. V_3 in marg.* b) perspicere *G.* c) Campania *G, N.* d) Florae abbatissa *ex marg. inserit Ven.* e) ex possidendam *G,* possidendam *N, V_1, P, Ven., V_2 J. V_3.* f) monasterii *ex corr. V_2 J.* g) quam *om. Bb'.* h) te *V_1, P.* i) proprietatis *N.*

1 Greg. I Registr. III 17, t. I. p. 175, Jaffé-W. 1221.

C. 31. a) *inscriptio deest G,* Augustinus *habent N, V_1, P et alii libri*; nota de decimis *adfigunt P, L.* b) eget *Aug.* c) primium *G,* primitias *N,* non praemium *Aug.* d) totum — dignatus est *om. per homoioteleuton N, V_1, P.* e) profutura *V_1, P.* f) *add. V_2, V_3, ex* Sed *corr. Ven.* g) *deest Aug.* h) *deest Aug.*

1 Huius capituli quamvis spurii sententiae leguntur inter opera Augustini, t. V p. 2, Append. sermo 277, col. 326, ex quo excerptae sunt ordine aliquantum mutato.

non dedisse. De militia de negotio et de artificio redde decimas. Cum enim decimas dando et terrena et caelestia possis premia promereri, per[i]) avaritiam duplicem benedictionem fraudas. Haec[k]) est enim Domini iustissima consuetudo, ut si tu illi decimam non dederis, tu ad decimam revoceris. Dabis[l]) impio militi, quod non vis dare sacerdoti? Benefacere Deus semper est[m]) paratus; sed hominum malitia prohibetur. Decimae etenim ex debito requiruntur, et qui eas dare noluerint[n]) res alienas invadunt, et quanti pauperes in locis suis, ubi ipse habitat, illo decimas non dante fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum reus ante aeterni iudicis tribunal apparebit, quia rem a Domino pauperibus delegatam suis usibus reservavit. Quia[o]) ergo sibi aut premium comparare aut peccatorum desiderat indulgentiam promereri. reddat decimam[p]), etiam[q]) de VIIII partibus studeat elemosynam dare pauperibus.

C. 32. Ut sacrilegus habeatur qui predia divinis usibus tradita subtrahit. Pius [1] Romanae ecclesiae archiepiscopus orthodoxis[a]) omnibus.

Predia divinis usibus tradita quidam humanis applicant usibus, et Deo[b]) nostro cui tradita sunt ea subtrahunt, ut suis usibus inserviant. Quapropter ab omnibus illius[c]) usurpationis contumelia depellenda est, ne predia usui[d]) secretorum caelestium dicata a quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quis presumpserit, ut sacrilegus iudicetur.

C. 33. De eadem re, et quod res ecclesiae non propriae sed communes debent esse. Urbanus[1] episcopus christianis omnibus.

Res ecclesiae fidelium oblationes appellantur, quia[a]) Domino offeruntur; non ergo debent in aliis usibus quam ecclesiasticis et predictorum Christianorum fratrum[b]) indigentium[c]) converti, quia vota sunt fidelium et pretia peccatorum atque[d]) ad predictum opus explendum Domino traditae[e]). Si quis autem, quod absit, secus egerit, videat, ne dampnationem Ananiae et Saphirae percipiat et reus sacrilegii efficiatur[f]), sicut illi effecti sunt qui[g]) pretia predictarum rerum fraudati[h]) sunt. Haec fratres valde, cavenda sunt et timenda, quia res ecclesiae non quasi propriae sed ut

---

i) quare p. a. duplici te benedictione defraudas *Aug.* k) Hoc (*sic*) — decimam *sup. rasuram N.* l) *ex* da nobis *L.* m) par. est *N, V₁, Ven., V₃, Bb'.* n) noluerit . . . invasit *Aug.* o) qui *Ven., Aug.* p) decimas *V₁, P, Aug., ex* decimam *L.* q) *om. N, Bb,* et *V₂, V₃, Aug.*

C. 32. a) christianis *Coll. min., at* orthodoxis *3, 4, 12, 13.* b) domino Deo *Ps. Pius.* c) illis *N.* d) sibi *Coll. min., at* usui *3, 4, 12, 13,* sibi *Hinsch.* e) *om. Ps Pius,* sacrilegus habeatur et sicut sacrilegus iudicetur *Coll. min., Ps. Pius.*

1 Ps. Pius c. 7, p. 118, Coll. min. c. 263.

C. 33. a) quae *Coll. min., at* quia *13.* b) vel *add. Ps. Urb.* c) indigentia *Coll. min., exc. 3, 4, 6, 13.* d) *om. V₂, V₃* et *5.* e) tradita *Coll. min. exc. 3, 4, 6, 12.* f) fecerunt *Ps. Urb.* g) quia *3.* h) fraudaverunt *Ps. Urb.*

1 Ps. Urbanus c. 4, p. 144, Coll. min. c. 264.

communes et Domino oblatae cum summo timore non in alios quam[i]) in prefatos usus sunt fideliter dispensandae, ne sacrilegii reatum incurrant qui eas inde abstrahunt ubi traditae sunt, et quod peius est, anathema maranatha fiant[k]). Et si[l]) non[m]) corpore, ut Ananias et Saphira fecerunt, mortui ceciderunt, anima tamen quae fortior[n]) est corpore mortua et alienata a consortio fidelium cadat, et in profundum[o]) baratri labatur.

C. 34.[a]) Ut propriis usibus non applicetur quod pro communi utilitate datur. Gregorius[1] Anthemio subdiacono.

Ratio nulla permittit, ut propriis cuiusquam usibus applicetur, quod pro[b]) communi utilitate datum esse cognoscitur.

C. 35. Quod sacrilegium est ea retinere quae sanctis locis relinquuntur. Gregorius[1] Savino subdiacono.

Sacrilegium[a]) et contra legem[b]) est, si quis quod venerabilibus locis relinquitur pravae voluntatis studiis[c]) ⟨suis⟩[d]) temptaverit compendiis retinere.

C. 36. De his qui loca sancta infringunt et aliquid exinde[a]) abstrahunt. Johannes[1] papa.

Hi qui monasteria et loca Deo dicata et ecclesias infringunt et deposita vel alia quaelibet[b]) exinde abstrahunt dampnum novies componant, et emunitatem tripliciter, et velut[c]) sacrilegi canonicae sententiae subigantur.

C. 37.[a]) De his qui res alienas vel oblationes ecclesiasticas rapiunt. Eusebius[1] papa.

In legibus saeculi cautum habetur, qui rem subripit alienam, illi cuius res direpta est in undecuplum[b]) quae sublata sunt restituat. Et in lege divina legitur: 'Maledictus omnis qui transfert terminos proximi sui.' Deuter. 27, 17.

---

i) sed *12*. k) et pereant in secundo adventu *V_3*. l) *pro:* si non *scrib.* sine *N*. m) in *add.* *5*. n) fortiorem corp. *N*, potior *Coll. min.*, *Ps. Urb.*, preciosior *1*. o) profundis *V_1*, *P*.

C. 34. a) *cap. (37) praemittit Bb, quod est IV 43.* b) comm. pro util. *3, 4, 5, 12.*
1 Greg. I Registr. IX 121 i. f., t. II p. 124; Jaffé-W. 1647; Coll. min. c. 269.

C. 35. a) sacrilegum *1*. b) leges *Coll. min.*, *Greg.* c) studio *1*. d) *ita Coll. min.*, *Greg.*
1 Greg, I Reg. IX 89, t. II p. 102; Jaffé-W. 1614; Coll. min. c. 270.

C. 36. a) inde *L*, *M*, *V_2*. b) et *add.* *G*. c) *om. Ven.*
1 Decr. Burch. XI 22: ex decr. Johannis papae c. 10: initium et finis cap. invenitur in conc. Meldensi a. 845, c. 60.

C. 37. a) *cap. Greg. VII in Bb praecedit.* b) decuplum *Hinsch.*
1 Ps. Euseb. c. 14, p. 238; Decr. Burch. XI 27: ex decr. Euseb. c. 8.

Talia[c]) ergo non presumantur absque ultione, nec exerceantur absque[d]) dampnatione[e]). Proinde[f]) si quis ecclesiasticas oblationes et quod Deo consecratum est rapuerit[g]) vel consenserit facientibus, ut sacrilegus diiudicetur, et dampnum[h]) in quadruplum restituat et canonice poeniteat.

C. 38. Quod licet ecclesiasticis viris[a]) alienata ab ecclesiis cum suis fructibus reposcere[b]). Symmachus[c])[1].

Licet etiam quibuscumque ecclesiasticis[d]) vocem contradictionis afferre et ecclesiastica auctoritate fulciri, ita ut cum fructibus possint[e]) alienata reposcere.

C. 39.[a]) Quod basilica vel[b]) catholicorum congregatio non debet institui sine nutu apostolicae sedis. Nicolaus[1] episcopus clero et plebi Nonensis[c]) ecclesiae.

Ecclesia i. e. catholicorum collectio quomodo sine apostolicae sedis instituetur nutu, quando iuxta sacra decreta nec ipsae debent absque preceptione papae[d]) basilicae noviter construi quae ipsam catholicorum intra semet amplecti catervam dinoscitur.

C. 40.[a]) Ut res ecclesiae preter[b]) episcopi conscientiam nemo det vel accipiat, et qui eas per se aut per potestates restinuerit vel heredibus dimiserit anathema sit. Symmachus[1] ecclesiae catholicae episcopus[c]) urbis Romae dixit.

In canonibus in Gangrensi[d])[2] ecclesia apostolica auctoritate conditis de[e]) fructuum oblationibus quae ministris ecclesiae debentur, et de his quae in usus[f]) pauperum conferuntur scriptum habetur: Si quis oblationes ecclesiae accipere[g]) vel dare voluerit preter episcopi conscientiam vel eius

---

c) *post pauca.* d) sine V_2, V_3. e) sua dampn. *Ps. Euseb.* f) *quae sequuntur non sunt Ps. Eusebii, extant vero in Decr. Burch.* g) rapuit V_1, *P.* h) *P in margine notat:* Sed absit, ut ecclesia cum augmento recipiat quod de terrenis rebus videtur amittere et lucra de dampnis quaerere, ut Greg. ait li. XI. Si quis aliquid.

C. 38. a) *om.* V_3. b) repetere *Ven.* c) papa *add.* V_1, *P,* in concilio cap. VII *add. Bb'.* d) personis *add. Symm.* e) possit *Thiel, Mommsen.*

1 Epist. 6, c. 8, A. Thiel p. 692, Th. Mommsen, Auct. ant. t. XII p. 451; Jaffé-W. ad a. 502 Nov. 6.

C. 39. a) *aliud capitulum proferunt codd.* V_2, V_3. b) i. e. *Bb.* c) Nolensis *N,* Nocensis *Deusd.* d) *verba:* papae — semet *in Ven. omissa mox infra suppleta sunt.*

1 Coll. card. Deusdedit ed. V. Wolf v. Glanvell I 155, Jaffé-W. 2851.

C. 40. a) *tria capp. ut Anastasii papae praemittit Bb.* b) nemo dare vel accipere presumat preter episcopum vel eum cui hoc commissum est V_2, V_3. c) urb. R. ep. *L.* d) Gangransi *G,* Grag. *N,* Gangensi V_1, *P,* (*ita ex* Gangrensi *corr. L*), Gangressi *Ven.*, Grangrensi V_2. e) *deest Ven., spatium vacuum.* f) in usum *G,* uniuersis pauperibus *N.* g) acciperet *L.*

1 Ps. Symmachi VI. synodus, p. 681. 2 capp. 7, 8.

cui huiuscemodi sunt officia[h]) commissa, nec cum eius voluerit agere consilio anathema sit. Et iterum in eodem concilio[i]) Gangrensi[k]): 'Si quis oblata Deo dederit vel acceperit preter episcopum vel eum qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus, et qui dat et qui accipit anathema sit. Valde ergo iniquum et ingens sacrilegium est, tu quaecumque vel pro remedio peccatorum vel[l]) pro salute aut[m]) requie animarum suarum unusquisque venerabili ecclesiae contulerit aut certe reliquerit, ab his[n]) quibus maxime servare[o]) convenit, i. e. christianis et Deum timentibus hominibus et super omnia a[p]) principibus et primis regionum[q]), in aliud[r]) transferri vel converti. Propterea qui haec non previderit et aliter quam prescriptum[s]) est, ecclesiis[t]) tradita petierit vel acceperit aut[u]) possederit vel[v]) iniuste defenderit aut retinuerit, nisi se cito correxerit, quo iratus Deus animas percutit anathemate feriatur, sitque accipienti vel[w]) danti vel possidenti anathema. *Et infra.* Generaliter[3] vero quicumque res ecclesiae confiscare aut conpetere vel[x]) pervadere periculosa sua infestatione[y]) presumpserit, similiter[z]) et[a]) hi qui res ecclesiae iussu vel largitione principum vel quorumdam potentum aut quadam invasione aut tyrannica potestate retinuerint et filiis vel[b]) heredibus suis, ut a quibusdam iam factum audivimus, quasi hereditarias reliquerint, nisi cito res Dei ammoniti a pontifice agnita veritate reddiderint, perpetuo anathemata feriantur. Iniquum[c]) esse censemus ut potius custodes cartarum quam defensores rerum creditarum, ut preceptum est, iudicemur[d]). *Et infra.* Ferro enim abscidenda sunt vulnera quae fomenta non sentiunt. Similiter et illi extorres debent fieri ab ecclesia qui sacerdotali admonitione non corriguntur, dicente Domino: 'Auferte malum ex[e]) vobis'. Universa Deut.
synodus surgens acclamavit: Ut ita fiant rogamus, dictum est octies. 19, 19.
Exaudi[f]) Christe, Symmacho papa vita, dictum est duodecies.

C. 41. Quod si nimia[a]) necessitas alicui episcopo incumbit, tamen non debet ecclesiae redditus distribuere, nisi primum insinuaverit primati provinciae. Ex[b]) concilio Carthaginensi[1] cap. XXXI ⟨l. XXVI⟩.

Nullus[c]) res ecclesiae distrahat. Quod si redditus non habet et

h) *ad haec signum notae adfigit Ven.* i) consilio *om.* Gangr. *Ps. Symm.* k) *codd. A², Ven. repetunt quod in* d) *adnotavi.* l) *om. Ps. Symm.* m) vel *Ps. Symm.* n) a *add. G et rell. codd., solus N om.* o) servari *Ps. Symm.* p) *om. Ps. Symm.* q) religionum *L.* r) alia *Ps. Symm.* s) scriptum *Ps. Symm.* t) praedia eccl. *Ps. Symm.*, ecclesiae V_2 *J.* u) aut poss. *om.* V_1. v) aut V_2 *J.* w) et *Ps. Symm.* x) aut p. p. aut *Ps. Symm.* y) infestinatione *G*, infesta *Pm, reliqua* — potestate *erasit.* z) *post pauca.* a) *om. N.* b) V_2 *J.* c) enim *add. M.* d) iudicemis V_1, *P.* e) a *Ps. Symm.* f) *post pauca.*

3 p. 682.

C. 41. a) magna *G, Pm.* b) *inscriptio deest N, in marg. est* V_3. c) Nullus — distr. *absunt a conc.*

1 A. 419 c. 26 rec. Dionys., Bibl. jur. can. vet. t. I p. 148.

aliqua necessitas nimia cogit, hanc insinuandam esse primati provinciae ipsius, nt eum[d] statuto numero episcoporum, utrum faciendum sit arbitretur. Et[e] si tanta urget necessitas ecclesiae, ut non possit ante consulere, saltem[f] vicinos[g] convocet episcopos curans ad concilium omnem[h] referre ecclesiae necessitatem. Quod si non fecerit, reus Deo et sancto[i] concilio venditor honore amisso teneatur.

C. 42. Ut qui domum Dei violaverit et inde quid[a] abstulerit communione privetur. Johannes papa VIII.[1]

Si quis domum Dei violaverit et aliqua sine licentia illius cui commissa esse dinoscitur inde abstulerit, vel ecclesiasticis personis iniuriam fecerit, donec in[b] conventu admonitus legitime satisfaciat, sciat se communione fore privatum. Si vero post secundam et tertiam conventionem coram episcopo satisfacere detrectaverit, sacrilegii periculo ab omnibus obnoxius teneatur, ita ut secundum Apostolum nemini fidelium misceatur.

C. 43. Ut possessiones ecclesiae non alienentur nisi religiosis clericis vel monasteriis aut peregrinis, et hoc temporaliter. Ex epistola Symmachi[1] papae ad Cesarium.

Possessiones igitur[a], quas unusquisqus ecclesiae proprio dedit[b] aut reliquit arbitrio, alienari quibuslibet titulis atque distractionibus vel sub quocumque argumento non patimur, nisi forsitan aut clericis horum[c] meritis aut monasteriis religionis intuitu aut certe peregrinis, si[d] necessitas largiri suaserit; sic tamen, ut haec ipsa non perpetuo sed temporaliter habeant[e].

C. 44.[a] Gregorius[1] Donno[b] episcopo Messano.

Et sacrorum canonum et legalia statuta permittunt ministeria[c] ecclesiae pro captivorum esse redemptione vendenda.

---

d) constituto V'_4. e) Quodsi *Conc.* f) per *add.* V_2 *J.* g) testes *add. Conc.* h) omnes ref. suae eccl. necessitates *Conc.* i) *deest Conc.*

C. 42. a) *ex* quod *Ven.*, aliquid V_3. b) conventus et admonitus *Conc.*
1 Conc. Ravennense a. 877 c. 5, Mansi t. XVII col. 338; Jaffé-W. p. 3109.

C. 43. a) *deest Symm.* b) dedicavit rel. V_3. c) honorum *Bb'.* d) *deest Symm.* e) donec vixerint, perfruantur *Symm.;* Item Ambrosius in libro officiorum *add.* V_1, *P, idem ad cap. sequens N, Ven.*
1 Epist. 15 c. 1, A. Thiel p. 724; Jaffé-W. 764.

C. 44. a) *rubricam om. G,* V_1*:* Quod res ecclesiae possint vendi pro liberatione captivorum *N, P.* De eadem re *Ven.* Quod ministeria ecclesiae pro captivorum redemptione vendenda sunt V_2, V_3, *Bb.* b) domno *N, P, Ven., Bb',* Dono V_3, *F. Ewald.* c) misteria V_1, *P.*
1 Greg. I Registr. VII 35, t. I p. 483: Jaffé-W. 1481.

C. 45. Ut decimae a laicis non possideantur. Gregorius papa VII.[a)] [1].

Decimas quas in usum pietatis concessas esse canonica testatur[b)] auctoritas a laicis possideri apostolica auctoritate prohibemus. Sive enim ab episcopis vel regibus vel quibuslibet personis eas acceperint, nisi ecclesiae reddiderint, sciant se sacrilegii crimen committere et acternae dampnationis periculum incurrere.

C. 46.[a)] Quod res sacrae[b)] nullius sunt nec alienari debent nisi pro captivis. ⟨Ex⟩ Justiniani [1] imperatoris libro institutorum[c)] II.[d)]

Nullius [2] autem sunt res sacrae et religiosae et sanctae; quod enim diuini iuris est, id nullius in bonis est. Sacra [3] sunt quae rite et per pontifices deo consecratae[e)] sunt veluti aedes sacrae, et dona quae rite ad ministerium dei dedicata sunt, quae etiam per nostram constitutionem [4] alienari. et obligari prohibuimus, excepta redemptione captivorum. Si quis vero auctoritate sua quasi sacrum sibi constituerit, sacrum non est sed profanum. Locus autem, in quo sacrae aedes aedificatae sunt, etiam diruto aedificio[f)] adhuc sacer manet[g)]. *Et post pauca.* Sanctae [5] quoque res, veluti muri et portae, quodammodo divini iuris sunt[h)] et ideo nullius in bonis sunt. Ideo autem muros sanctos dicimus, quia poena capitis constituta sit[i)] in eos qui aliquid in muro[k)] deliquerunt.

C. 47. Ut quicumque[a)] converti voluerit medietatem rerum suarum ecclesiae cui subiectus[b)] est dimittat, sicque ad monasterium vadat. Leo[c)] [1] episcopus servus servorum Dei omnibus fidelibus in Christo per totam Italiam.

Relatum est auribus nostris esse quodam perverse agentes qui subvertere nituntur[d)] atque dividere conantur ecclesiae unitatem, videlicet abbates et monachi qui non studio caritatis sed zelo rapacitatis invigilant et docent atque seducere non cessant saeculares homines quos[e)] illaqueare possunt, ut res suas atque possessiones sive in vita sive in morte in[f)] monasteriis illorum tradant et ecclesiis, quibus subiecti esse videntur et

---

C. 45. a) c. 7 *add. Bb'.* b) auctoritas demonstrat *Greg. VII.*

1 In synodo Romana a. 1078 Nov. 19. Ph. Jaffé Monum. Gregor. p. 334.

C. 46. a) *cap. Leonis papae IV Bb praemittit.* b) ecclesiae *M.* c) institutionum V_2 *J.* d) secundo *N.* e) consecrata V_2, V_3, *Bb, Instit.* f) officio *M.* g) ut et Papinianus scripsit. *Instit.* h) est V_1, *item ex* sunt *L.* i) est *Instit.* k) muros *Ven.?, Bb, Instit.*

1 Institutionum Iustiniani lib. II t. 1 §§ 7, 8, 10. 2 § 7. 3 § 8. 4 Cod. I, 2, l. 21. 5 § 10.

C. 47. a) qui V_3. b) fabricatus *(at recte in tab. rubr.)* V_2 *J.* c) *inscriptio haec integrior est, quam quae editione impressa exhibetur.* d) conantur *Mansi.* e) quos — possessiones *om.* V_3. f) *om.* V_1, ut V_3.

1 Leo papa IX, Mansi t. XIX col. 670; Jaffé-W. 4269.

a quibus baptismum poenitentiam eucharistiam nec non pabulum vitae cum lacte carnis[g]) acceperunt[h]), nichil de bonis suis relinquant. Hanc denique famam[i]) discordiae nos animadvertendo[k]) omnibus modis inhibere volumus, et ne amplius fiat omnino prohibemus considerantes non esse
II. Cor. 1, 7. bonum, ut illi qui olim fuerunt socii passionum secundum Apostolum
Luc. sint immunes a societate consolationum, et quia dignus est operarius[l])
10, 7. mercede sua. Ideoque precipimus atque iubemus, ut quicumque amodo
I. Tim. 5, 18. in monasterio se[m]) converti voluerit sive in vita sive in morte, ut omnium rerum et possessionum quas pro salute animae suae disponi decreverit medietatem ecclesiae, cui ipse pertinere dinoscitur, relinquat et sic demum in monasterio[n]), prout sibi libitem fuerit, eundi convertendique habeat licentiam. Quicumque autem huius nostri decreti contradictor convulsor[o]) ac temerator extiterit, gladio anathematis subiaceat[p]). Dat.[q]) Romae mense Aprili[r]) die XX[s]) indictione V.

C. 48. Ut nullus abbas decimas vel primitias teneat sine auctoritate Apostolici aut[a]) proprii episcopi. Gregorius papa VII.[b]) [1]

Ut nullus abbas decimas et[c]) primitias et reliqua quae secundum statuta canonum ad[d]) episcopos pertinent detineat[e]) sine[f]) auctoritate Romani pontificis seu episcopi[g]) in cuius diocesi habitat, apostolica sanctione firmanus.

C. 49.[a]) De quodam abbate constituto a papa Gregorio. Gregorius[1] papa[b]) Probo abbati inter cetera.

Quodam die dum de ordinando[c]) monasterio cui preesse dinosceris cum nostris filiis tractaremus atque diu aptam personam huic officio quaereremus, ex improvisu te ingrediente cordi nostro et[e]) eorum qui nobiscum ad tractandum[f]) aderant subito natum est, ut te illic abbatem Deo propitio constituere deberemus[g]).

---

g) *om. Mansi.* h) vel accipiunt *add. Mansi.* i) formam *Mansi.* k) animadvertentes *Mansi.* l) mercennarius *Ven.*, V_3. m) *om.* V_1. n) monasterium *Bb*, monasterii domum V_3. o) *om. Mansi.* p) subiacet *Ven.* q) Data *N, Ven.*, D. *Bb; temporis nota deest Mansi.* r) *ex* Aprilis *Bb.* s) *numeros:* XX, V *litteris perscribit Bb.*

C. 48. a) *vel ep. pr.* V_3. b) c. 9 *add. Bb'.* c) vel V_3. d) *ex* ab L_2. e) sine auct. . . . habitat, detineat *Greg. VII.* f) sive V_2. g) consensu *add. Greg. VII.*

1 In syn. Rom. a. 1078, Ph. Jaffé Mon. Greg. p. 334.

C. 49. a) *cap. 58 antecedit in Bb.* b) *om.* V_1, *P.* c) ornando *Bb.* d) *ex* tractemus V_2, *in marg. notat* al(ias) tractaremus. e) et eor. *om.* V_1. f) tractando *L.* g) deberem *Bb'.*

1 Greg. I Reg. XI 15, t. II p. 277, Jaffé-W. 1805.

C. 50. Ut nullum constituatur[a]) monasterium sine conscientia episcopi[b]), et[c]) ut omnes monachi episcopo sint subiecti[d]). Ex concilio Chalcedonensi[1] cap. IIII.

puris hominum [d]) mentibus nuda electionis scientia [e]) sincero omnium iudicio proferatur. Nemo gradum sacerdotii pretii venalitate mercetur, quantum [f]) quisque mereatur, non quantum dare sufficiat, aestimatur [g]). Profecto enim qui [h]) locus tutus et quae causa poterit esse excusata, si veneranda Dei templa pecuniis expugnentur? [i]) quem murum integritati aut vallum fidei providebimus [k]), si auri sacra fames penetralia veneranda proserpit? [l]) quid [m]) denique cautum esse poterit aut securum, si sanctitas incorrupta corrumpitur? Cesset altaribus imminere profanus ardor avaritiae et [n]) a sacris adytis repellatur iaculare ⟨l. piaculare⟩ flagitium. Ita castus et humilis nostris temporibus eligatur episcopus, ut locorum quocumque pervenerit, omnia vitae propriae [o]) integritate purificet. Non pretio sed precibus ordinetur episcoqus [p]). Tantum ab [q]) ambitu [r]) debet esse sepositus [s]), ut queratur cogendus, rogatus recedat, invitatus effugiat. Sola illi suffragetur necessitas excusandi, profecto enim indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus invitus, cum sane quisquis hanc sanctam et venerandam antistitis sedem pecuniae interventu subisse aut is [t]) qui, ut alterum ordinaret [u]) vel eligeret, aliquid [v]) accepisse detegitur, ad instar publici criminis et laesae maiestatis accusatione proposita a gradu sacerdotii retrahatur. Nec hoc solum deinceps [w]) honore privari sed perpetuae quoque infamiae depravari [x]) decernimus, ut [y]) eos quos facinus par coinquinat et aequat, utrosque similis poena comitetur [z]).

C. 5. [a]) Ut in electione Romani pontificis nullus impedimentum aliquod faciat. Ex [b]) capitulario Lotharii [1] imperatoris [c]).

Volumus ut [d]) in electione [e]) pontificis nullus presumat venire neque liber neque servus, vel [f]) aliquod impedimentum faciat exceptis illis solummodo Romanis, quibus antiquitus fuit consueiudo concessa per constitutionem sanctorum patrum eligendi pontificem. Quod si quis contra hanc nostram iussionem facere presumpserit, exilio tradatur.

---

[d]) omnium *N.* [e]) conscientia *Krueger.* [f]) qualiter *Krueger.* [g]) aestimetur V_1, *P, Cod. Justin.* [h]) quis V_1, *P* (antea et *G*), *Krueger.* [i]) expugnantur *Krueger.* [k]) providemus *Bb.* [l]) prospexit *N.* [m]) quod *G, N.* [n]) *(antea* et sacris additis *G*). [o]) *om. N.* [p]) antistes *Bb (antea et G,* V_1*), Cod. Justin.* [q]) *om. Bb (antea et codd.* A^1, V_1). [r]) ambitum *Bb.* [s]) sopitus *Bb, (antea* sopitus *G,* se sopitus *Pm,* V_5, se V_4 *del.)* [t]) his qui *N,* V_1; si quis *Krueger (antea et G, N,* V_1*).* [u]) ordinet V_1, *ex* ordinaret *P.* [v]) *signum notae apponit Ven.* [w]) *(antea omiserat G).* [x]) dampnari V_2, V_3, *Bb, Cod. Justin., (antea et G aliique codd.),* deputari *Ven.* [y]) (ut eos *et* facinus *antea om. G.*) [z]) committetur *G* (*antea* commitetur).

C. 5. [a]) *Bb c. 6 praemittit, quod est IV c. 42.* [b]) De *N,* V_1, *P.* [c]) *om. Bb'.* [d]) *om Bb.* [e]) Romani *add. Ven.* [f]) qui *Anseg.*

[1] Constitutio Romana a. 824 c. 3 ed. A. Boretius, Mon. Germ. Capitularia t. I p. 323.

C. 6. Ut irrita sit omnis electio episcopi vel presbyteri vel diaconi, quae a principibus fit. Ex secunda actione VI synodi[1] CCCL episcoporum.

Omnis electio episcopi vel presbyteri aut diaconi a principibus facta irrita maneat secundum regulam[2] quae dicit: Si quis episcopus saecularibus potestatibus usus ecclesias[a] per ipsas obtineat[b], deponatur et segregetur[c] omnesque qui illi communicant.

C. 7.[a] De[b] his qui se a populo electos asseverant. Osius[1] episcopus dixit:

Si talis aliquis extiterit temerarius, ut fortassis talem excusationem afferens asseveret, quod litteras populi acceperit, cum manifestum sit potuisse plures pretio[c] corrumpi eorum, qui sinceram fidem non habent, ut clamarent in ecclesia et ipsum petere viderentur episcopum, omnino has fraudes dampnandas esse arbitror, ita[d] ut nec laicam quidem in fine communionem talis accipiat. Si vobis[e] placet, statuite. Synodus respondit: Placet.

C. 8. Ut extranei non preponantur his qui bene servierunt in ecclesiis suis. Celestinus[1] papa.

Nec emeritis in suis ecclesiis peregrini et extranei, et qui ante ignorati sunt, ad exclusionem[a] eorum qui bene[b] suorum civium merentur testimonium[c] preponantur.

C. 9. Quod non licet populo electionem facere episcoporum.

Non[1] licet[a] populo electionem facere per[b] se eorum, qui ad sacerdotium provocantur, sed iudicio[c] episcoporum esse debet, ut ipsi eum qui ordinandus est probent, si in sermone et fide et spirituali vita edoctus[d] sit[e].

C. 6. a) ecclesiam *P* (*ex* ecclesias), *Ven.*, *Anast.* b) optinuerit *Bb.* c) segregantur omnes qui *Anastas.*

1 Conc. Nicaeni II a. 787 c. 3, interpretatio Anastasii; Mansi t. XIII col. 419.
2 Can. apost. 31, vers. Dion.; Voell. et Iustell. Biblioth. I p. 114.

C. 7. a) *quod in Bb praecedit cap. IX est conc. Sardic. c. 1.* b) *praeter hoc lemma laterculi Bb in ipso corpore can. profert:* Item cap. 2. De iisdem episcopis qui per ambitionem sedes mutaverint nec in exitu communicari. c) praemio et mercede corr. eos *Dion.* d) *om. Dion.* e) omnibus *add. Dion.*

1 Conc. Sardic. rec. Dionys. c. 2, Voell. et Instell. Biblioth. I p. 137.

C. 8. a) excusationem *G.* b) bonum *N*, de *add. Coel.* c) testimonio *Bb.*

1 Epist. 4 c. IV. P. Coustant col. 1070; Jaffé-W. 369.

C. 9. a) liceat *Capit.* b) per sa *deest Capit.* c) iudicium sit *Capit.* d) et doctus V_2. e) est *Capit.*

1 Capitula Martini Bracarensis, c. 1, Th. Bruns Canones, pars 2 p. 43.

C. 10. Quod episcoporum electio non ex favore debet esse, sed ex iudicio cautissimi examinis. Gregorius[a] [1] papa nobilibus civibus Neapolim[b].

Nec novum nec reprehensibile est[c] in eligendo episcopo populi se vota in duas partes dividere. Sed grave est, quando[d] in huiusmodi causis non ex iudicio sed ex solo favore venit electio. Prius enim quam ad nos[e] scripta vestra discurrerent, Johannem diaconum qui ab altera parte electus est parvulam habere filiam quorundam relatione cognovimus. Unde si rationem voluissent attendere, nec alii eum eligere, nec ipse debuerat consentirc. Nam qua presumptione ad episcopatum audet accedere, qui adhuc longam corporis sui continentiam filiola teste convincitur non habere. Petrus autem[f] itidem[g] diaconus, quem a vobis electum asseritis, omnino quantum dicitur simplex est, et nostis quia talis hoc tempore in regiminis debet arce constitui, qui non solum de salute animarum, verum etiam de extrinseca subiectorum utilitate et cautela sciat esse sollicitus. Nam de eo insuper ad nos pervenisse[h] cognoscite, quia solidos dederit ad usuras[i]; quod vos oportet eum omni subtilitate perquirere; et si ita constiterit, alium eligite[k] et ab huius vos persona sine mora suspendite. Nam nos[l] amatoribus usurarum nulla ratione manus imponimus. Si vero subtili habita inquisitione hoc falsum esse putaverint[m], quia persona eius nobis ignota est, et utrum ita sit de simplicitate[n] quod ad nos perlatum est ignoramus, cum decreto a vobis facto ad nos[o] venire necesse est, ut vitam[p] moresque ipsius[q] sollicitius requirentes sensum quoque pariter agnoscamus si huic iudicio aptus extiterit, vestra in eum adiuvante Domino desideria compleamus. Studii preterea vestri sit etiam alium qui aptus sit providere, ut[r], si forte huic ordini hic non videatur idoneus, sit in[s] quo vestra declinari possit electio; nam grave cleri illius erit opprobrium, ut si hic[t] fortasse approbatus non fuerit, alium se dicant qui eligi debeat non habere.

C. 10. a) Greg. clero et nob. civitatis *Registr.* b) cap. XLVIIII *add.* V_1, *P (in marg.)*, cap. CXLVIIII *Ven. i. marg.* c) *om.* V_1. d) quoniam *G.* e) scr. ad nos V_1, *Ven.*, *Greg.* f) *om. G.* g) item *Greg.* h) venisse *P.* i) usuram V_1, *P.* k) eligere *Ven.* l) vos *N*, V_2. m) patuerit *Greg.* n) eius *add. Greg.* o) eum *add. Greg.* p) de vita moribusque *Greg.* q) eius *N.* r) ut ne forte si *Hartmann.* s) in quo se v. declinare *Hartmann.* t) *om. solus* V_1.

1 Greg. I Registr. X 19, t. II p. 254; Jaffé-W. 1788.

C. 11. De[a]) quodam electo in episcopatum, quem beatus Gregorius reprobavit, et alium fecit eligi atque consecravit. Gregorius[1] Anthemio[b]) subdiacono Campaniae.

Postquam is[c]) qui ad episcopatum Sorrentinae[d]) civitatis electus fuerat, aptus nobis visus non est, Amandum presbyterum oratorii sancti, Severini, quod in castro Luculano situm est elegerunt. Eapropter[e]) experientiae tuae precipimus, ut eundem presbyterum excusatione postposita sub omni ad nos studeat festinatione transmittere, quatenus potentium desideria cum Christi auxilio, si nichil est quod eum impediat impleantur. Cuius vita vel actus quia melius possunt illic ubi diu[f]) conversatus est agnosci, curae tuae sit cum fratre et coepiscopo nostro[g]) de eo diligenter inquirere. Et si nulla sunt quae ad sacrum ordinem obsistere valeant, ad nos debet[h]) omni postposita transmitti tarditate.

C. 12.[a]) Ut is qui sine concordi electione cardinalium et sequentium clericorum[b]) religiosorum apostolicae intronizatur[c]) sedi, non Apostolicus sed apostaticus habeatur[d]). Nicolai[e])[1] papae ⟨in⟩[f]) concilio episcoporum XIII[g]).

Si quis apostolicae sedi sine concordi et canonica electione cardinalium[h]) eiusdem ac deinde sequentium[i]) elericorum religiosorum inthronizatur, non papa vel Apostolicus sed apostaticus habeatur, et ut moriente Romano pontifice vel cuiuscumque civitatis nullus presumat facultates illorum[k]) invadere sed successoribus eorum integrae reserventur.

C. 13.[a]) De eadem re. Ut apostaticum talem cardinales excommunicent et expellant humano auxilio, si possunt, et alium saltem extra urbem, ubi convenire possunt, eligant. Eiusdem[1].

Si[b]) quis pecunia vel humana gratia aut[c]) populari seu militari

---

C. 11. a) *Ven. sup. ras. scribit:* Ut alius eligatur, si his aptus non videtur qui prius electus est: *in indice rubrica cap. 10 repetita est.* b) Anthemo *G,* Anthenio *Ven.,* V_2, V_4. c) his V_2, V_4. d) Ferent. *N.* e) propterea V_1. f) *om. N.* g) Fortunato *add. Greg.* h) deberet *G, post circiter quinque litteras erasas Ven.*

1 Greg. I Reg. IX 7, t. II p. 242; Jaffé-W. 1774.

C. 12. a) *cap. totum abest a* V_2, V_3, *rubrica deest M.* b) et *add.* V_1, *P.* c) intronizantur *Pm,* V_4, intronizatus *Bb.* d) *Ven. m. rec. in marg. adnot.:* 79 distin. c. si quis. e) Nicolaus papa *N,* Nicolaus iunior *m. 2 corr. Bb.* f) *ita solus Bb.* g) *melius CXIII, v. Regesta pontif. ad ann. 1059, Apr. 13.* h) *pro:* cardinalium eiusdem *profert forma A:* eorum *(scil. cardinalium episcoporum).* i) ordinum *add. Nicol.* k) eorum *N, Bb, Nicol.*

1 Nicolai II epist. synod. 1059, ed. L. Weiland, Mon. Germ. Acta publica t. I n. 384, c. 1 et 2, p. 547; textus propius ad formam A quam B accedit; Jaffé W. 4405.

C. 13. a) De ead. re *om. N,* De e. r. et ut V_1, *Bb'.* b) *Ven. in marg. m. rec.:* ead. c. si quis pecunia. c) seu V_1, *Ven.,* vel *Conc.*

1 Concil. Lateranense a. 1060; Acta publ. l. c. p. 551; Jaffé-W. 4431[a].

tumultu sine concordi et canonica electione [d]) cardinalium [e]) et sequentium religiosorum clericorum fuerit apostolicae sedi inthronizatus, non [f]) apostolicus sed apostaticus habeatur; lieatque cardinalibus [g]) cum [h]) aliis Deum timentibus clericis et laicis invasorem etiam anathematizare [i]) et humano auxilio et studio a sede apostolica pellere [k]), et quem dignum iudicaverint reponere [l]). Quod si hoc intra urbem perficere nequiverint, auctoritate [m]) apostolica extra urbem congregati in loco qui eis placuerit electionem [n]) faciant concessa electo [o]) auctoritate regendi et disponendi res et utilitatem sanctae Romanae ecclesiae [p]) iuxta qualitatem temporis, quasi iam [q]) inthronizatus sit.

C. 14. Ut ab ambitione omnes cessent, et ille papa permaneat, quem clerus cum consensu populi elegerit [a]). Honorius [1] Augustus ad Bonifacium papam.

Denique predicante [b]) beatitudine tua [c]) id ad cunctorum clericorum notitiam volumus pervenire, ut si quid forte religioni tuae, quod [d]) non optamus, humanum [e]) contigerit, sciant omnes ab ambitionibus esse cessandum; ac si duo forte contra fas temeritate certantium fuerint ordinati, nullum ex eis [f]) futurum [g]) penitus sacerdotem, sed illum solum in sede apostolica permansurum, quem ex numero clericorum nova ordinatione divinum iudicium et universitatis consensus [h]) elegerit. Unde id volo [i]) observandum esse, ut omnes tranquillam mentem et pacificos animos ex serenitatis vestrae ⟨l. nostrae⟩ ammonitione custodiant nec aliquid seditiosis conspirationibus temptare conentur, cum certum sit nulli partium sua studia profutura.

C. 15. Qui [a]) eligendus est episcopus, non sit laicus nou neophytus non secundae coniugis aut viduae maritus. Leo [1] episcopus [b]) Anastasio Thessalonicensi episcopo.

In civitatibus quarum rectores obierint, de [c]) substituendis episcopis haec forma servetur, ut is [d]) qui ordinandus est, etiam si bonae [e]) vitae [f])

---

[d]) ac benedicttone *add. Conc.* [e]) episcoporum ac deinde sequ. ordinum rel. *Conc.* [f]) papa vel *add. Conc.* [g]) episcopis *add. Conc.* [h]) cum religiosis et Deum *Conc.* [i]) anathemate *M, Ven.*, V_2, V_3, cum anathemate *Conc.* [k]) repellere. [l]) preponere *Conc.* [m]) nostra auct. *Conc.* [n]) eligant quem digniorem et utiliorem apostolicae sedi perspexerint *Conc.* [o]) ei *Conc.* [p]) secundum quod ei melius videbitur *Conc.* [q]) *om. N,* omnino *add. Conc.*

C. 14. [a]) elegerint *N, P.* [b]) me *add. codd. praeter G.* [c]) *ita sec.* V_2, *Bb' correxi* beatitudinem tuam. [d]) quae *G, N.* [e]) humana sorte *Honor.* [f]) his *Honor.* [g]) *om.* V_1, *P.* [h]) sensus *G, N.* [i]) observandum est *Honor.*

[1] Epist. mense Julio a. 420 data, Coustant. p. 1028.

C. 15. [a]) Ut de substituendis episcopis haec forma servetur. *Ven.* [b]) XXXIII cap. *add. Bb ex collect. Dionysii exigui.* [c]) si de *N.* [d]) his *N, Ven.*, 'h' *eras. 10.* [e]) bono *P.* [f]) *om.* V_1, *P.*

[1] Leo I ep. 14 c. 3, Baller. t. I p. 687; Jaffé-W. 411, Coll. min. c. 118.

testimonio[g]) fulciatur, non laicus non neophytus non[h]) secundae coniugis sit maritus aut qui unam quidem habeat[i]) vel habuerit[k]), sed[l]) quam sibi viduam copularit[m]). Sacerdotum enim tam excellens electio est, ut haec quae in aliis membris ecclesiae non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita.

C. 16. Ut ad electionem metropolitani episcopi[a]) omnes provinciales episcopi conveniant[b]); quod si in duos se diviserint, ille preponatur qui melioribus meritis invatur. Leonis[1] papae cap. XXXVI[c]).

Metropolitano defuncto cum in loco eius alius fuerit subrogandus, provinciales episcopi ad civitatem metropolim convenire debebunt, ut omnium clericorum atque omnium civium voluntate discussa ex presbyteris eiusdem ecclesiae vel ex diaconibus[d]) optimus eligatur. *Et*[e]) *post pauca.* Cum[f]) de summi sacerdotis electione tractabitur[g]), ille omnibus preponatur quem cleri[h]) plebisque consensus concorditer[i]) postulaverint[k]), ita[l]) ut si in aliam fortasse[m]) personam partium se vota diviserint, metropolitani iudicio is alteri preferatur[n]), qui maioribus et studiis iuvatur[o]) et meritis tantum[p]) ut nullus invitis et non petentibus ordinetur, ne[q]) plebs invita episcopum non optatum aut contempnat aut oderit, et fiat minus religiosa quam convenit, cui non licuerit[r]) habere quem[s]) voluit.

C. 17. Quod principatus quem seditio extorsit aut ambitus occupavit, etsi non moribus[a]) tamen exemplo initii[b]) est perniciosus. Leo[c])[1] episcopus omnibus episcopis.

Principatus quem aut seditio extorsit[d]) aut ambitus occupavit, etiamsi moribus atque[e]) actibus non offendit, ipso[f]) tamen initii sui est[g]) perniciosus exemplo, et difficile est ut bono peragantur exitu quae malo sunt inchoata principio. Quodsi in quibuslibet ecclesiae gradibus provi-

---

g) testimonium habeat *Baller.* h) nec V_1, *P, Ven., 3, 4, 5, 10, 12, Leo.* i) habuit *G*, habuerit V_1, habeat vel *om. 12.* k) habet V_1, *P*, habeat *Ven., Bb.* l) nec *add. Coll. min., except 3, 12*, vel si *4.* m) copulaverit *Bb', 3, 4, 5, 12.*

C. 16. a) *om.* V_2, V_3, *sed habet in tabula rubr.* V_2 *J.* b) veniant V_2 *J sed* conven. *in tab.* c) *numerus est coll. Dionys.*, Leo papa V_2, V_3. d) diaconis *Leo.* e) *immo sup. c. 5; signum notae appon. Ven.* f) *his verbis incipit Coll. min. c. 119.* g) tractabimus *3, 4, 5.* h) clerici V_1, *P, 1*, cleri *M et* V_2, *ex* clerici, plebis clerique *Pm.* i) *om. 4.* k) postulaveri *N, 4, 5, 7, Baller.* l) ita ut — diviserint *om. 3, 4, 5.* m) *deest Leoni.* n) preponatur *3, 4, 8.* o) adiuvatur *5.* p) tamen *Bb.* q) nec *G*, ne civitas episc. *Leo.* r) licuit *Ven., Coll. min.* s) *ita et Coll. min. 1, at* quod *2 et alii codd.*

1 Epist. cit. c. 6, col. 688; Coll. min. c. 119.

C. 17. a) offendit. *add. N.* b) uicii *N*, vitiis *P.* c) *hanc inscriptionem profert Coll. min., veram vide ap. Baller., col. 658.* d) contulit *Leo.* e) aut *3, 4.* f) ipsius *3, 4, 5, Leo.* g) si uere *pro* sui est *N.*

1 Leo I ep. 12 c. 1, 2, Baller. t. I col. 659; Jaffé-W. 410; Coll. min. c. 120.

denter scienterque curandum est, ut in domo Domini nichil sit inordinatum nichilque preposterum, quanto magis elaborandum est, ut in electione eius qui supra omnes gradus constituitur[h]) non erretur? Nam totius familiae Domini status et ordo notabitur[i]), si quod requiritur in corpore non invenitur[k]) in capite.

C. 18. Quod[a]) grave sibi parat damnum, qui sublimat indignum episcopum. Leo[1] papa.

Sicut boni operis sibi comparat fructum, qui rectum tenet in eligendo sacerdote iudicium, ita gravi semetipsum afficit dampno, qui ad[b]) suae dignitatis collegium sublimat indignum. Non enim in cuiusquam persona pretermittendum[c]) est, quod institutis[d]) generalibus continetur, nec putandus est honor ille legitimus, qui fuerit contra divinae legis precepta collatus[e]).

C. 19.[a]) Ut longa probatione vitam bonam monstrent, quibus gubernacula ecclesiae sunt committenda. Hormisda[b])[1] Romanae eeclesiae presul omnibus episcopis.

In sacerdotibus eligendis vel ordinandis curam oportet esse perspicuam[c]) inreprehensibiles enim esse convenit quos[d]) preesse necesse est corrigendis. Longa[e]) debet vitam suam brobatione monstrare, cui gubernacula comittuntur[f]) ecclesiae. Non negamus esse in laicis Deo placitos mores, sed milites suos probatos sibi quaerunt[g]) instituta fidelia. Discere quis debet, antequam doceat et exemplum religiosae conversationis de se potius aliis prestare quam summere. Emendatiorem esse convenit populo[h]) quem necesse est orare pro populo. Longa observatione religiosus[i]) cultus tradatur, ut luceat et[k]) clericalibus obsequiis erudiendus inserviat, ut ad venerandi gradus summam[l]) perductus, qui[m]) sit fructus humilitatis ostendat. Nec[n]) tantum consecrari de laicis inhibemus, sed ne de poenitentibus

---

h) instituitur V_1. i) notabit *Bb*, nutabit *Leo*. k) sit *Bb*, inveniatur *Leo*.

C. 18. a) quam *Ven.* b) in suum collegium assumit indignum. Non ergo *Baller.* c) pretermissum *N.* d) in statutis *3, 4, 5.* e) locatus *5*, collocatus *10*.

1 Epist. cit. c. 2, col. 660; Coll. min. c. 121.

C. 19. a) *ex Leonis I ep. 10 praecedit in Ven. c. 19, et man. rec. in marg. notat:* LXI c. in sacerdotibus et c. non negamus *(Decr. Grat. Dist. 61 c. 2, 3.).* b) Hornus Dartomane *N pro:* Hormisda Romane; *hanc inscriptionem praefigit Coll. min.* (in decr. Ormisdae CXXIII 6); *veram legas ap. Thiel.* c) precipuam *Thiel.* d) quas — vitam *om. 1.* e) *post pauca.* f) committantur *4.* g) quaerit *Bb.* h) propter *N.* i) religiosi cultus teratur *Thiel.* k) diu *add. Thiel.* l) summam *12.* m) quis *G*, quid *10.* n) *post pauca.*

1 Epist. 25, c. I, II; A. Thiel p. 789, Coll. Hisp. Ps. Isidori ed. Merlin, Migne t. 130 col. 1042, cum qua lectiones variae complures concordant; Jaffé-W. 787; Coll. min. c. 124.

quidem quisquam ad huiusmodi gradum profanus temerator aspiret; satis[o]) illi postulanti sit venia. Qua conscientia absolvat reum, qui se peccata sua populo scit teste confessum? quis[p]) eum quem paulo ante vidit iacentem veneretur antistitem? perferens[q]) miserandi criminis labem, non habet lucidam sacerdotii[r]) dignitatem[s]). Hoc[t])[2] quoque ad propria <l. priora>[u]) coniungimus[v]), ne[w]) benedictionem per impositionem manus[x]) quis pretio comparet, quia[y]) ante oculos esse convenit, quod Simon[z]) spiritum sanctum volens redemptione mercari apostoli fuerit detestatione percussus[a]). Istam sacerdotibus ordinandis reverentiam servet electio, ut in[b]) gravi murmure[c]) populorum divinum credatur esse iudicium[d]). Verum ne[e]) hanc quidem partem sollicitudinis et ammonitionis omittimus[f]), ne vel ille se a culpa aestimet alienum, qui, etsi[g]) ipse[h]) a redemptione liber initiaverit benedictione mystica sacerdotem, et tamen ad alterius redempti voluntatem vel sponte[i]) hoc vel necessitate consenserit[k]). Fiat ergo electio presulis nec empta pretiis nec obsequentis quaesita operibus.

C. 20. Ne quis laicorum principum vel potentum se inter serat electioni vel promotioni episcoporum[a]). Adrianus[1] papa universali octavae synodo presidens dixit:

Promotiones et consecrationes episcoporum concordans prioribus conciliis electione et decreto fieri episcoporum haec sancta et universalis synodus definivit[b]) et statuit atque iure promulgavit[c]) neminem laicorum principum vel potentum semet inserere electioni vel promotioni patriarchae

---

o) satis s. i. veniam post. *12.* p) enim *add. 3.* q) preferens *Coll. min., at* perferens *2, 3, 4,* preferens *Thiel.* r) sacerdoti *2.* s) *hic finitur cap. in Coll. min.* t) haec V_2. u) premissa *Thiel.* v) iungimus *Ven.,* adiung. *Thiel.* w) ne benedictio .... comparetur *Bb,* ne benedictio per imp. man. quae a Deo esse creditur, pretio comparetur *Thiel.* x) quae divina esse creditur *add.* V_2, V_3, V_4. y) quoniam *Thiel.* z) si non *G.* a) tunc ceinde quis non putat vile esse quod venditur? *add.* V_2, V_3, V_4, *Bb, signum notae apponit Ven.* b) in gravi — iudicium *ut nota marginalis repetita.* c) munere *Thiel.* d) Ibi enim Deus ubi simplex sine pravitate consensus *add.* V_2, V_3, V_4. e) nec *P, Ven., Thiel.* f) omittamus *M,* V_2, V_3, V_4. g) etsi *om. Thiel.* h) quidem *add.* V_2, V_4, *Horm.* i) in *add. Horm.* k) *Bb loco sequentiam epistolam Hormisdae continuat:* Quid prodest illi suo errore non pollui qui consensum praestat erranti? Procul dubio contra mandata committit et qui habet peccatum proprium et qui habet peccatum proprinm et qui (peccatum *Horm.*) sequitur alienum. Incassum animus resistit cupiditati qui (si *Horm.*) non restiterit et timori. V_2, V_3, V_4 *cap. ulterius usque ad finem c. 11* (vivatur) *perducunt. Postrema verba:* Fiat etc. *absunt ab epist. Hormisdae.*

[2] cap. 11.

C. 20. a) *Ven. in marg. m. rec. 63 distin nullus et Adrianus.* b) definit *Conc.* c) promulgat *Conc.*

[1] Concilii Constantinopolitani a. 869 sub Hadriano II celebrati c. 22, vers. Anastas., Mansi t. XVI col. 174.

vel metropolitae vel cuiuslibet episcopi, ne[d]) videlicet inordinata hinc et incongrua fiat confusio vel contentio, presertim cum nullam in talibus potestatem quemquam potestativorum vel ceterorum laicorum habere conveniat, sed potius silere et[e]) attendere sibi usque quo regulariter a collegio ecclesiae suscipiat finem electio futuri pontificis. Si vero quis laicorum ad concertandum et cooperandum ab ecclesia invitetur, licet huiusmodi cum reverentia, si forte voluerit obtemperare se asciscentibus. Taliter enim dignum pastorem sibi regulariter ad suae ecclesiae salutem promoveant[f]). Quisquis autem saecularium principum et potentum vel alterius dignitatis laicus adversus communem ac consonantem atque canonicam electionem ecclesiastici ordinis agere[g]) temptaverit, anathema sit, donec obediat et consentiat[h]) quod ecclesia de ordinatione[i]) ac electione proprii presulis se velle monstraverit.

C. 21.[a]) Ut de aliena ecclesia episcopus non eligatur, nisi dignus in propria non inveniatur. Caelestini[1] papae caput XVIII[b]).

Nullus invitis[c]) detur episcopus, cleri[d]) plebis et ordinis consensus et desiderium requiratur. Tunc alter de altera eligatur ecclesia, si de civitatis ipsius clero[e]), cuius[f]) est episcopus ordinandus, nullus[g]), quod evenire non credimus, poterit[h]) reperiri. Primum enim illi reprobandi sunt, ut aliqui de alienis ecclesiis merito preferantur[i]). Habeat unus quisque suae fructum militiae in ecclesia, in qua suam per omnia officia transegit aetatem; in aliena stipendia minime alter[k]) obrepat, nec alii debitam alter sibi audeat vendicare mercedem. Sit facultas clericis renitendi[l]), si se viderint pregravari, et[m]) quos[n]) sibi ingeri ex[o]) transverso viderint[q]) non timeant refutare[p]). Quodsi[r]) non debitum premium, vel liberum de eo qui eos recturus est debent[s]) habere[t]) iudicium.

---

d) licet *pro* ne videlicet V_1, *P.* e) ac *Conc.* f) promoveat *Conc.* g) *deest* V_2 *J,* V_3. h) in hoc *add. Conc.* i) el. ac ord. *Conc.*

C. 21. a) *aliud capit. (24) praemittit Bb.* b) *numerus Coll. Dionys.* c) invitus *P.* d) et *add. 5.* e) clericis *Coelest.* f) cui *Coll. min., Coel.* g) dignus *add. Bb', Coll. min., Coel.* h) potnerit *Coll. min.* (*at* poterit *7*), *Coel.* i) prof. *5; verbis quae sequuntur:* Habeat — aetatem *linea subducta est Ven.* k) *om. 5.* l) remittendi *N, ex* remittendi *corr. Ven.,* renittendi *et* vel resistendi *in marg. man. ead. adnotat.* m) ut *Coll. min., at* et *3, 4, 7.* n) quod *N, Bb.* o) in *5.* p) agnoverint *Coel.* q) *hic desinit 5 c. 113.* r) *Ven. ex corr.,* Qui *Coel.* s) deberet *G, N.* t) *om. N, P.*

[1] Epist. 4, c. V, Coustant col. 1070; Jaffé W. 369; Coll. min. c. 113.

C. 22. Ammonitio[a]) papae de electione episcopi non de altera ecclesia, nisi dignus quis non inveniatur in illa. Gregorius[b]) papa ex regesto [1].

Obitum Pauli[c]) ⟨l. Paulini⟩ antistitis directa relatio, *cetera similiter.* Obitum Victoris Panormitanae civitatis antistitis directa relatio patefecit. Quapropter visitationis destitutae ecclesiae fraternitati tuae operam sollempniter delegamus. Quam ita te convenit exhibere, ut nichil de provectionibus clericorum ac[d]) de redditu et[e]) ornatu ministeriisque, vel quicquid illud est in patrimonio eiusdem ecclesiae[f]) a[g]) quoquam presumatur, et ideo fraternitas[h]) tua ad predictam[i]) ire properabit[k]) et assiduis adhortationibus clerum plebemque eiusdem ecclesiae admonere festinet, ut remoto studio uno eodemque consensu talem preficiendum[l]) sibi expetant[m]) sacerdotem, qui et tanto ministerio valeat dignus reperiri et a venerandis canonibus nullatenus respuatur. Qui dum fuerit postulatus cum sollempnitate decreti omnium suscriptionibus roborati et dilectionis tuae testimonio[n]) litterarum ad[o]) nos sacrandus occurrat. Commonentes[p]) etiam fraternitatem tuam, ut nullum de altera eligi permittas[q]) ecclesia, nisi forte inter clericos ipsius civitatis, in qua visitationis impendis officium, nullus ad episcopatum dignus, quod evenire non credimus, poterit inveniri, provisurus ante omnia, ne ad cuiuslibet conversationis meritum laicae personae aspirare presumant, et tu periculum ordinis tui, quod absit, incurras. Monasteria autem si qua sunt in ipsius constituta parrochia, sub tua cura dispositioneque, quo usque illic proprius fuerit ordinatus, esse concedimus.

C. 23. Quod Mediolanensis episcopus iubente papa ordinatus est. Gregorius [1] papa Johanni subdiacono.

Quanto apostolica[a]) auctoritate sedes cunctis prelata constat ecclesiis, tanto inter multiplices curas et illa nos valde sollicitat, ubi ad consecrandum antistitem noatrum expectatur arbitrium. Defuncto igitur Laurentio ecclesiae Mediolanensis episcopo sua nobis relatione clerus innotuit in electione se filii nostri Constantii diaconi sui unanimiter consensisse. Sed quoniam eadem non fuit subscripta[b]) relatio, ne quid quod ad cautelam

---

C. 22. a) Amm. papae *om. Bb.* Quod de altera ecclesia episcopus non eligatur, si in ea dignus invenitur. *M, V_2, V_3.* b) Gregorius papa Barbaro Carinis. Obitum Victoris V_2, V_3. c) *inter verba:* 'Pauli' *et* 'antistitis' *fere 10 litterae erasae sunt Ven.,* Obit. *om. Bb.* d) ac de *abest a Reg.* e) *abest a Reg.* f) *abest a Greg.* g) a quoquam — ecclesiae *Ven. in marg. suppl.* h) dilectio *Greg.* i) ecclesiam *add. V_1, P, Ven., V_2, V_3, Bb, Greg.* k) preparabit *G.* l) perficiendum *G, V_2, Bb.* m) expectant *P*, expetat *V_2, V_3.* n) testimonium *V_2.* o) a domino *G, N.* p) *signum notae in Ven.* q) permittatis *Greg.* r) potuerit *Greg.*

1 Registr. XIII 21 et 16, t. II p. 387 et 384; Jaffé-W. 1886 et 1880.

C. 23. a) apost. sedes Deo auctore cunctis *Greg.* b) consoripta *V_1, P.*

1 Registr. III 30, t. I p. 188, Jaffé-W. 1234.

pertinet omittamus, idcirco huius precepti auctoritate suffultum Genuam te proficisci necesse est. Et quia illic multi Mediolanensium coacti barbarica feritate consistunt, eorum te voluntates oportet convocatis eis in commune perscrutari. Et si nulla eos diversitas ab electionis unitate distermitat, si quidem in predicto filio nostro Constantio omnium voluntates atque consensum perdurare cognoscis, tunc eum a propriis episcopis, sicut antiquitatis mos exigit, cum nostrae auctoritatis[c]) assensu, solatiante Domino, facias consecrari, quatinus huiusmodi setvata consuetudine et apostolica sedes proprium vigorem retineat[d]) et a se concessa aliis sua iura non minuat.

C. 24. Quod monachi vel laici nisi per gradus ecclesiae non debeant ad summum sacerdotium pervenire. Zosimus[1] episcopus urbis Romae Hesitio ⟨l. Hesychio⟩ episcopo Salonitano.

Exigit[a]) dilectio tua preceptum apostolicae sedis in qua[b]) patrum decreta consentiant, et significas nonnullos ex monachorum coetu[c]), quorum sollicitudo quamvis ⟨l. solitudo quavis⟩ frequentia maior est[d]), sed et laicos ad sacerdotium festinare. Hoc autem specialiter et sub predecessoribus nostris et nuper a nobis interdictum constat litteris ad Gallias Hispaniasque transmissis, in quibus regionibus familiaris est ista presumptio, quamvis nec Africa super hac ammonitione nostra habeatur aliena, ne quis penitus contra patrum precepta, qui ecclesiasticis disciplinis imbutus per ordinem non fuisset et temporis approbatione[e]) divinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum ecclesiae sacerdotium aspirare presumeret, et non solum in eo ambitio inefficax haberetur, verum etiam in ordinatores eius, ut[f]) careant[g]) eo ordine quem sine ordine contra precepta patrum crediderant presumendum. Unde miramur[h]) ad dilectionem tuam statuta apostolicae sedis non fuisse perlata. Laudamus igitur propositum[i]) constantiae tuae, frater karissime, nec aliud de pontificii[k]) censura veteris auctoritatis genus expectandum fuit, quam ut talibus ambitionibus pro preceptis patrum in procinctu fidei constitutus occurreres. Igitur si quid[l]) auctoritati tuae, quod nos non opinamur, aestimas[m]) defuisse, supplemus. Vos[n]) obsistite talibus ordinationibus, obsistite superbiae et arrogantiae venienti[o]). Tecum faciunt precepta patrum, tecum apostolicae

---

c) auctoritate V_2 *J.* d) *signum notae appon. Ven.*

C. 24. a) exegit *N, V_1, P, Ven., Bb'.* b) quo *Zos.*, in qua apostolica sede *Ven.* c) populari coetu *Zos.* d) maiorem *G, ex* maiorem *Ven.* e) approbationem *V_1, P.* f) aut *Ven.* g) carerent *V_1, P, Ven., Zos.* h) admiramur *V_2, V_3.* i) constantiam prepositi tui *P. Coust., Anselmi lectio cum Collectione Dionys. concordat.* k) pont. tui vetere censura auct. *P. Coust., Anselm. cum Dionysio consentit.* l) si quidem *N,* quod *V_1,* qui *P.* m) existimas *V_1, P.* n) *ita et Coll. Dion., at Coustant;* Obsiste . . . obsiste. o) signum notae *Ven.*

1 Epist. 9, Coll. Dion., V. et J. Bibl. I col. 211, P. Coust. col. 968, Jaffé-W. 339.

sedis auctoritas. Si enim officia saecularia principalem[p] locum non vestibula[q] actionis ingresso[r] sed per plurimos gradus examinato temporibus deferunt, quis ille tam arrogans tam impudens invenitur, ut in celesti militia, quae propensius[s] ponderanda est et sicut aurum repetitis ignibus exploranda, statim dux esse desideret[t], cum tyro ante non fuerit, et prius velit docere quam discere? Assuescat in Dei castris in lectorum primitus gradu divini rudimenta servitii, nec illi[u] vile[v] sit exorcista[w] acolitus subdiaconus diaconus per ordinem fieri. Nec hoc saltu sed statutis maiorum ordinatione temporibus. Jam vero ad presbyterii fastigium talis accedat, ut et nomen aetas[x] impleat et meritum probitatis stipendia ante acta testentur. Iure inde[y] summi pontificis locum sperare debebit[z], facit hoc nimia remissio consacerdotum nostrorum, qui pompam multitudinis quaerunt et putant ex hac turba aliquid sibi dignitatis adquiri. Hinc passim numerosa popularitas[a] etiam his locis, ubi solitudo est, talium reperitur, dum parrochias extendi cupiunt aut quibus aliud prestare non possunt, divinos ordines largiuntur, quod oportet districti[b] semper esse iudicii. Rarum est enim omne quod magnum est[c]. Haec[d] autem singulis gradibus observanda sunt tempora: si ab infantia ecclesiasticis misteriis[e] nomen dederit et[f] inter lectores[g] sive inter exorcistas quinquennio[h] teneatur; exinde acolytus vel subdiaconus quatuor annis sit[i], et sic ad benedictionem diaconatus, si meretur, accedat. In quo ordine V annis, si inculpate se gesserit, adhaerere[k] debebit, exinde suffragantibus stipendiis[l] per tot gradus datis propriae fidei documentis presbyterii sacerdotium poterit promereri. De quo loco si[m] eum exactior ad bonos mores vita produxerit, summum pontificatum sperare debebit, hac tamen lege servata, ut neque bigamus[n] neque[o] viduae maritus neque poenitens ad hos gradus possit admitti. Sane ut etiam defensores ecclesiae, qui ex laicis fiunt, supradicta observatione teneantur, si meruerint in ordine esse clericatus.

---

p) principem *Zos.* q) vestibulum *Zos.* r) ingressis *Zos.* s) pensius *Zos.* t) desiderat V_2. u) *ex* illi *P.* v) vilescat *N.* w) exorcistam, ac — m, subd. — m, diaconum *Zos.* x) aetatis *P.* y) tamen V_1, *P.* z) *hic desinunt* V_2, V_3. a) pluralitas *G.* b) distincti V_1, *P.* c) *hic finit Bb.* d) *cap. II ommisso.* e) ministeriis *Zos.* f) *deest Zos.* g) usque ad vicesimum — inter lectores *Zos. errore omissa sunt.* h) quinquennium V_1, *P.* i) *deest Zos.* k) haerere *Coust.* l) dispendiis V_1, *P.* m) si eo illum *Coust.* n) digamus *Zos.* o) neque vid. mar. *om. Coust.*

C. 25. a) Qui b) sit neophytus, et ut ipse ad summos ordines repente c) non prosiliat. Gregorius[1] papa Syagrio d) episcopo.

Sicut neophytus dicebatur qui e) initio f) sanctae fidei erat eruditione g) plantatus, sic h) modo neophytus habendus est qui repente in religionis habitu i) plantatus ad ambiendos sacros ordines irrepserit. Ordinate ergo ad ordines ascendendum k) est. Nam casum appetit qui ad summa loci fastigia l) postpositis m) gradibus per abcupta quaerit ascensum. Et cum Apostolus doceat inter alia sacri ordinis instituta discipulum manus n) non esse citius cuiquam imponendum. Quid hoc deterius o), quidve precipitatius p) quam ut exoriatur a summitate principium q) et antequam r) esse s) incipiat discipulus t), sit u) magister? Quisquis igitur sacerdotium v) non ad elationis pompam sed ad utilitatem adipisci desiderat, prius vires suas cum eo w) quod x) est subiturus y) onere z) metiatur, ut a) et impar abtineat et ad id cum b) metu etiam qai se sufficere existimat c) acceoat. I. Timoth. 5, 22.

C. 26. a) De laicis qui ambitionis causa tonsorantur b), et fiunt subito sacerdotes. Gregorius c) [1] papa.

Hoc d) ad nos pervenisse non dissimili dignum detestatione complectimur e), quod quidam desiderio honoris inflammati f) defunctis episcopis tonsorantur et fiunt repente ex laicis sacerdotes atque inverecunde g) religiosi propositi ducatum arripiunt h), qui nec esse adhuc milites didicerunt. Quid putamus, quid i) isti subiectis prestituri k) sunt l) qui, antequam m) discipulatus limen attingant, tenere locum regiminis n) non formidant? Qua de re necesse est, ut o) quamvis inculpati p) quisque sit meriti, ante tamen

---

C. 25. a) *Alexandri papae II cap. quoddam (29) praemittit Bb.* b) quid V_3. c) *om.* V_2, V_3. d) *ita Ven.*, siagrio fiario *Bb*, fiario *G*, V_1, siario V_2, V_3. e) in *add. N, Coll. min. (post inser. 10).* f) in *add. Greg.* g) conversatione *Greg.* h) sic modo — plantatus *post inser. Ven., 7.* i) *om.* V_2. k) accedendum *Hartm.* l) fastidia *Coll. min., at* fastigia *12.* m) prepos. *10.* n) manum . . . imponendam *3, 4, 5, 12, Greg.* o) celerius *Greg.*, est *add. 7.* p) precipitantius *Greg.*, est *add. 7.* q) principum *G, N.* r) ante (quam *eraso*) esse *Ven., Greg.* s) *ex inc.* esse *loco inter se transmutato 12.* t) episcopus *Ven., Greg.* u) quam minister *Ven. sup. ras., Greg.* v) sacerdotum V_1. w) eodem *5, 12.* x) quo *Coll. min., Hartm., at* quod *3,* 4, *12.* y) suscepturus *12.* z) honore *N, 10, Coll. min.* (onore *6*), *at* onere *3, 4, 12.* a) et ut V_1, *P.* b) *om. 7,* circa metum *6.* c) extimat *1.*

[1] Registr. IX, 218, t. II p. 208, Jaffé-W. 1747.

C. 26. a) *cap. aliud praecedit in Bb.* b) tonsur. et *om.* V_2. c) Siagrio episcopo Augustodunensi *Bb'.* d) quoque add. *3, 4, 5, 8, 12, Greg.* e) amplectimur *5, 12.* f) inflati *Greg.* g) inverecundi V_1. h) suscipiunt *add. 5,* vel suscipiunt *superscrib. 12.* i) quod V_1. k) prestaturi *corr. Ven.*, prestaturi *Coll. min.*, prestituri *3, 4, 12.* l) sint *Coll. min.*, sunt *3, 4, 12,* praestaturi sunt *Greg.* m) antea *12.* n) *om. G,* magisterii *Coll. min., Greg.*, magistri *3, 4, 5, 12.* o) etsi *add. Gg.* p) inculpatae . . . mentis *6.*

[1] Registr. p. 207.

per distincta[q]) ecclesiastici ordinis exerceatur officia. Videat quod imitetur, discat quod[r]) doceat, informetur quod teneat, ut postea non debeat errare, qui eligitur[t]) viam errantibus demonsttare. Diu ergo religiosa meditatione probetur[u]), ut placeat et sic lucerna super candelabrum posita luceat, ut adversa ventorum vis irruens conceptam eruditionis fiammam
I. Tim. 3, 10. non extinguat sed augeat. Nam cum scriptum sit: 'Ut prius quis probetur, et sic ministret'[v]), multo amplius ante probandus est qui populi intercessor assumitur, ne fiant causa[w]) ruinae populi sacerdotes mali.

C. 27. Quod secundum proprietatem nominis episcopus non est, qui dilexerit preesse non prodesse. Augustinus[1] de civitate Dei.

I. Tim. 3, 1. 'Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat'. Exponere voluit quid sit episcopatus, quia nomen est operis, non honoris. Graecum est enim atque inde ductum[a]) vocabulum, quod ille qui preficitur illis[b]) quibus preficitur superintendit, curam eorum scilicet[c]) gerens; scopos quippe[d]) intentio est, ergo episcopi ⟨l. episcopein⟩, si velimus[e]), latine superintendere possumus dicere, ut[f]) intelligat non se esse[g]) episcopum, qui preesse dilexerit non prodesse. Itaque a studio cognoscendae veritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet otium, locus vero superior sine quo[h]) regi populus non potest, etsi ita teneatur atque[i]) amministretur, ut decet, tamen indecenter appetitur. Quamobrem otium sanctum quaerit caritas veritatis, quam sarcinam si[k]) nullus imponit, percipiendae atque intuendae vacandum est veritati. Si autem imponitur, suscipiendum[l]) est propter caritatis[m]) necessitatem, sed nec sic[n]) omni modo veritatis delectatio deserenda est, ne subtrahatur illa suavitas et opprimatur[o]) iusta necessitas.

C. 28. Quod miserum est eum fieri magistrum, qui nunquam fuit discipulus. Innocentius[1] Aurelio Carthaginensi episcopo.

Miserum[a]) est eum fieri magistrum, qui nunquam discipulus fuit, eumque[b]) summum sacerdotem fieri, qui nunquam in[c]) ullo gradu obsecutus[d]) fuerit[e]) sacerdoti.

---

q) predistincta *1*, diducta *3, 4, 5, 12*, per distinctos ordines ecclesiasticis exerc. officiis *Greg.* r) quid *10.* s) quid *10.* t) eligit V_1. u) poliatur *Greg.* v) nullum crimen habens *add. 12.* w) causae V_1, *P.*

C. 27. a) dictum *G.* b) eis *Aug.* c) *om. N, Aug.* d) quidem *Pm.* e) *Ven. in marg. add.:* nomen exponere. f) *lacuna est in Pm loco verborum:* ut intell. — preesse. g) *om. N, P.* h) *loco verb.* quo — teneatur *lacuna in Pm.* i) *om.* V_1, *P.* k) simul *N.* l) suscipienda *Aug.* m) necessitatis caritatem V_2. n) si communi modo *N.* o) opprimat ista *Aug.*

1 S. Augustini De civit. Dei rec. E. Hoffmann, lib. IX c. 19, Corp. ss. eccl. lat. Vol. XL P. II p. 406.

C. 28. a) *Ven. adnotat:* dist. 61 miserum. b) *om. N.* c) *deest. Hisp.* d) obtemperavit *5, 12.* e) fuerat *Coll. min., at* fuerit *3, 4.*

1 Epist. 17 in Coll. Hispana, Migne t. 84 col. 67, Jaffé-W. 312; Coll. min. c. 111.

C. 29. Quod ius ordinationis debet ammittere, qui neophytum consecraverit inprovide. Leo[1] papa.

Ubi est illa beati Pauli apostoli per spiritum Dei emissa preceptio, qua in persona Timothei omnium Christi sacerdotum numerus eruditur et unicuique nostrum dicitur: 'Manus nemini cito imposueris[a]) neque communices peccatis alienis'. Quid est cito manus imponere, nisi aut[b]) aetate nativitatis[c]) aut examine temporis aut merito obedientiae aut experientia disciplinae sacerdotalem honorem tribuere non probatis?[d]) Heri[e]) catecuminus hodie pontifex, heri in amphiteatro hodie in ecclesia, vespere in circo mane in altari, dudum fautor histrionum nunc[f]) consecrator virginum. Unde[g])[2] si qui episcopi talem[h]) qualem non liceat ordinaverint, etiam si aliquomodo damnum proprii honoris evaserint, ordinationis tamen ius ulterius non habebunt, nec umquam ei sacramento intererunt quod[i]) neglecto divino iudicio inmerito prestiterunt.

I. Tim. 5, 22.

C. 30. Preceptum[a]) de electione Imolensis episcopi et de consecratione Cumensis. Stephanus[1] episcopus servus servorum Dei Romano archiepiscopo Ravennati.

Nosse tuam venerabilitudinem volumus ad nostras apostolicas aures fore perventum Imolae episcopum ab hac luce migrasse. In cuius duccessoris electione populi divisionem pervenisse audivimus, quod quia saepe contingere solet, quaerentibus singulis quae sua sunt non quae Jesu Christi, adeo non miramur. Verumtamen in hoc tuam plurimum oportet adhiberi sollicitudinem, ut convocato clero et populo talis inhibi[b]) eligatur per Dei misericordiam, cui sacri non obvient[c]) canones. Sacerdotum quippe est electio, et[d]) fidelis populi consensus adhibendus est, quia docendus non sequendus est populus. § Idem[e])[2] Uualberto[f]) patriarchae inter cetera. Nunc vero iterato tibi scribimus nolentes alicuius ecclesiae privilegium infringere, licet apostolica prerogativa possimus de qualibet

---

C. 29. a) imponas *3, 4.* b) ante *cum accusativo Leo.* c) maturitatis *Coll. min., Leo.* d) Et quidem (quid est *Leo*) communicare peecatis alienis, nisi talem (et t. *Leo*) effici ordinantem, qualis ille est qui non meruit ordinari, *add. Ven.* e) Heri — virginum. *Eadem leguntur in praefatione Gratiani ad Dist. 48.* f) non *6.* g) hoc decretum a Leone papa etiam esse promulgatum ad episcopos Mauritaniae *4 in margine.* h) talem consecraverint sacerdotem qualem esse non liceat *Coll. min., Leo: in 10 textus valde corruptus.* i) qui *G, N.*

[1] Initium capituli legitur in Leonis I epist. 12 c. II, Baller. I col. 659, Jaffé-W. 410, Coll. min. c. 137; quae inde a verbis: 'Heri catecuminus' ad 'virginum' proferuntur inter opera Leonis papae non inveniuntur; Coll. min. inscribit: Augustinus in libro de ecclesiasticis gradibus. [2] c. IX i. f. col. 667.

C. 30. a) est *add. G.* b) *sic G.* c) *ex corr. Ven.* d) et si V_1. e) *signum notae appon. Ven.* f) Gualb. *N,* Ualp. *Ven.,* V_2 (W . . .), V_3, *Bb.*

[1] Stephanus V, Coll. Deusd. I 244, Jaffé-W. 3450. [2] Deusd. I 245, Jaffé-W. 3442.

ecclesia clericum ordinare. Desine iam cuiuspiam zelo Cumensi[g]) ecclesiae antistitem protelare[h]), quia si protelaveris et eum consecrare, tantociens monitus[i]), non maturaveris, cum ad nos venerit, procul dubio consecratus abibit.

C. 31. Ut[a]) in electione Romani pontificis nullus se audeat interponere preter eos quos antiqua consuetudo admisit[b]). Ex[c]) constitutionibus imperatorum primi Ottonis[1] et primi Henrici[d]).

In electione Romanorum[e]) pontificum neque liber neque servus ad hoc venire presumat, ut illis Romanis quos ad hanc electionem per constitutionem sanctorum patrum antiqua[f]) admisit consuetudo aliquod[g]) faciat impedimentum. Quod si[h]) quis contra hanc nostram institutionem[i]) presumpserit, exilio tradatur. Insuper etiam[k]) ut nullus missorum nostrorum cuiuscunque impeditionis argumentum componere in prefata[l]) electione audeat, prohibemus; nam et hoc omnimodis instituere placuit, ut qui semel sub speciali[m]) defensione domni Apostolici sive nostra fuerint suscepti[n]) impetrata iuste[o]) utantur defensione. Quod si quis in quemquam illorum qui hoc promeruerint violare presumpserit, sciat se periculum vitae suae esse incursurum. *Et*[p]) *subscripserunt ambo imperatores quisque suo tempore et*[q]) *episcopi XXIII et*[r]) *abbates VI comites XIIII*[s]) *optimates XVII.*

C. 32.[a]) Ex Canonibus[1] apostolorum[b]).

Episcopus ad duobus vel tribus episcopis ordinetur.

C. 33. Ut omnes suffraganei cuiuslibet archiepiscopi ipsum[a]) eligant et ordinent. Annitius[b])[1] Romanae ecclesiae[c]) episcopus universis episcopis.

Si archiepiscopus diem obierit[d]), et alter ordinandus[e]) archiepiscopus

---

g) Cumensis *Ven. corr.* h) *Ven. ex corr.* i) ammonitus V_1, *P.*

C. 31. a) Ex constitutionibus imperatorum *minio pictis litteris praecedit in Ven.* b) admittit V_2, V_3. c) *inscript. om.* V_2, *in marg. ponit* V_3. d) Enr. *P*, Heinrici V_1, V_2, *Ven., Bb.* e) *deest Privilegio,* Romani pontificis V_2, V_3. f) antiqua — impedi *desunt P versu uno eraso.* g) aliquid *G, N.* h) si quis in quemquam illorum qui hoc promeruerint violare *N.* i) ire *add. Privil.* k) et *N.* l) prefatam electionem *Privil.* m) spirituali *G.* n) *ex* suspecti *L.* o) iusta *N.* p) cf. IV 35, p. 216; *per numeros lineam minio perduxit L.* q) *om. Ven.* r) *om.* V_1. s) XIII V_2, V_3.

1 Privil. Ottonis I, Mon. Germ. Dipl. I Nr. 235, p. 326, cf. l. IV 35.

C. 32. a) *rubricam om. G.* Quod episcopus a duobus vel tribus episcopis possit ordinari *N, P.* Ut omnes suffraganei cuiuslibet archiepiscopi ipsum eligant et ordinent *Ven., errore hic posita rubr. cap. sequentis est.* De ordinatione episcopi V_2, V_3, *Bb.* b) cap. I *add. Bb sup. lin.*

1 Canones apostolorum, c. 1, vers. Dionys. Voell. et Just. Bibl. t. I p. 112.

C. 33. a) episcopum *N.* b) Anicius *Ven., Coll. min.* c) urbis *5.* d) obierit — archiepis *om. Pm, 2 vel 3 versibus erasis.* e) est *add. Hinsch.*

1 Ps. Annicius, c. 1, p. 120; Coll. min. c. 161.

electus fuerit, omnes eiusdem provinciae episcopi ad sedem metropolitani[f]) conveniant, ut[g]) ab omnibus ipse[h]) ordinetur. Oportet autem, ut ipse qui illis omnibus preesse[i]) debet[k]), ab omnibus illis eligatur et ordinetur. Reliqui vero conprovinciales episcopi, si necesse fuerit, ceteris consentientibus a tribus iussu archiepiscopi consecrari possunt episcopi[l]). Sed melius est, si ipse cum omnibus eum qui dignus est elegerit et cuncti pariter sacraverint[m]) pontificem. Et[2] licet istud[n]) necessitate cogente concessum sit, illud autem quod de archiepiscopi consecratione preceptum[o]) arque predictum est[p]), id est, ut omnes suffraganei eum ordinent, nullatenus immutari licet, quia qui illis preest ab omnibus[q]) debet constitui. Sin aliter presumptum fuerit, viribus carere non dubium est, quia irrita erit[r]) secus acta ordinatio.

C. 34.[a]) Ex concilio Chalcedonensi[b])[1].

Quoniam quidam metropolitanorum, quantum comperimus[c]), negligunt commissos sibi greges, et ordinationes episcoporum[d]) facere[e]) differunt vel[f]) negligunt, placuit sanctae[g]) synodo inter[h]) tres menses ordinationes episcoporum celebrari, nisi forte necessitas inexcusabilis prepararet[i]) tempus dilationis extendi[k]). Quodsi[l]) hoc minime fecerit, correptioni ecclesiasticae subiacebit, verumtamen reditus ecclesiae viduatae penes oeconomum eiusdem ecclesiae integri reserventur.

C. 35. Quod metropolitanus suos subiectos, et ipsi debent illum ordinare. Gelasius[1] papa Natali presbytero[a]).

Quia per ambitiones illicitas non pudet quosdam ecclesiarum iura turbare ac privilegia, quae metropolitanis vel provincialibus episcopis decrevit antiquitas, temeraria presumptione pervadere, propter[b]) quod etiam communionis apostolicae desiderant tenere discidium[c]), quo scilicet ab eius

---

f) metropolim *Coll. min.*, *Hinsch.* g) et *G.* h) eligatur et *add. Hinsch.* i) preesse — illis *om.* V_1, *postea inser. P.* k) ut *repet. Bb, Hinsch.* l) episcopis *Coll. min.*, ex episcopi *6.* m) consecraverint *3*, consecrent *5.* n) illud *3, 4, 5.* o) est *add. Coll. min.* p) *om. Coll. min.* q) episcopis quibus preest *Coll. min.*, *Ps. Ann.* r) eius *add. Coll. min.*, *Ps. Ann.*

2 cap. II.

C. 34. a) *rubrica deest G, Pm,* V_1. Quod non oporteat post obitum episcopi alterius episcopi ordinationem deferri *N, P* (ord. d. a. ep.). Quod consecrationes episcoporum ultra IV menses non sunt differendae *Ven.* Quod non oportet ordinationes episcoporum diu differri V_2. b) cap. XXV *add.* V_2, V_3, *Bb.* c) mus — episcoporum *1 versu eraso deest Pm.* d) celebrari *add. Bb'.* e) facere — episcoporum *Bb in marg. suppl.* f) vel negligunt *om.* V_1, *P*, V_2, V_3, *Bb.* g) *deest Conc.* h) intra *Conc.* i) preparet *Conc.*, et *add. N.* k) extendendae V_2, V_3. l) quis *in marg. add. Bb'.*

1 Concil. Chalcedon. c. 25, vers. Dionys., Voell. et Inst. Bibl. t. I p. 137.

C. 35. a) episcopo *Thiel.* b) *om. N.* c) descidium *G*, disidium *P.*

1 Gelasii papae I epist. 29 ad Natalem, A. Thiel p. 436, Jaffé-W. 715.

auctoritate divisi velut impune proprias usurpationes exerceant, non respicientes quia aeterno iudici rationem tam de catholicae sinceritatis iniuria quam de traditionum preiudicio[d]) paternarum non sine perpetuae sint dampnationis interitu reddituri, si in hac obstinatione permanserint, caritatem tuam duximus[e]) instruendam nos pariter ad metropolitanos vestrae provinciae sive cuiusque contiguae, quae catholicam servant unitatem, magnopere delegasse, ut obeuntes episcopos in eadem regione metropolitanus suus debeat ordinare, eundemque ipsum metropolitanum, si humana morte transierit, non nisi comprovinciales episcopi iuxta formam veterem studeant ordinare, quatenus quae eisdem[f]) veneranda decrevit antiquitas, nullus sibimet contra fas usurpare contendat.

C. 36. Quod[a]) episcopus non est qui preter conscientiam metropolitani factus est. Ex concilio Niceno[1].

Illud generaliter clarum est, quod si quis preter sententiam metropolitani factus fuerit episcopus[b]), hunc magna synodus diffinivit episcopum esse non oportere.

C. 37. Quod non licet turbis[a]) electionem facere sacerdotum[b]). Ex concilio Laodicensi[1].

Quod non sit permittendum turbis[c]) electionem[d]) eorum facere qui sunt ad sacerdotium promovendi[e]).

C. 38. Qualis esse debeat, qui in episcopum eligendus est. Pelagius[a])[1] papa Eucarpo episcopo Messianensi.

Catinensis ecclesiae visitationem tibi iniungimus, cuius episcopum de hac luce transisse suscepta cleri relatione didicimus. Impossibile enim est, ut nos in provincia illa duntaxat in Syracusanis partibus alio[b]) cuiuslibet[c]) causas quae ad Deum pertinent committamus, nisi forte talem per te Deus nunc in Catinensi ecclesia eligere voluerit, de cuius conscientia possimus esse securi, ut a te labores istos paululum removere possimus. Mox ergo[d]) dilectio tua ad supra dictam Catinensem ecclesiam pergat et hominem de clero, qui nec uxorem habeat nec filios nec crimen aliquod canonibus inimicum[e]), eligi eum auxilio Dei compellat atque suadeat et

---

d) preiudiciis *Thiel.* e) diximus V_1, *P.* f) isdem *N, P,* hisdem *Ven.*, iisdem *Bb'*, *Thiel.*

C. 36. a) Quod non liceat episcopos esse qui praeter *etc. Ven.* b) *deest* V_2.
1 Conc. Nicaen. I, pars cap. 6 vers Dion., Voell. et Just. Bibl. t. I p. 117.

C. 37. a) turbae V_1, *P, Ven.* b) *om.* V_2 *J.* c) turbae *G.* d) ionem — promo *desunt Pm, verbis intra haec erasis;* electiones *Dion.* e) provehendi *Dion.*
1 Conc. Laod. c. 13 vers. Dion., Voell. et Iust. Bibl. t. I p. 130.

C. 38. a) G *(lit. init. col. caerulei)* elagius *G,* Mesianensi *G.* b) alii *Mansi.* c) euilibet V_1, *P, Ven.* d) igitur *G.* e) initium V_2.
1 Pelagius I ep. 5 Coll. Britann. v. P. Ewald in 'Neues Archiv' V p. 535; Mansi t. IX col. 908; Jaffé-W. 977.

statim eum ad urbem Romam cum decreto et testificatione relationis tuae transmitte.

C. 39. Ut eligendus episcopus nichil det aut promittat cuiquam. Pelagius[a)] [1] papa clero Catinensis ecclesiae.

Talia quidem iam dudum ad fratrem et coepiscopum[b)] nostrum Eucarpum de visitatione Catinensis ecclesiae scripta direximus, ut in eis iudicium nostrum potuissetis agnoscere. Verumtamen quia quosdam ibi non sana intentione[c)] sed pravis studiis dissensiones[d)] suscitare vestra etiam relatione cognovimus, qui scientes[e)] ad episcopatum nec aetate nec coniunctione[f)] nec vitae meritis posse perduci, ad hoc tantummodo inquietare ecclesiam volunt, ut sibi de his quae ex ipsa presumpta sunt immunitatem[g)] futurus promittat episcopus, et[h)] fiat rapinae securitas episcopatus ambitio. Hoc etiam vos duximus commonendos, ut decretum in Helpidium diaconum[i)] factum et subscriptum ab omnibus quos vestra[k)] relatio designavit ad nos cum predicti visitatoris epistola et cum eodem diacono maturetis Deo propitiante perducere. *Et post pauca*[l)]. Quem tamen hoc per vestram dilectionem presenti[m)] iussione specialiter ammonemus, ne cui se aliquid dare vel daturum esse promittat, sed nec de ecclesiasticis[n)] causis aliquam securitatem cuiquam facere audeat sive promittere, ut quasi factus episcopus[o)] ea quae direpta sunt non repetat, sed apud eos a quibus direpta sunt libere permanere patiatur sciens, quod si tale aliquid vel[p)] fecit vel fecerit, nec a nobis omnino permittitur valere ipsa promissio, et cum iudicii nostri quod de ipso habuimus dampno pastoralis consecrationis ordinem[q)] promereri non poterit.

C. 40. Quod domnus papa cuiusdam episcopi consecrationem ideo distulit, quia uxorem adhuc et filios habuit, per quos ecclesiastica substantia periclitari solet. Pelagius[a)] [1] papa Cetero[b)] ⟨l. Cetego⟩ patricio.

Quid[c)] de ordinando ecclesiae Catinensis episcopo salubris electione iudicii fieri desiderastis[d)] agnovimus confestim sequenti die eum[e)] iuxta morem discutientes tertio quo[f)] venit die[g)] episcopum consecrare curavimus. Simili quidem modo et de Syracusanae urbis antistite[h)] optave-

---

C. 39. a) Gelasius *codd. A*[1] 'G' *in* 'P' *mutavit P.* b) coepiscopo *P.* c) ratione *Ven.* d) dissensionem *N.* e) se *add. Mansi.* f) scientia *Mansi.* g) impunitatem *Mansi.* h) ut V_1, *P.* i) diaconem *N.* k) nostra *P.* l) *signum notae in Ven.* m) in pres. *Mansi.* n) preteritis *add. Mansi.* o) *om.* V_2. p) *om. Mansi.* q) *pro*: ord. prom. *habet* ordinari V_2.

[1] Pelag. I ep. 10 Coll. Britann., Mansi t. c. col. 907; Jaffé W. 982.

C. 40. a) Gelagius *G (v. c. 38. n. 1)*, Pellagius *Ven.* b) Ceto *N, litt.* '*r*' *corr.* V_3. c) Quod *Mansi.* d) desideratis V_1, *ex quo corr. P.* e) cum *G.* f) quoque *Bb'.* g) *om. P.* h) antistitem *N.*

[1] Pelagius I, epist. 20 Coll. Britann., Mansi t. IX col. 733; Jaffé-W. 992; textus paulisper decurtatus est.

ramus, nisi nos multiplex ratio ipsius non paucis temporibus ordinationem differre sacerdotii coegisset ob hoc quod vel personae qualitas vel[i]) superstes uxor aut filii, per quos ecclesiastica solet periclitari substantia, nostros animos diutius ab eius ordinatione suspenderent opinantes[k]) quod in melius Syracusanorum provenire electio potuisset. Sed quia in voluntatis suae proposito inrevocabiliter perstitit[l]) et nullus est alius in eadem repertus ecclesia, illud[m]) consultius iudicavimus faciendum, ut congrua providentia causam, propter quam principalis constitutio habentem[n]) filios et uxorem ad episcopatus prohibet ordinem promoveri[o]), salva dispositione consilii[p]) muniremus. Qua de re summo studio[q]) ab eodem, priusquam a nobis eum contingeret ordinari, huiusmodi exigimus cautionem per quam et suam fateretur, quantula esset presentis temporis habita rerum descriptione, substantiam et nichil umquam per se aut per filios aut[r]) uxorem[s]) sive per quamlibet propinquam aut domesticam vel extraneam forte personam de rebus usurparet ecclesiae et[t]) universa episcopatus quaesita tempore ecclesiae dominio sociaret[u]).

C. 41. Eruditio quid[a]) episcopum ordinatum oporteat facere. Gelasius[1] papa clero ordini et plebi Brundisii[b]).

Concesso vobis, quem petistis[c]), antistite fratre iam et coepiscopo meo Juliano necessarium fuit, ut eodem ad ecclesiam suam mox remisso ad vos nostra scripta pariter destinarem[d]), quibus agnosceretis eidem fuisse preceptum, ne umquam ordinationes presumat illicitas: ne bigamum et qui virginem non est sortitus uxorem atque illiteratum vel obnoxium aut in aliqua parte corporis debilem notatumque modis omnibus ad sacros ordines permittat accedere. Quod etiam de peregrinis atque incognitis vel ex penitentibus cavere debebit, quia huiusmodi a venerabilibus prohibentur officiis. Ac nichil ex ministeriis atque ornatu postremo de quacumque re quam constat ad ecclesiam pertinere audeat in alterum qualibet ratione transferre; reditus et oblationes fidelium, quarum sibi unam ipse retineat, alteram clericis pro officiorum suorum sedulitate[e]) distribuat, fabricis tertiam, quartam[f]) pauperibus et peregrinis habeat fideliter erogandam; quarum rationem divino est[g]) redditurus examini. Sacris quoque ordinibus applicandos hac[h]) observatione promoveat, ut ieiunio quarti septimi et decimi mensis vespere sabbati presbyteros atque diaconos ordi-

---

i) *nonnullis verbis omissis.* k) *post pauca omissa.* l) perstiterunt *Mansi.* m) *post pauca.* n) habentes *N, Mansi.* o) promovere *Mansi.* p) concilii *Mansi.* q) *om. P.* r) *abhinc usque ad* minio *Pm lacunam 3 versuum profert.* s) uxores V_2. t) ei *P.* u) *pauca add. Mansi.*

C. 41. a) quod *G,* quid conveniat ep. ord. fac. V_1, *P.* b) Brendisii *G,* Brindisii *N.* c) petitis *G.* d) *sec. Ven. correxi ex* destinari. e) sed abilitate *N.* f) quartam — erogandam *om. Thiel.* g) *om.* V_1, *P.* h) ac *G, Pm, codd.* A^2; *ex* ac *corr. Ven.*

[1] Epist. 16, A. Thiel I p. 380, Jaffé-W. 676.

nandos esse cognoscat. Venerabilis etiam baptismi sacramentum, nisi in festivitate paschali et pentecostes tradere non presumat exceptis aegritudine laborantibus.

C. 42. Quod ab omni clero et universa turba dignum est eligi episcopum, cum assensu episcoporum provincialium. Gelasius[1] papa Philippo et Gerontio episcopis.

Plebs Clientensis data nobis petitione deflevit diu se sine rectoris proprii gubernatione dispergi; ac, sicut asseritur, is qui a nobis ⟨l. vobis⟩ iam probatus dicitur, a paucis et tenuibus putatur[a]) eligendus, cum universos ad vos pertineat assidua ammonitione compellere, ut omnes in unum quem dignum sacerdotio viderint et sine aliqua reprehensione consentiant. Et ideo, fratres karissimi, diversos ex omnibus saepe dicti loci parrocchiis presbyteros diaconos et universam turbam vos oportet saepius cunvocare, quatenus non, prout quemque libuerit, sed concordantibus animis talem vobis imminentibus sibi quaerunt sola divinitatis attentione personam, quam nulla contrarietas a constitutis possit revocare[b]) prescriptis.

C. 43.[a]) Ex[b]) ordine Romano[1].

Summus pontifex quando benedicitur, eligitur unus de[c]) cardinalibus[d]) in titulo suo de qualicunque fuerit, tantum ut a predecessore[e]) sit pontifice ordinatus aut presbyter aut diaconus[f]). Die[g]) vero dominica egreditur cum eo universus clerus et populus[h]) ad basilicam sancti Petri, ingrediens autem secretarium[i]) induitur vestimentis[k]) pontificalibus: inprimis[l]) linea et[m]) cingulo deinde anagolagio grandi et cingulo brachiali et[n]) orario, postea dalmatica minori[o]) deinde dalmatica maiori, deinde planeta. Et veniens ante confessionem sancti Petri prosternit[p]) se in orationem[q]) schola canente Introitum: Elegit[r]) Dominus[s]); surgens vero ascendit ad altare et prosternit se in orationem[t]) et omnis clerus cum eo. Postea erigitur ab episcopis et statuitur inter sedem et altare, et tenent evangelium

---

C. 42. a) probatur *Ven.* b) rev. prescr. *postea supplevit Pm.*

[1] Fragmentum 4, A. Thiel p. 485; Jaffé-W. 663.

C. 43. a) *rubrica deest G, Ven.* De ordinatione (ordine *P*, V_2, V_3, *Bb*) consecrationis Romani (summi V_2, V_3, *Bb*) pontificis V_1, *P*, V_2, V_3, *Bb* . . . episcoporum *L.* b) *inscript. om. N, in marg. ponunt L, M, Ven.* c) ex *Pm.* d) et *add. N, del. L* de qualicumque titulo fuerit *Mabill.* e) precessore *codd.* A^1, *L, Ven.* f) nam episcopus esse non poterit *add. Mabill.* g) die v. dom. *om. Mabill.* h) populo *N*, propter *L.* i) *ex corr. Pm* sacrat. *Mabill. passim.* k) indumenta pontificalia *Mabill.* l) in primis — planeta *desunt Mabill.* m) *om.* V_1. n) et orario — niens *omissis lacuna patet* $1\frac{1}{2}$ *versuum in Pm.* o) min. d. dalm. *man. al. inser. L.* p) prosternat *Ven.* q) oratione *N, L.* r) te *add.* V_2, V_3, eligite *Bb.* s) . d. *G, Bb.* t) oratione *N.*

[1] Ordo Romanus IX, Mabillon Musei Italici t. II p. 92, qui textus tamen ab Anselmiano aliquantum discrepat.

apertum super caput vel verticem ipsius. Et ascendens unus episcopus dat orationem super eum et recedit et alter similiter. Accedit tertius et consecrat illum, archidiaconus autem[u] allato[v] pallio de confessione imponit ei, tunc ab[w] archidiacono et archipresbytero elevatur[x] in sede, stans vero in gradibus ipsius sedis elevata voce dicit: Gloria in excelsis Deo. Post haec data prece[y] schola cantorum canit ei[z] laudem et patroni regionum similiter. Celebrat[a] igitur ipse missam per ordinem et communicat[b] omnes. Peracta missarum sollempnitate procedit[c] et subsequitur et[d] precedit eum omnis apostolicus apparatus et statuuntur acies[e] dextra laevaque. Ipse vero incedit in medio constipatus agmine sacerdotum[f] et omnes scholae[g] flagitant ab eo benedictionem, quo benedicente respondent[h] omnes[i]: amen. Ingressus autem secretarium[k] iam tunc[l] sedet in sella[m] apostolica. Egrediens[n] inde cum ad inferiores[o] gradus sancti Petri descendit, ibi stat equus[p] paratus ad sedendum in eo. Et accedentes patroni regionum uno incipiente et ceteris[q] respondentibus in hunc modum canunt ei[r] laudem: Domnus[s] Leo papa, quem sanctus Petrus elegit, in sua sede[t] multis annis sedere[u]. Hoc usque ter dicto[v] accedit prior stabuli et imponit ei in capite regnum[w], quod ad similitudinem cassidis ex albo fit[x] indumento, et[y] tunc demum[z] ascendit super equum suum, et[a] precedente eum[b] clero ornantur palliis et constipantur plateae inmensis[c] cuneis populorum et[d] cleri expectantium eum ad[e] canendum ei laudem.

C. 44. De ordine[a] consecrationis episcoporum. Ex ordine Romano[1].

Episcopi vero[b] omni tempore benedicuntur, nunc autem i. e.[c] in sabbato quarti temporis, cum ordinatio agitur[d] apud sanctum Petrum, mos

---

u) ante *Bb.* v) ablato *L.* w) inter archidiaconum et diaconum *Mabill.* x) elevetur *N.* y) pace. z) et V_1. a) celebret *N*, celebrabit V_1, *ex* celebrat *L m. 2.* b) communicet *N*, communicant *Ven.* c) praecedit *Mabill.* d) et praec. *abest a Mabill.* e) *om.* V_2. f) sacerdotium *Pm.* g) scolae — ingressus *erasis 2 versuum spatium vacuum rel. Pm.* h) ei *Mabill.* i) cum strepitu *add. Mabill.* k) secratarium *L.* l) *lacuna in Pm.* m) sede *N*, V'_4. n) *loco 'E' lacunam 4 litter. habet Pm.* o) inferos *G.* p) equus vel sella precessoris pontificis et ad sedendum paratus *Mabill.* q) cunctis V_1. r) *om.* V_1, *P.* s) donnus *G, L, Bb'.* t) a *add. N, L, del. Pm.* u) sedem *N, corr. Ven.* v) *ex* V_1 *correxi* interdicto *rell. codd.* w) regimen *ex corr. Pm.* x) sit *N, L.* y) et tunc — precedente *in marg. super. inserta Ven.* z) deinde *N.* a) *loco* et prec. — palliis *profert*: et vallatur a iudicibus *Mabill.* b) cum V_2, *pro* eum clero *habet* vinculo *G.* c) *abhinc sequentia super 1½ lineas erasa sunt Pm.* d) *om. Mabill.* e) et cantantium laud. *Mabill.*

C. 44. a) De ordinatione *(ex* ordine *P)* episcoporum, qualiter qua die qua hora fieri debeat. *N, P, item L, Bb', at om.* qualiter *etc.* b) non *G.* c) i. e. — s. Petrum *desunt Mabill.* d) *ex* igitur *P.*

1 Mabillon l. c. p. 91.

est, ut[e]) nocturno[f]) tempore benedicantur, secunda[g]) namque incisione i. e. lectione VI. egreditur pontifex de ecclesia sancti Petri et ascendit[h]) monasterium sancti Martini, quod sub tignis ipsius ecclesiae[i]) est, et subsequitur[k]) electus qui benedicendus est simpliciter cum reliquo clero incedens, et stat foras[l]) ostium oratorii. Schola cantorum incipit Introitum, postea dicit pontifex: Gloria in excelsis Deo; sequitur oratio. Et[m]) exeuntes ab altari unus presbyter eius et diaconus[n]) induunt eum vestibus[o]) i. e. amictu linea cingulo orario dalmatica casula, clero interim canente R(esponsorium): Immola Deo et Tractum: Qui seminat[p]). Legitur evangelium: Designavit[q]) Dominus. Postea vocatur in basilicam presbytero[r]) eius a dextris et diacono[s]) a sinistris. Ipse vero inclinato capite incedit[t]) in medio eorum usque dum veniat ad altare. Tunc exuitur casula et induit eum pontifex planeta et legitur[u]) breve in hunc modum: 'Cives[v]) ill.[w]) elegerunt sibi hunc pastorem, oremus itaque pro hoc viro, ut Deus omnipotens infundat in[x]) eum gratiam Spiritus sui, ut[y]) dignus habeatur ad cathedram episcopatus regendam.' Et respondit[z]) schola: 'Christe audi nos'. Et dum cantat[a]) letaniam, accedit[b]) propius ad altare subnixo capite. Pontifex vero ponit manum super caput eius et dicit[c]) unam[d]) orationem in modum collectae, alteram[e]) vero modulatione[f]) quae[g]) solet contestatio[h]) dici, et sedet pontifex in sede[i]) sua. Ipse vero osculatur pedes[k]) eius et suscipitur ad pacem et sic consummatur consecratio eius. Et ipso die ubicumque Apostolicus missam celebrat, de manu eius communionem accipiat.

C. 45. De[a]) ordinatione episcoporum, qualiter qua die qua hora fieri debeat. Anacletus[1] urbis Romae episcopus omnibus episcopis.

Ordinationes episcoporum aucto ritate apostolica ab omnibus qui in eadem fuerint provincia episcopis[b]) sunt celebrandae. Qui simul convenientes scrutinium diligenter agant ieiuniumque[c]) cum omnibus precibus

---

e) 'in' *P post inser.* f) noctis *Bb'*. g) sancta *G, ex* sancia *Ven. et Bb.* h) ad *add. N.* i) situm est *Mabill.* k) et subsequ. — bened. est *om. Mabill.* l) foris *N.* m) *om G.* n) et alter diac. *Mabill.* o) vestimenta pontificalia imprimis linea et cing. dein anagolagium grande postea dalm. minore et cingulo brachiale et orarium brevem, deinde dalmatica maiore clero *etc. Mabill.* p) seminant *Ven.*, V_2, V_3, in lacrimis *add. N,* V_2, V_3. q) Misit illos binos ante faciem suam *Mabill.* r) presbyter *Mabill.* s) diaconus *G, Mabill.* t) incedat *N.* u) legit brevem hunc modum *Mabill.*. v) cives inquit, nostri *Mabill.* w) illis V_1, *P,* illum *Bb', Mabill.* x) *om.* V_1, *P,* eo *Mabill.* y) et *Mabill.* z) respondetur ab *Mabill.* a) et canunt *Mabill.* b) accedat *N.* c) *ex* dicat *Ven.* d) hanc *Ven.* e) eo *Mabill.* f) modulamine V_1, *P, Ven.,* V_2, V_3, *Bb, Mabill.* g) *sec. N pro* quo *G correxi.* h) contestata *Mabill.* i) sella Mabill. k) pedem *Mabill.*

C. 45. a) Qualiter episcopi ordinentur *P.* b) episcopi *Hinsch.* c) ieiunium V_1, *P.*

1 Ps. Anacletus c. 18, p. 75: Coll. min. c. 160.

celebrent et manus cum sanctis evangeliis quae predicaturi sunt imponentes dominica die hora tertia orantes sacraque unctione excemplo prophetarum et regum capita eorum more apostolorum et Moysi[d]) unguentes, quia omnis[e]) sanctificatio constat in Spiritu sancto, cuius virtus invisibilis sancto est chrismati[f]) permixta[g]) et hoc ritu[h]) sollempnem celebrent ordinationem. Quod si omnes simul minime convenire poterunt[i]), assensum tamen suis precibus[k]) prebeant, ut ab ipsa ordinatione animo non desint. Porro et Hierosolymitarum[l]) primus archiepiscopus beatus Jacobus, qui Justus dicebatur[m]) et secundum carnem Domini nuncupatus est frater, a Petro Jacobo[n]) Johanne apostolis est ordinatus, successoribus videlicet dans[o]) formam eorum, ut minus quam a[p]) tribus episcopis reliquisque omnibus assensum prebentibus nullatenus episcopus ordinetur, et communi voto[q]) ordinatio celebretur. Reliqui vero sacerdotes[r]) a proprio ordinentur episcopo, ita ut cives et alii sacerdotes assensum prebeant et ieiunantes ordinationem celebrent. Similiter et diaconi ordinentur. Ceterorum[s]) autem[t]) graduum distributio trium veracium testium episcopi scilicet[u]) probatione sufficere potest.

C. 46.[a]) Ex concilio Niceno[1] capit. IIII.

Episcopum convenit maxime quidem ab omnibus qui sunt in provincia episcopis ordinari; si autem hoc difficile fuerit[b]) aut propter instantem necessitatem aut propter itineris longitudinem, tribus tamen omnimodis in id ipsum convenientibus, et absentibus quoque[c]) pari modo decernentibus et per scripta consentientibus tunc ordinatio celebretur. Firmitas autem[d]) eorum quae geruntur per unamquamque provinciam metropolitano tribuatur episcopo.

C. 47. Qualiter[a]) consecrentur episcopi. Ex concilio Cartaginensi IIII.[1] capit. II.

Episcopus cum[b]) ordinatur, duo episcopi ponant et teneant evange-

d) mox si *G, N.* e) *om. G.* f) chrismate *Ven.* g) peruncta *G,* peruncta vel permista *N.* h) rite *Hinsch.* i) poterint V_1, *P, Ven., Coll. min.,* potuerint V_2, V_3, *Bb, Ps. Anacl.* k) et scriptis *add. Bb, Hinsch. ex cod. Darmst. n. 21.* l) Hierosolymitanus *Bb', 5.* m) *signum notae apponit Ven.* n) et *add.* V_2, *Coll. min., Ps. Anacl.* o) dantes *Coll. min., Ps. Anacl.* p) *om.* V_1. q) voce *1.* r) *(sacerdo)*tes a proprio — sacerdo*(tes) ob homoioteleuton omissa mox. inser. L.* s) *vide notam 1 Hinschii p. 76 de cod. Darmst. vel Par. 3852.* t) vero V_1, *P.* u) sui *N.*

C. 46. a) *rubricam om. G.* Item de eadem re *N, P.* Quod convenit episcopos ordinari ab omnibus episcopis qui sunt in eadem provincia. *Ven.* Quod non oportet episcopum a paucioribus quam tribus epicopis ordinari *M,* V_2, V_3. b) aut — necessitatem *inser. Ven.* c) *om.* V_1, *supra lin. man. post. inser. P.* d) *om. G.*

1 Versio Dionys. Voell. et Just. Bibl. t. I p. 116.

C. 47. a) Qualiter episcopus consecrari debeat *Ven.* b) dum V_1.

1 Immo Statuta ecclesiae antiqua, c. II sec. ordinem collect. Hispanae, Th. Bruns I p. 141.

liorum codicem super caput et verticem eius, et uno super cum fundente benedictionem reliqui omnes episcopi qui adsunt manibus suis caput eius tangant.

C. 48. Ut preter conscientiam metropolitani nullus ordinet episcopum, sed nec[a] unus solus. Innocentius[1] papa Victrici[b] Rotomagensi episcopo.

Extra conscientiam metropolitani episcopi nullus audeat ordinare episcopum[c], integrum est enim iudicium quod plurimorum sententiis confirmatur; nec unus episcopus ordinare presumat episcopum, ne furtivum beneficium prestitum videatur. Hoc enim et synodus Nicena constituit atque diffinivit.

C. 49. Quotiens ordinantur antistites in principalibus quatuor sedibus, debent vicissim synodicas mittere quibus[a] profiteantur generales synodos custodire. Ex libro Vitae[1] sancti Gregorii papae.

Mox ut Gregorius[b] episcopus[c] apostolicae sedis enituit, patriarchalibus sedibus[d] synodicam destinavit et postmodum Secundino servo Dei incluso inter cetera scribit dicens: hinc est[e] quod quotiens in quatuor precipuis sedibus antistites ordinantur, synodales sibi epistolas vicissim mittant, in quibus se sanctam Chalcedonensem synodum cum aliis generalibus synodis custodire fateantur[f]. *Et post pauca.* Quam videlicet consuetudinem, sicut nostri quoque, qui ante biennium ab Adriano liberalissimo papa in sancta octava synodo prefuere[g], testantur, ita[h] Orientales precipue retinent usque[i] hactenus sedes, ut suis in[k] dypticis nullius pontificis nomen describant, quousque ipsius synodicam suscipiant, et tam diu defunctum pontificem inter viventes annumerent, quamdiu successor illius suas litteras studuerit destinare.

C. 50. De auctoritate quatuor conciliorum Synodica sancti Gregorii papae. Gregorius papa[a][1].

Sicut[b] sancti evangelii quatuor libros sic quatuor concilia suscipere et venerari me fateor: Nicenum scilicet[c] in quo perversum Arrii dogma

---

C. 48. a) *om. N, del. P.* b) Victri V_1, *P*, Victrici *L, Ven.*, V_2, V_3, V_4, *Bb, 3, 6, 10,* Victrico *Coll. min.* c) *om. Coust.* d) in syn. Nic. constitutum est atque definitum *Coustant.*

1 Innocentii I epist. 2 ad Victricium c. 1, P. Coustant col. 748, Jaffé W. 286; Coll. min. c. 162.

C. 49. a) se *add. Ven.*, V_2, V_3. b) Gregor. — pref. testantur *in P densius super rasura scripta sunt.* c) papa *N.* d) suam *add. Joh. diac.* e) etiam *add. Joh. diac.* f) fateatur *P.* g) pretuisse *G.* h) *om.* V_1, *at spatium aptum reliquit.* i) ubique *G.* k) *om. G.*

1 Greg. I Vita auct. Johanne diac. l. IV 23, ed. Bened. t. IV col. 137.

C. 50. a) V_1 *in marg. posterius add.:* Johanni Constantinopolitano, Eulogio Alexandrino, Gregorio Antiocheno, Johanni Jerosolimitano. b) nota, quanta sit auctoritas quatuor conciliorum *add. in marg. P.* c) CCCXVIII episcoporum *add.* V_1, *P,* CCCX et VIII *Bb, inser.* (CCCX et VII) *Ven.*

1 Greg. I Reg. I 24 i. f., t. I p. 36; Jaffé-W. 1092.

destruitur. Constantinopolitanum quoque[d]) in quo Eunomii et Macedonii error convincitur. Ephesinum etiam primum[e]) in quo Nestorii impietas iudicatur. Chalcedonense vero[f]) in quo Euticetis[g]) Dioscorique pravitas reprobatur tota devotione amplector[h]), integerrima approbatione custodio, quia in his velut in quadrato lapide sanctae fidei structura consurgit et cuiuslibet vitae atque actionis norma[i]) existit[k]). Quisquis eorum soliditatem non tenet, etiam si lapis esse videatur[l]), tamen extra aedificium iacet. Cunctas[m]) vero personas quas prefata veneranda concilia respuunt, respuo, quas venerantur amplector, quia dum universali consensu[n]) sunt constituta se et non[o]) illa destruit, quisquis presumit aut solvere quos religant aut ligare quos solvunt. Quisquis ergo aliud sapit anathema sit.

C. 51. Pelagius[a]) Petro episcopo Potentino de ordinatione in sabbato sancto post baptismum[b]). Pelagius[1].

Dilectionis tuae scripta suscepimus in quibus significas Latinum ecclesiae Gromentinae ad episcopatum Marcellianensis ecclesiae sive Consilinacium[d]) ab omnibus fuisse electum. Quod iam ante hoc tempus retulistis, et iussimus, ut veniret, credentes eos de persona eius ab episcopo suo dimissoriam[e]) impetrasse. Unde vel nunc, sicut[f]) dicis[g]), eum concorditer ab universis electum, et[h]) nichil ei sacri canones contradicunt et ab episcopo eius dimissoriam accipiunt, facite eum velociter ad urbem Romam occurrere, ut, si Deus iusserit, in sabbato magno post horam baptismi ordinetur, quia, si ante memoratum diem non occurrerint, coguntur usque ad quarti mensis ieiunia sustinere.

C. 52. De ordinatione celebranda sabbato sancto paschae. Pelagius[a]) [1] papa Tullino episcopo Grumentino.

Litteras caritatis tuae suscepimus quibus significas Latinum diaconum tuum ad episcopatum ecclesiae Marcellianensis a clero et omnibus qui illic conveniunt postulari. Hoc itaque dicimus, ut si eum omnes eligunt et vis eum cedere, gratum nobis[b]) esse cognosce[c]), ut si possunt[d]) ante

---

d) CL episcoporum *add.* V_1, *P*, CL patrum *Ven. (ex corr. inser.)*, V_2, V_3, *Bb.* e) CC episcoporum *inser. Ven., add.* V_2, V_3, *Bb.* f) DCXXX episcoporum *inser. Ven., add.* V_1, *P*, V_2, V_3, *Bb.* g) Euthychis *Greg.* h) complector *Greg.* i) normam *G, N, deest Ewald.* k) existat *Greg.* l) cernitur *Greg.* m) *post pauca.* n) sensu V_1, *P.* o) sed nilla *P, sup. ras. Ven.*

C. 51. a) papa *add. Bb, inscriptionem:* Pel. — Pot. *post rubr. ponit* V_2. b) baptisma *Ven.* c) papa *add.* V_1, *P*, Gelagius *G*, Gelasius *N.* d) *loco huius verbi lacuna est in Pm.* e) demisoriam *G, N, Ven.* f) si *ex* sic *corr. Ven.*, si ut V_2, V_4. g) dicitis V_2, V_3, V_4. h) *ex* et *corr.* ut *P, forsitan* et si *legendum sit.*

1 Pelagius I, epist. Petro ep. Potentino scripta, Coll. Brit. 43, Jaffé-W. 1015.

C. 52. a) *post ras.* laius *Pm,* Pellagius *Ven.* b) vobis *P.* c) cognoscere *P.* d) possint *Ven.*

1 Pelagius I, Coll. Brit. 45, Jaffé-W. 1017.

diem sanctum occurrere, vel sabbato ipso noctis magnae post baptismum cum[e] Dei gratia valeat ordinari. Alioquin necesse est[f] eos usque ad quarti mensis ieiunia sustinere.

C. 53.[a] Quod non oporteat[b] episcopum a paucioribus quam a tribus episcopis ordinari. Ex concilio Niceno[1] caput IV.

Episcopum oportet ab omnibus episcopis, si fieri potest, qui sunt eiusdem[c] provinciae ordinari. Si vero hoc difficile fuerit vel aliqua[d] urguente necessitate vel itineris longitudine, certe[e] debent tres episcopi in unum esse congregati, ita ut etiam ceterorum qui absentes sunt consensum[f] litteris teneant, et ita faciant ordinatioem. Potestas sane vel confirmatio pertinebit per singulas provincias ad metropolitanum episcopum[g].

C. 54. Quod episcopus moriens non debet aliam pro se tamquam heredem episcopum constituere. In concilio Hylarii[a] [1] papae.

Denique nonnulli episcopatum, qui non nisi meritis precedentibus datur, non divinum munus sed[b] hereditarium putantes[c] esse compendium credunt, sicut res caducas ita sacerdotium velut legati aut testamenti iure posse dimitti. Nam plerique[d] in mortis confinio constituti in locum suum feruntur alios designatis nominibus subrogare, ut scilicet non legitima expectetur electio, sed defuncti gratificatio pro[e] populi habeatur assensu. Quod quam[f] grave sit aestimate atque ideo, si placet, etiam hanc licentiam generaliter de ecclesiis auferamus, ne, quod turpe dictum[g] est, hominis[h] esse putetur quod Dei est.

C. 55. De eadem re. Ex concilio Antiocheno[1] cap. XXIII.

Episcopo non licere pro se alterum successorem sibi constituere, licet ad exitum vitae perveniat; quod si tale aliquid factum fuerit, irritum esse huiusmodi[a] constitutum. Servetur autem ius ecclesiasticum id continens hoc[b] oportere non aliter fieri, nisi[c] cum synodo et iudicio episcoporum qui post obitum quiescentis potestatem habent[d], qui dignus extiterit promovere.

---

e) cum D. gr. *om.* V_1, *P.* f) *om. N.*

C. 53. a) *capit. totum om.* V_2. b) oportet *codd.* V_1, *P, Ven., Bb et alii.* c) in provincia sua *Isid.* d) *abest ab Isid.* e) omnimodo *add. Isid.* f) et sententias *add. Isid.* g) *abest a* V_1, *Isid.*

1 Versio Isidoriana, cf. supra c. 46 vers. Dion., Maassen, Gesch. p. 925: Anselmum recensione Ps. Isidoriana usum esse mihi persuasum est.

C. 54. a) Ex c. Hylari p. V_1. b) ad *P.* c) putant esse comp. et cred. *Hil.* d) sacerdotes *add. Hil.* e) *om. N, Bb,* pro puli V_2. f) autem V_2 *J.* g) dictu *Hil.* h) homini quisquam se putet debere, quod *Hil.*

1 Hilari papae epist. 15 c. 3, A. Thiel I p. 162, Jaffé-W. syn. a. 465, Nov. 19.

C. 55. a) huiuscemodi V_1, *P, Ven., Bb.* b) *deest Dion.* c) ubi *G.* d) eum *add. Dion.*

1 Vers. Dionys., Voell. et Just. Bibl. t. I p. 128.

C. 56. Quod ordinato papa ex communi consensu quicumque illo superstite subintraverit[a]) profanus erit. Cypriani[1] episcopi et martyris.

Factus est autem Cornelius episcopus de Dei et Christi eius iudicio de clericorum pene omnium testimonio de plebis quae tunc affuit[b]) suffragio de sacerdotum antiquorum et bonorum virorum consensu[c]), cum nemo ante se factus esset, cum Fabiani locus i. e. cum locus Petri et gradus cathedrae sacerdotalis vacaret; quo occupato et[d]) de Dei voluntate atque omnium nostrum consensione firmato, quisquis[e]) iam episcopus fieri voluerit, foris fiat necesse est, nec habeat ecclesiasticam ordinationem qui ecclesiae non tenet unitatem. Quisquis[f]) ille fuerit, licet de se multum iactans et sibi plurimum vendicans, profanus est, alienus est, foris est, et cum post primum esse[g]) non possit quisque[h]) post unum, qui solus esse debet[i]), factus est iam non secundus ille, sed nullus est.

C. 57. Qui[a]) ab unitate ecclesiae recesserit, nec episcopi potestatem habere potest nec honorem. Eiusdem[b])[1].

Novatianus[c]) episcopus non est, qui Cornelio episcopo in ecclesia a[d]) XVI coepiscopis facto adulter atque extraneus episcopus fieri a desertoribus per ambitum nititur, et cum sit a Christo una ecclesia per totum mundum in multa membra divisa, item episcopatus unus episcoporum multorum concordi numerositate diffusus ille post Dei traditionem post conexam et[e]) ubique coniunctam catholicae ecclesiae unitatem humanam conetur ecclesiam facere et per plurimas civitates novos apostolos suos mittat, ut quaedam recentia institutionis suae fundamenta constituat. Cumque iam pridem per omnes provincias et per urbes singulas ordinati sint episcopi in aetate antiqui in fide integri in pressura probati in persecutione proscripti, ille super eos creare alios pseudoepiscopos audeat, quasi possit aut totum orbem novi conatus obstinatione peragrare aut ecclesiastici corporis compaginem discordiae suae seminatione rescindere nesciens scismaticos semper inter initia fervere, incrementa vero habere non posse nec augere quod illicite coeperint, sed statim[f]) cum prava[g]) sua aemulatione deficere. Episcopatum autem tenere non posset, etiam si episcopus prius factus a[h]) coepiscoporum suorum corpore et ab ecclesiae unitate descisceret, quando Apostolus ammoneat, ut invicem

---

C. 56. a) subintrabit V_1, *P.* b) affluit *Bb'.* c) collegio *Cypr.* d) *om. Bb.* e) quisque *Hartel.* f) quisque V_2, *Hartel.* g) secundus esse *Ven., Cypr.* h) quisquis V_1. i) non debet *G.*

[1] Epist. 55 c. 8, Corp. Script. eccl. lat. Vol. III p. 629.

C. 57. a) Quod qui *Bb'.* b) *om. N, Ven.* c) Novati .... V_1, *L.* Novatius *P.* d) *om. G, N, Ven.;* XVI — ecclesia *Ven. in marg. supplet.* e) atque *N.* f) *om. P.* g) parva *N.* h) a coepiscorum *Ven. super rasura ex marg. inser.*

[1] Ep. cit. c. 24, p. 642.

nosmet ipsos sustineamus, ne ab unitate quam Deus constituit recedamus, et dicat: 'Sustinentes invicem in dilectione, satis agentes servare unitatem Spiritus in vinculo pacis'. Qui ergo nec unitatem Spiritus nec coniunctionem pacis observat et se ab ecclesiae vinculo atque a[i] sacerdotum[k] collegio separat, episcopi nec potestatem potest habere nec honorem qui episcopatus nec unitatem voluit tenere nec pacem. Eph 4. 2,

C. 58. Ex decretis[a] Simplicii[1] papae. Ut privilegium amittat qui permissa abutitur potestate.

Ubi ista didicisti quae in fratrem et coepiscopum nostrum Gregorium non electione sed invidia perpetrasti, quem inexcusabili violentia pertrahi ad te passus[b] es atque vexari, ut ei honorem tantum, non per animi tranquillitatem sed per amentiam, sicut dicendum est, irrogares? Neque enim talia potuissent fieri sanitate consilii. Nolumus exagerare quod gestum est, ne[c] cogamur iudicare quod dignum est; nam privilegium meretur amittere[d] qui[e] permissa[f] sibi[g] abutitur potestate.

C. 59. Eiusdem[a][1]. Ne quis invitus ordinetur.

Denuntiamus autem, quod si post[b] haec quiddam[c] tale presumpseris et aliquem seu episcopum seu presbyterum seu[d] diaconem invitum facere forte credideris, ordinationes tibi Ravennatis ecclesiae vel Emiliensis noveris auferendas.

C. 60.[a] Eiusdem[b][1]. Ut perdat ius ordinandi qui illicitas ordinationes fecerit.

Relatio nos vestrae dilectionis instruxit et gestorum series plenius intimavit Gaudentium Aufiniensis ecclesiae sacerdotem contra statuto canonum ac nostra precepta ordinationes illicitas perpettasse, quarum illi totam penitus auferri[c] precipimus potestatem.

---

i) *om.* V_2. k) sacerdotii *G.*

C. 58. a) Ex decretis *om. Ven., inscript.:* Ex decreto S. p. *cui add.:* Johanni Ravenati episcopo V_2, V_3, *uti fieri solet, rubricae postponunt* V_1, *P*, V_2. b) ausus est *N.* c) nec V_1, *P.* d) ammittere *G,* admittere V_2. e) quia V_1, *ex* quia *P.* f) promissa V_1. g) *om. N.*

[1] Epist. 14, c. 1, A. Thiel I p. 201, Jaffé-W. 583.

C. 59. a) *post rubr.* V_1, *P.* b) posthac *Simpl.* c) quidquam *Simpl.* d) atque *N.*

[1] Epist. cit. p. 202.

C. 60. a) *numerus deest N.* b) *post rubr.* V_1, *P.* c) auferre *N.*

[1] Epist. 1, A. Thiel I p. 175, Jaffé-W. 570.

C. 61. Ut ab illicitis ordinationibus abstineatur. Caelestinus[1] episcopus omnibus[2] episcopis.

Abstineatur ab illicitis ordinationibus. Nullus[a]) ex laicis nullus bigamus[b]) nullus qui sit aut[c]) fuerit viduae maritus ordinetur, sed inrepre-
Levit. 21, 13. hensibilis, et[d]) qualem elegerit[e]) Apostolus, fiat. 'Virginem[f]) accipiat
I Tim. sacerdos uxorem' subsequitur et supplet Apostolus 'unius[g]) uxoris virum'
3, 2. debere[h]) consecrari. Ad hanc ergo formulam[i]) eligantur sacerdotes, et si quae factae sunt ordinationes illicitae[k]), removeantur, quoniam stare non possunt[l]).

C. 62.[a]) Ut inter episcopos vel abbates non habeantur nec[b]) audiantur qui[c]) de laicis hanc susceperint dignitatem, et idem de inferioribus dignitatibus. Gregorius papa VII.[d])[1]

Si quis deinceps episcopatum vel abbatiam de manu alicuius laicae personae susceperit, nullatenus inter episcopos vel[e]) abbates habeatur nec ulla ei ut episcopo seu[f]) abbati audientia concedatur. Insuper[g]) ei gratiam beati Petri et introitum ecclesiae interdicimus, quousque[h]) locum quem sub crimine tam ambitionis quam inobedientiae, quod est scelus idolatriae,
I Reg. cepit resipiscendo non deserit. Similiter etiam de inferioribus ecclesiasticis
15, 23. dignitatibus constituimus.

C. 63. Ut laicae potestates non presumant dare ecclesiasticas dignitates. Eiusdem[a] [1].

Item si quis imperatorum regum ducum marchionum comitum vel quilibet[b]) saecularium potestatum aut personarum investituram episcopatus[c]) vel alicuius ecclesiasticae dignitatis dare presumpserit, eiusdem sententiae vinculo se obstrictum[d]) sciat.

C. 61. a) ut nullus V_2 *J*, V_3. b) digamus *Coll. min*, c) vel *3, 4, 5, 12*. d) aut *1*. e) elegit *Coel.* f) *paucis verbis omissis.* g) *tribus verbis om.* h) episcopum *add. Thiel.* i) formam *3, 4, 5, 12.* k) signum notae *appon. Ven.* l) *Bb' continuat:* nec discussionem nostram subterfugere poterunt, quamvis latere (se *add. Cael.*) existiment qualiter (qui aliter *Coust.*) pervenerunt, ut nulla religionis reverentia obscuritate fuscetur. Non sit vana gloria (gloriatio *Coel.*) palliatis. Episcopalem moram, qui episcopi sunt, sequantur.

[1] Epist. 4, c. 6, P. Coustant t. I, col. 1071; Jaffé-W. 369; Coll. min. c. 150. [2] immo episcopis Viennensis et Narbonensis provinciarum.

C. 62. a) *duo capp. praemittit Bb.* b) vel *N*, V_1, *P.* c) a V_2. d) in concil. L episcoporum *add. Bb man. 4.* e) inter *add.* V_2. f) vel *Bb.* g) etiam *add. Greg. VII.* h) quae usque *P*, in *add.* V_2, V_3.

[1] In conc. Romano a. 1080, Ph. Jaffé Mon. Gregor. p. 398, Jaffé-W. post 5153.

C. 63. a) *om. Ven.* b) quibuslibet V_1, *P.* c) episcopatuum *Greg. VII.* d) *ex* obstr. *corr. atram. pallidiore* astrictum *Bb.*

[1] In concil. cit. p. 399.

C. 64.[a] Leo[1] papa.

Si qui episcopi talem consecraverint sacerdotem qualem non liceat, etiam si aliquo modo dampnum proprii honoris evaserint, ordinationis ius ulterius non habebunt nec umquam ei sacramento intererunt, quod neglecto divino iudicio immerito prestiterunt.

C. 65. Ut inter episcopos non habeantur qui nec a clericis sunt electi nec a plebe expetiti nec canonice consecrati. Leo[1] episcopus Rustico Narbonensi episcopo.

Nulla sinit ratio, ut inter episcopos habeantur qui nec a clericis sunt electi nec a plebibus[a] expetiti nec a provincialibus[b] episcopis cum metropolitani iudicio consecrati[c]. Unde cum saepe quaestio de male accepto honore nascatur, quis ambigat nequaquam ab[d] istis esse tribuendum quod nec[e] docetur fuisse collatum. Si qui autem clerici ab istis pseudoepiscopis in eorum[f] ecclesiis ordinati sunt quae ad proprios pertinebant episcopos, et ordinatio eorum[g] consueto[h] iudicio presidentium facta est, potest rata haberi, ita ut in[i] ipsis ecclesiis perseverent. Aliter autem vana habenda est consecratio[k] quae nec[l] loco fundata est[m] nec auctoritate[n] munita.

C. 66. Ut nullus per ambitum[a] accedat ad episcopatum. Symmachus[1] urbis Romae episcopus dilectissimo fratri Caesario.

Nullus per ambitum ad episcopalem[b] honorem permittatur accedere. Si[c] quis autem episcopatum[d] desiderat, data pecunia potentes personas minime suffragatrices adhibeat nec ad decretum sibi faciendum clericos vel cives subscribere adhibito cuiuslibet generis timore compellat, vel premiis[e] aliquibus hortetur.

C. 64. a) *totum deest cap.* V_2, V_3, V_4; *rubricam om. G, Pm.* Ut episcopi qui indignum consecrant sacerdotem ius ordinandi amittant *N, P.* Ut ep. qui ind. consecraverint sac. ius ulterius non habeant ordinandi *M.* Ut ius ordinationis amittat qui illicitam fecerit ordinationem *Ven.* Ut qui illicitas ordinationes fecerit perdat ulterius ius ordinationis *Bb.*

1 Leo papa I, epist. 12 c. IX, Baller t. I col. 667, Jaffé W. 410.

C. 65. a) sunt *add. 3.* b) comprovincialibus *Bb, Coll. min., at* provinc. *3, 10.* c) consecrari *G, N.* d) *abest a* Leone. e) non *5, 10, Leo.* f) eis *5, Leo.* g) *om. 3. 4.* h) *ex* consuetudo *corr.* consueto *L,* consensu et *Ven., 5, Leo.* i) *om. P.* k) creatio *Baller.* l) non *5.* m) *om. G.* n) auctore *Baller.*

1 Epist. 167, inquis. I, Baller t. I col. 1420, Jaffé-W. 544, Coll. min. c. 117.

C. 66. a) ambitionem *N.* b) episcopatus *Symm.* c) episcopatum desiderans d. p. *Tdiel.* d) *om.* V_1, *P.* e) primis V_1, *corr. P.*

1 Epist. 15 c. 6, A. Thiel I p. 726, Jaffé-W. 726, Coll. min. c. 123.

C. 67. Ut ex laicis non fiant subito sacerdotes nec[a]) per simoniacam heresim. Gregorius[1] papa Brunichildae[b]) Francorum regionae.

Sacerdotale[c]) officium vestris in partibus in[d]) tanta, sicut didicimus, ambitione[e]) perductum est, ut sacerdotes subito, quod grave nimis est, ex laicis ordinentur. Sed quid[f]) isti acturi, quid populo prestaturi[g]) sunt, qui non ad utilitatem sed fieri ad honorem episcopi concupiscunt? His[h]) igitur[i]) qui necdum didicerunt quod[k]) doceant[l]), quid aliud agitur, nisi ut paucorum provectus illicitus fiat multis interitus et[m]) in confusionem ecclesiasticae moderationis observantia deducantur ⟨l. deducatur[n])⟩, quippe ubi nullus regularis ordo servatur? Nam qui[o]) ad eius regimen[p]) improvisus vel precipitatus accedit, qua[q]) ammonitione subiectos[r]) aedificabit cuius exemplum non rationem docet sed errorem? Pudet profecto, pudet aliis imperare quod ipse nescit custodire. Nec illud quidem quod simili[s]) emendatione[t]) eradendum[u]) est preterimus, sed[v]) omnino execrabile et esse gravissimum detestamur, eo[w]) quod sacri illic ordines per symoniacam heresim quae prima contra ecclesiam orta et districta maledictione damnata est conferantur. Hinc ergo agitur, ut sacerdotii[x]) dignitas in despectu[y]) et[z]) sanctus sit honor in crimine. Perit itaque reverentia, adimitur disciplina, quia qui culpas debuit emendare committit et nefaria ambitione honorabilis[a]) sacerdotii ducuntur[b]) in depredationem[c]) censurae[d]). Nam quis denuo veneretur[e]) quod venditur, aut[f]) quis non vile putet esse quod emitur[g])? Unde valde contristor et corde[h]) illis condoleo, quia[i]) spiritum sanctum quem per manus impositionem omnipotens Deus hominibus largiri dignatur[k]) divino munere habere despiciunt sed premiis assecuntur, et[l]) sacerdotium illic subsistere non arbitror. Nam ubi dona supernae gratiae venalia[m]) iudicantur, ad Dei servitium non vita quaeritur, sed magis contra Deum[n]) pecuniae venerantur.

C. 67. a) neque *M, Ven.* b) Brunigildae *N,* Brunchildi *Coll. min.* (Brunn. *5, 11, 12*). c) *initium cap., ut assolet, paulisper mutatum est.* d) in tanta *om. G,* in tantam *5, 12.* e) ambitionem *12.* f) quod *ex* quid *P.* g) *ex* prestituri *Ven.,* prestituri V_2. h) hi V_1, *P, Hartm.* i) ergo V_1, *P.* k) quid *5.* l) docere debeant *Greg.* m) *om. P.* n) *ita Coll. min.* o) quid V_2, *5.* p) vel *add. 5.* q) quia *5, 12.* r) subditos *5, 12.* s) similiter *Greg.* t) emendationi *Hartm.* u) emendandum V_1 *et alii codd.,* radendum *Coll. min.,* tradendum *Greg.* v) ut *add. Coll. min., at om. 3, 4, 6, 8, 12.* w) *om. Greg.* x) sacerdotis *Greg.* y) *ex* conspectu *5 man. al.,* disp. *Greg.* z) ut *Coll. min., at* et *12.* a) venerabilis *5.* b) ducitur *Coll. min. Greg.* c) depredatione *codd.* A_2, *Coll. min. at* depravacionem *3, 4, 5,* dampnationem *8, 12,* depravatione *Greg.* d) censura *Coll. min., Greg.* e) veretur *6.* f) aut — emitur *om. solus 1.* g) enititur *G.* h) terrae illi cond. *Greg.* i) qui *5,* dum *add. Greg.* k) dignetur *G.* l) *quae sequuntur usque ad finem cap. om. 1.* m) venerabilia *N.* n) dominum *5.*

1 Registr. IX 213, t. II p. 198, Jaffé-W. 1743, Coll. min. c. 125.

C. 68. De eadem re. Gregorius[1] Theodorico[a]) et Theodoberto regibus Francorum.

Fertur symoniaca heresis in[b]) regni vestri[c]) finibus dominari, cum in sacerdotibus fides sit eligenda[d]) cum vita. Si vita deest, fides meritum non habet, beato Jacobo attestante[e]) qui ait: 'Fides sine operibus mortua est'. Quae enim opera esse valeant sacerdotis, qui honores[f]) tanti sacramenti convincitur obtinere per premium[g]). Ex qua re agitur, ut ipsi quoque qui sacros ordines appetunt non vitam corrigere, non mores componere studeant, sed divitias quibus honor sacer emitur[h]) congregare. Hinc fit etiam, ut insontes et pauperes a sacris ordinibus prohibiti despectique[i]) sunt[k]) ⟨l. sint⟩, et dum innocentia pauperis[l]) displicet, dubium non est, quod premium illic delicta commendet, quia[m]) ubi aurum placet et vitium. Hinc igitur non solum in ordinatoris et ordinati anima letale vulnus infigitur, verum etiam excellentia[n]) vestra regia episcoporum culpa quorum magis intercessionibus invari debuerat[o]) pregravatur. Si enim is[p]) dignus sacerdotio creditur cui non actionis merita sed[q]) premiorum copiae suffragantur[r]), restat ut nichil sibi in honores ecclesiasticos gravitas nichil defendat[s]) industria, sed totum auri profanus amor obtineat, et dum vitia honore munerantur[t]), in locum[u]) ultoris is[v]) qui fortasse fuerat ulciscendus adducitur atque hinc sacerdos[w]) non proficere sed perire potius iudicatur; vulnerato namque pastore quis[x]) curandis ovibus adhibeat[y]) medicinam? Aut quomodo[z]) orationis clipeo tueatur qui[a]) iaculis se hostium feriendum exponit? Aut qualem de se fructum producturus est cuius gravi peste radix infecta est. Major[b]) ergo metuenda locis illis est calamitas, ubi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur qui Dei in se magis iracundiam provocent, quam[c]) per semet ipsos populis placare debuerant[d]). Ne[e]) hoc quidem[f]) malum sollicitudo nostra patitur neglegenter admittere[g]), quod quidam instinctu gloriae inanis illecti ex laico repente habitu sacer-

Jac. 2, 17.

C. 68. a) Theoderico *Ven., V_2, V_3, Bb, 5, 10.* b) *paucis praetermissis.* c) nostri *N, 6.* d) elegendenda *5,* eligen *6.* e) testante *5.* f) honorem *N, 5,* onoris *6.* g) precium *5.* h) enititur *G.* i) dispectique *6, Greg.* k) sint *5,* resiliant *Greg.* l) pauper *Greg.* m) *om. V_1.* n) excellentiae vestrae regnum *5, Greg.* o) debuit *5.* p) his *Pm, N, om. 5, Ven.* q) *om. 6.* r) copia suffragatur *Hartm.* s) defendit *6.* t) numerantur *G, 6,* cumulantur *Ven. in ras.,* remunerantur *V_2.* u) loco *5.* v) his *Pm, om. 6.* w) sacerdotes . . . incidantur *Greg.* x) qui *Greg.* y) adhibeant *Greg.* z) quando populum *5, 6, 10, Greg.* a) *Greg. add.* a. b) *signum notae adfert Ven.* c) quem *6.* d) Audivimus autem quod (quia *Greg.*) ecclesiarum predia tributa (non *add. Greg.*) prebeant et magna super hoc admiratione suspendimur, si ab eis illicita quaerantur accipi, quibus etiam licita relaxantur *add. V_4.* e) nec *5, 10, Greg.* f) quoque *V_2, V_3, V_4, Greg.* g) omittere *V_2, V_4,* (obmittere *V_3*), *Greg.*

[1] Registr. IX 215, t. II p. 201, Jaffé-W. 1744; Coll. min. c. 126, at codd. 1, 2 in corpore coll. nonnisi prima duo verba: 'Fertur symoniaca' proferunt.

dotii honorem arripiunt et, quod nefas[h]) dicere et grave est tacere, regendi rectores et qui docendi sunt doctores nec[i]) erubescunt videri nec metuunt. Ducatum animarum impudenter assumunt, quibus via omnis ignota doctoris est[k]) et quo vel ipsi gradiantur[l]) ignari sunt. Nam[m]) dum dux[n]) exercitus nonnisi labore et sollicitudine expertus eligitur, quales animarum duces esse debent[o]) qui episcopatus culmen inmatura[p]) cupiunt[q]) festinatione conscendere. Huius saltim rei se comparatione[r]) considerent et aggredi repente inexpertos labores timeant, nec[s]) caeca honoris ambitio et ipsis in[t]) poena sit et aliis pestifera erroris semina iaciant[u]) ⟨iaciat⟩, quippe qui non didicere quod doceant. Proinde vero[v]) paterno salutantes affectu petimus precellentissimi filii[w]), ut tam[x]) detestabile malum de regni vestri studeatis finibus prohibere[y]) et nulla apud vos excusatio nulla contra animam vestram[z]) suggestio locum inveniat, quia procul dubio facientis culpam habet qui quod potest corrigere neglegit emendare.

C. 69. De eadem re. Gregorius[a]) [1] Syagrio[b]) episcopo Augustudinensi.

Nuntio apud nos[d]) olim discurrente vulgatum est, quod in Galliarum partibus sacri ordines per symoniacam heresim conferantur. Et vehementi tedio moeroris afficimur, si in ecclesiasticis officiis quemquam habet locum pecunia et fit saeculare quod sacrum est. Quicumque ergo hoc pretii studet datione percipere sacerdos[e]) non esse, sed[f]) dici tantummodo[g]) inaniter concupiscit. Quid[h]) scilicet, quid[i]) per hoc[k]) agitur, nisi ut nulla de actu[l]) probatio nulla sollicitudo de moribus nulla sit de vita discussio, sed ille solummodo[m]) dignus qui dare pretium[n]) sufficerit[o]) aestimetur. Ex qua re si recti libraminis examinatione[p]) pensetur, dum improbe ad inanem gloriam locum festinat[q]) utilitatis arripere, eo ipse[r]) magis, quod[s])

---

h) nef. dicere est et grave Dac. *Pm, tantum* nef. dic. est *6, pro* nef. dicere *Greg. habet* dicere pudet. i) non ... non V_2. k) *om.* V_1, *sup. lin. inser. P.* l) gradimur *6.* m) *post pauca.* n) lux V_1. o) debeant *G.* p) inmaturi V_1. q) cum *add. codd.* A^2. r) consideratione V'_4, *5.* s) ne V_2, *5, 6, Greg.* t) in p. — al. *om. 6.* u) iaceant *Ven., 10,* iaciat *5, Greg.* v) nos *N, L, 6,* vos V_2, *5, deest Greg.* w) *ad hoc scribit Bb in marg.*: N(ota), quam terribiliter incitaverit etiam laicos contra simoniacos. x) hoc *add. Greg.* y) prohiberi *Greg.* z) nostram *N.*

C. 69. a) papa *add. 1.* b) Siarchio *7.* c) Augustin. *7,* Augustudun. *Coll. min.*; *pleniorem inscr. praebet Reg.* d) vos *G, 2, 5, 12.* e) *paucis verbis om.* f) si *G, N.* g) om. *3, 4, 5, 12.* h) quod scil. *Coll. min.*, quod si licet *Greg.* i) quod *3, 4,* quid hoc *5.* k) aliud *add. Greg.* l) actio 5. m) tantum *5.* n) precipuum *10.* o) sufficeret *Ven.*, V_2, V_3, suffecerit *Bb, Coll. min., Haitm.* p) examine *5.* q) festinet *10.* r) ipso *Ven., 5 ex corr., Greg.* s) quo *5, 12.*

1 Registr. IX 218, t. II p. 206, Jaffé-W. 1747, Coll. min. c. 127.

honorem quaerit, indignus est[t]). Sicut[u]) autem is[v]) qui invitatus[w]) renuit quaesitus refugit sacris est altaribus admovendus, sic qui ultro ambit vel inportuum se ingerit est procul dubio repellendus. Nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid agit[x]), nisi ut[y]) crescendo decrescat, et ascendendo exterius[z]) interius[a]) in profunda[b]) descendat? Itaque, frater[c]) karissime, in sacerdotibus ordinandis sinceritas vigeat, sit simplex sine venalitate consensus, pura preferatur electio, ut ad summa[d]) sacerdotii non suffragio venditorum[e]) provectus sed Dei credatur esse iudicio. Nam quam[f]) grave omnino sit facinus Dei donum vel precio comparare vel vendere, evangelica est testis auctoritas. Templum autem Dominus et[g]) redemptor noster ingressus cathedras vendentium columbus evertit. Quid vero[h]) aliud est columbas vendere, nisi pretium de manus impositione percipere et[i]) Spiritum sanctum quem Deus hominibus omnipotens tribuit venundare? Quorum sacerdotium ante Dei oculos cadere cathedrarum utique patenter[k]) eversione signatum est, et tamen exerit[l]) adhuc nequitiae pravitas vires suas. Nam cogit vendere quos decipit[m]) ut emerent, et dum non[n]) attenditur quod divina voce precipitur: 'Gratis accepistis; gratis date', agitur ut crescat et geminata fiat in uno eodemque delicto conditio ementis scilicet et vendentis. Et cum liqueat hanc heresim ante omnes radice pestifera subrepsisse[o]) atque in ipsa sua[p]) origine apostolica esse detestatione[q]) damnatam, cur non cavetur, cur non perpenditur, quia benedictio illi in maledictionem convertitur[r]), quia[s]) ad hoc ut fiat hereticus promovetur. Matth. 10, 8.

C. 70. Quod ordinati ab hereticis dampnationem potius quam consecrationem accipiunt. Innocentius[1] Rufo, Eusebio ceterisque episcopis.

Ordinati ab hereticis vulneratum per illam manus impositionem habent[a]) caput. Ubi[b]) vulnus infixum est, medicina est adhibenda, qua[c]) possit recipere sanitatem. Quae sanitas post vulnus secuta sine cicatrice esse non poterit[d]), atque ubi peenitentiae remedium necessarium est, illic

---

t) *om. V_1, P.* u) sic *5.* v) *ex* his *corr. 10.* w) est *add. Ven.* x) ait *V_1, P.* y) *om. V_1, P.* z) *om. 5.* a) inter eius *Ven.* b) profundo *5.* c) frater karissime *Coll. min. sec. 2, 12,* fratres karissimi *rell. codd. (ex singulari corr. 1, male intelligens 'a paribus').* d) summam *5.* e) *signum notae appon. Ven.* f) quoniam *N.* g) et red. *om. 2,* et red. nost. *om. 3, 4, 12.* h) *om. 3, 4, 5, 12.* i) ut *V_1, P.* k) *om. 5, 12,* l) exigit *M (in marg. add.* vel exerit *m. 2), V_2, V_3.* m) decepit *Coll. min.* n) *om. V_2.* o) subrepisse *Coll. min. at* subrepsisse *5.* p) *om. 5.* q) auctoritate *5, 12.* r) vertitur *5, 10, 12.* s) qui *Ven., V_2, V_3, V_4, Bb, Coll. min., Greg.,* quia — prom. *ost inscr. P.*

C. 70. a) habeant *7.* b) unde *3.* c) quae *Coll. min., at* qua *12,* ut *Innoc.* d) potest *5.*

1 Epist. 17 c. 3, P. Coustant. I col. 833, Jaffé-W. 303, Coll. min. c. 222.

Num. 19, 22. constat ordinationis honorem locum habere non posse. Nam sicut[e]) legitur, qui[f]) tetigerit immundum immundus erit, quomodo[g]) ei tribuetur quod munditia ac puritas consuevit[h]) accipere? Sed e contra asseritur eum qui honorem amisit[i]) honorem dare non posse, nec illum aliquid accepisse, quia in dante nichil erat[k]) quod ille possit[l]) accipere. Adquiescimus et verum est[m]), quia quod non habuerit quis[n]) dare non potuit, dampnationem utique quam habuit per pravam manus impositionem dedit.

C. 71. De eadem re, et ut aliae mulieres cum sacerdotibus non habitent, nisi quas canones permittunt. Gregorius supradicto[a]) episcopo.

Fraternitatem tuam auctore Deo volumus synodum congregare atque in ea omnia[b]) quae sanctis canonibus sunt adversa districte sub anathematis interpositione damnentur, i. e. ut nullus pro adipiscendis ecclesiasticis ordinibus dare aliquid[c]) commodum presumat vel pro datis accipere neque ex laico habitu quisquam repente audeat ad locum sacri regiminis pervenire neque ut aliae mulieres cum sacerdotibus habitent, nisi hae quae sacris ordinibus[d]) sunt permissae i. e.[e]) mater aut soror aut amita vel[f]) quae omni suspicione carere possint[g]).

C. 72. Quod non solum a munere pecuniae sed etiam a munere obsequii et linguae cessandum est. Gregorius[1] in evangeliorum tractatibus.

Sunt nonnulli qui quidem nummorum premia ex ordinatione non accipiunt et tamen sacros ordines pro humana gratia largiuntur atque de largitate[a]) laudis solummodo retributionem quaerunt[b]). Hi nimirum quod[c]) gratis acceperunt[d]) gratis non tribuunt[e]), quia de impenso officio sanctitatis expetunt nummum[f]) favoris, unde bene cum iustum virum describeret, Propheta ait[g]): 'Qui excutit manus suas ab omni munere.' Neque[h])
Isai. 33, 15. enim dixit: qui excutit manus suas a munere, sed adiunxit: ab omni[i]), quia aliud est munus ab obsequio, aliud munus a manu, aliud munus a lingua.

---

e) si ut *Coll. min., Inn.* f) quod tet. immundus immundum *Coll. min., Inn.* g) id *add. Coust.* h) accipere solet *5.* i) am. honor. *om. V₁, sup. lin. inser. P.* k) inerat *9.* l) posset *Coll. min., Inn.* m) *om. 3, 4, 13, add.* certe *Coll. min., Inn.* n) *om. 5, 13, Inn.*

C. 71. a) Syagrio Augustudunensi *12.* b) *paucis ommissis.* c) aliquod *P, Coll. min., at* aliquid *5, 7, 10, 12,* aliquod *Greg.* d) al. canonibus *7 superscrips.,* canonibus *12, Greg.* e) id est *etc. desunt Greg.,* aut soror aut amita *om. 7.* f) aut *3, 4, 5, 12.* g) possunt *3, 5, 7, 12.*

1 V. c. 69, Registr. II p. 209, Coll. min. c, 131.

C. 72. a) eadem *add. Greg.* b) requirunt *5.* c) qui *Bb.* d) acceptum est *Greg.* e) attribuunt *V₁, P.* f) minimum *1.* g) dixit *3, 4, 8.* h) neque — a *om. V₂,* qui exc. m. suas *om. 3.* i) munere *add. N.*

1 Greg. I, Lib. I homil. 4, n. 4, ed. Bened. t. I col. 1449, Coll. min. c. 133.

Munus quippe ab obsequio est subiectio indebite impensa, munus a manu pecunia, munus a lingua favor. Qui ergo sacros[k]) ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in divinis rebus[l]) non solum ullam[m]) pecuniam sed etiam humanam gratiam non requirit.

C. 73. Qui contra simoniacam et neophytorum heresim vehementer non arserit[a]) partem habebit cum ipsis[b]) a quibus incepit[c]). Gregorius[1] Victori episcopo.

Quisquis ad hoc facinus videlicet[d]) simoniacae aut neophytorum hereseos emendandum officii sui consideratione vehementer non asserit[e]), cum ipso[f]) habere non dubitet portionem a quo prius hoc[g]) peculiare[h]) flagitium sumpsit exordium.

C. 74. De dampnatione eorum qui donum Dei emunt vel vendunt. Ex[a]) concilio Toletano VIIII.[b])[1] capit. III.

Doluimus contra priorum monita patrum inolevisse vota[c]) perniciosissima[d]) posterorum[e]), nam quanto frequentius illi noxia vetuerunt, tanto studiosius isti[f]) perpetrare vetita non quiescunt, sicque per contrarium quod penitus obcumbere debuit, insultare non desinit, et res quae tot excisa decretis arescere potius ad[g]) vicem Lirnei[h]) capitis, ut ferunt fabulae, truncata virescit. Denique, quod non sine magno dolore dicendum est, reperiuntur quam plurimi[i]) negotio muneris perituri, mercari velle gratiam[k]) Spiritus sancti, dum ille[l]) premium donat, ut pontificalis ordinis[m]) sublimen[n]) accipiat[o]), obliti verborum Petri qui dixit ad Simonem: 'Pecunia tua tecum sit in perditione[p]) quoniam[q]) donum Dei existimati per pecuniam possidere'. Proinde quia et[r]) usitatum est tantum malum et maio- Acta 8, 20.

---

k) *om. 10.* l) officiis *superscr.* vel rebus *5.* m) nullam *Greg.*

C. 73. a) exarserit *P.* b) illis *M, V_2, V_3.* c) cepit *G.* d) videl. — haereseos *desunt Greg.* e) *ita G, N,* arserit *V_1, Ven., Coll. min., Hartm.,* exarserit *P et alii codd.* f) se *add. Coll. min., Hartm.* g) *om. 3.* h) piaculare *V_1, P, Ven. et alii codd., Coll. min., Hartm.*

[1] Registr. XII 9, t. II p. 357, Jaffé-W. 1859; Coll. min. c. 132.

C. 74. a) *huius inscript. loco profert Coll. min.:* Item c. X. Ambrosius in lib. pastorali; *omisso num. capituli:* Sanctus Ambros. in epistola pastor. *3, 4, 5, 12.* b) *recte VIII.* c) vita *V_2.* d) pestifera *5, 12.* e) posteriorum *G.* f) illi *Bb', om. 5.* g) in *6.* h) lernei *Bb, Coll. min., ex* lirnei *6,* lirnei *3, 8, 10,* linei *7,* lincerni *5, 12,* lernei *Conc.* i) quam plurime *Coll. min.* k) donum *3, 4, 5, 8, 12.* l) *om. 5, 12,* vile *Hinsch., at* ille *ed. Merlini, cuius lectiones in textu Anselm. pluries occurrunt.* m) sui *add. Conc.* n) sublimitatem *Ven., Bb',* sublime culmen *Coll. min., Conc.* o) accipiant *Hinsch.* p) perditionem *V_1, Coll. min., at* perditione *3, 4, 6, 8, 12, Conc.* q) *pro:* quoniam — possidere *scribunt:* et reliqua *5, 12.* r) *om. 3, 6.*

[1] Conc. Tolet. VIII c. 3, Hinschius, Decret. Ps. Isidorianae p. 389; Coll. min. c. 136.

rum[s]) frequentur extat mucrone succisum[t]), nos quoque[u]) huic vulneri canceroso ignitum quod superest adhuc iniicimus ferrum decernentes omnimodo, ut quicumque deinceps pro accipienda[v]) divini doni[w]) dignitate quodlibet premium detectus fuerit obtulisse ex eodem tempore se noverit anathematis obprobrio condemnatum et[x]) a[y]) participatione[z]) Christi corporis et sanguinis alienum, ex quo illum constat[a]) execrabile Christo[b]) perpetrasse[c]) flagitium. Quod si aliquis extiterit qui accuset, ille qui hunc ordinem munerum[d]) fuerat[e]) acceptione[f]) lucratus, et suscepto[g]) honoris gradu privetur et in monasterio sub perhenni poenitentia trudatur[h]). Illi vero qui pro hac causa munerum acceptores extiterunt[i]), si clerici fuerint honoris ammissione mulctentur, si vero laici, perpetuo anathemate condempnentur.

C. 75. De damnatione heresis symoniacae. Per omnia sanctissimo et beatissimo fratri et comministro domno[a]) Adriano papae senioris Romae Tarasius[1] indignus episcopus Constantinopoleos[b]) in Domino salutem[c]) *Et infra.*

Eos qui per pecunias manus imposuerunt vel imponunt, Petrus divinus apostolus cuius cathedram sortita est sanctitas[d]) vestra tamquam Symonem magnum deponit. Tolerabilior[e]) enim est Macedonii et eorum qui circa ipsum sunt sancti[f]) Spiritus impugnatorum impia heresis. Illi[g]) enim[h]) creaturam et servum Dei[i]) patris et[k]) filii Spiritum sanctum[l]) delirando fatentur, isti suum[m]) eundem Spiritum sanctum efficiunt servum. Omnis enim dominus quod[n]) habet[o]), si vult, vendit[p]) sive servum[q]) sive aliud quid eorum quae possidet. Similiter et qui emit dominus volens esse eius quod emerit per precium pecuniae illud adquirit. Ita et qui hanc iniquam actionem operantur, detrahunt Spiritui sancto aequaliter peccantes
Luc. his, qui blasphemaverint[r]) dicentes in Beelzebub[s]) eicere daemonia Chri-
11, 15. stum, atque ut verius dicamus, Judae comparantur[t]) proditori, qui Judaeis[u])

s) patrum *5, 12.* t) excisum *3.* u) vero *3.* v) percipienda *Hinsch.* w) muneris *12, scribit supra* doni *5.* x) atque *Coll min., Conc.* y) *om. 4, Conc.* z) perceptione *Hinsch.* a) hoc *add. Hinsch.* b) Christi *Conc.* c) *ex* perpetrare *12.* d) nummorum *7.* e) fuerit *4.* f) datione *3, 4, 5, 8, 12.* g) suscepti *Hinsch.* h) religetur *Conc.* i) extiterint V_1, *Coll. min.* (fuerunt *12), Conc.*

C. 75. a) donno *G, deest versioni Anast.* b) novae Romae *add. Mansi.* c) salus *G.* d) fraterna sanct. *Anast.* e) *post pauca.* f) *om. Mansi.* g) illis . . . delire fatentibus *Anast.* h) *om.* V_1, *P.* i) ae *add. Anast.* k) *deest Anast.* l) *om. Mansi.* m) sui ipsius eum *Anast.* n) qui *G, N.* o) habuerit *Anast.* p) vendat *N*, si voluerit, venumdat *Anast.* q) servum sive *om.* V_2. r) blusphemaverunt V_1, *Ven.*, blasphement *Anast.* s) Behelzebu *G*, Belzebub V_1, *P.* t) comparetur V_1, *P.* u) *deest Anast.*

1 Ex versione Anastasii epist. ad Hadrianum I papam scriptae a. 787. Mansi t. XIII, col. 461.

Dei occisoribus Christum vendidit[v]. Cum ergo sanctus Spiritus consubstantialis sit Christo[w], eiusdem[x] ipsi portionis erunt[y] et[z] procul dubio in[a] eis non est gratia Spiritus sancti i. e. sacerdotii sanctitas. Nam quod non acceperunt non habent, ait[b] enim Petrus Symoni: 'Non est tibi pars Act.
neque sors in sermone isto[c], quia[d] existimasti donum Dei pecunia possi- 8, 21.
deri', nam et vigesimus nonus canon sanctorum apostolorum et actus 20.
eorundem et III. et IIII. Liber regnorum alienum omnino a sacerdotio pronuntiant eum qui aliquando dederit vel acceperit pecuniam in aliquo tempore sive[e] ante manus impositionem sive[f] in manus impositione, sive post impositionem[g]. Accipere enim est quandocunque accipere.

C. 76. Ut omnis qui per[a] pecunias dederit vel acceperit sacrum ordinem a gradu suo decidat. Ex ultima epistola Synodi VII.[1]

Omnis ergo episcopus vel presbyter aut diaconus convictus quod per pecunias manus impositionem dederit vel acceperit a sacerdotio et a[b] gradu decidat. Fortassis autem dicunt aliqui, quia penitentiam agimus pro peccato et Deus ignoscit illud. Ita[c] est quia omnes agentes penitentiam Deus suscipit[d] et indulget per poenitentiam peccata quae iam patracta sunt. *Et infra.* Sed quia[e] secundum Apostolum sacerdos inre- I Tim.
prehensibilis debet esse, qui per[f] pecunias[g] quemquam[h] consecravit vel 3, 2.
consecratus est, alienus est a sacerdotio[i], sicut omnes ecclesiae scimus[k] alumni ex canonicis disciplinis eruditi.

C. 77.[a] Ex concilio Chalcedonensi[b] [1].

Si quis episcopus per pecuniam[c] fecerit ordinationem et sub pretio redegerit gratiam quae non potest vendi, ordinaveritque per pecunias epi-

---

v) venumdedit *Anast.* w) Deo nostro *add. Anast.* x) omnino et *add. Anast.* y) esse V_1. z) *post pauca.* a) in eis *om. N,* non est in eis V_1, *Ven.* b) *post pauca; signum notae appon. Ven., in iis quae sequuntur series verborum aliquando mutata ac multa breviata sunt.* c) hoc *Anast.* d) quia — possideri *desunt Anast.* e) scilicet *add. Anast.* f) sive — post impos. *om. G, solum* sive in man. impos. *om. N.* g) *P in marg. manu coaeva adnotat:* Is tamen qui ordinatus fuerit, si non ex pacto neque exactus aut petitus post acceptas cartas et pallium offerre aliquid cuilibet ex clero gratiae tantummodo causa voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus, ut infra cap. IIII. (s. il. c. 79).

C. 76. a) *om. G.* b) *om.* V_1, et a gradu *deest Anast.* c) Ita et ego dico quia et omn. *Anastas.* d) suscepit V_1, *P.* e) quoniam iuxta divinum ap. *Anast.* f) propter *Anast.* g) pecuniam V_1, *P.* h) aliquem ordinat aut ab aliquis ordinatus est *Anast.* i) sacerdotali dignitate, ut omnes novimus quicumque ecclesiae alumni sumus *Anast.* k) sumus *P.*

1 Ex epistola Tarasii ad Johannem presbyterum, vers. Anastas., Mansi t. XIII col. 476.

C. 77. a) *rubrica deest G,* V_1. Quod non oportet episcopos aut quemlibet ex clero per pecunias (per pecuniam *M,* V_2, V_3) ordinari *N, P, M,* V_2, V_3. De dammatione symon. heresis *Ven.* De eadem re, et ut mediator similiter deponatur *B).* b) c. II *add.* V_2, V_3. c) peccun. *passim G.*

1 Conc. Chalced. c. 2, vers. Dion., Voell. et Iust. Bibl. t. I p. 133.

scopum aut presbyterum aut diaconum vel quemlibet ex his qui connumerantur in clero . aut promoverit per pecunias [d]) dispensatorem aut defensorem vel quemquam qui subiectus est regulae pro [e]) suo turpissimi [f]) lucri commodo, is cui hoc attemptanti probatum fuerit, proprii gradus periculo subiacebit. Et qui ordinatus est nichil ex hac ordinatione vel promotione [g]), quae est [h]) per negotiationem facta [i]), proficiat, sed sit alienus ea [k]) dignitate vel sollicitudine quam pecuniis adquisivit [l]). Si quis vero mediator tam turpibus et iniquis non [m]) dicendis nefandis datis vel acceptis extiterit, si quidem clericus fuerit proprio [n]) gradu decidat, si vero laicus aut monachus anathematizetur.

C. 78. [a]) Sicut sacri ordines ita et pallium neque per pretium neque per gratiam vel preces dari oportet. Gregorius [1] Johanni Corinthiorum episcopo.

Novit fraternitas tua quia prius [b]) pallium nisi dato commodo non dabatur; quod quam [c]) incongruum erat, facto concilio ante corpus beati Petri apostolorum principis tam de hoc quam de ordinationibus aliquid accipere, sub districta interdictione [d]) vetuimus. Oportet ergo ut [e]) neque per commodum neque per gratiam aut quorumdam supplicationem [f]) aliquos ad sacros ordines consentiatis [g]) vel permittatis adduci.

C. 79. Ut pro ordinatione vel usu pallii seu cartis atque pastellis nichil commodi detur. Gregorius [1] generali synodo presidens dixit:

Antiquam patrum regulam sequens nulli [a]) umquam de ordinationibus [b]) aliquid [c]) omnino accipiendam esse constituo; neque ex datione pallii neque ex datione [d]) cartarum neque ex ea quam nova per ambitionem simulatio invenit appellatione pastelli. Quia enim in [e]) ordinando episcopo pontifex manum imponit [f]), evangelicam [g]) vero lectionem minister legit, confirmationis autem [h]) eius epistolam notarius scribit [i]), sicut non decet episcopum [k]) manum quam imponit vendere, ita minister vel notarius non debet in ordinatione [l]) eius vocem suam vel calamum venundare. Pro

---

d) pecuniam V_2, V_3. e) pro suo *om.* V_2. f) turpis *N.* g) i. e. *add. G.* h) *om.* V_2. i) factam *P.* k) a *Conc.* l) quaesivit *Ven.*, V_2, V_3, *Conc.* m) non dicendis *om. Ven.*, nefandis *om.* V_1 *et alii*, iniquis non dic. *om. Conc.* n) a proprio V_1.

C. 78. a) *aliud cap. Greg. in Bb antecedit.* b) *om. 3, 4, 5.* c) quoniam *Coll. min.* d) interminatione *5.* e) *om.* V_1. f) supplicatione *3, 4.* g) conscribatis V_1, *P.*

1 Registr. V 62 t. I p. 377, Jaffé-W. 1378, Coll. min. c. 134.

C. 79. a) nichil *Greg.* b) ordinatione *5.* c) *om. Greg.* d) traditione *Greg.* e) *deest Greg.* f) ponit *Ewald.* g) evangelii *N.* h) ante V_2 *J*, vero *5.* i) et *add. Ewald.* k) pontificem *Greg.* l) ordinationem *Coll. min.* (*at* ordinatione *3, 4*), *Greg.*

1 Greg. I in synodo Romana a. 595 c. 5, Reg. V 57[a] t. I p. 364, Jaffé-W. post 1365, Coll. min. c. 135.

ordinatione ergo[m]) vel[n]) usu pallii seu[o]) cartis atque pastellis eundem qui ordinandus est vel ordinatur[p]) omnino dare aliquid prohibeo. Ex quibus predictis rebus si quis hinc[q]) aliquid commodi appellatione exigere vel petere forte presumpserit, in districto omnipotentis Dei examine reatui subiacebit. Is autem qui ordinatus fuerit, si non ex placito[r]) neque exactus aut petitus post acceptos cartas et pallium offerre aliquid cuilibet ex clero gratiae tantummodo causa voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus, quia eius[s]) oblatio nullam culpae maculam ingerit, quae ex[t]) accipientis ambitu non processit.

C. 80. Damasus[a]) [1]. Ut si quis metropolitanus infra tres menses consecrationis suae ad fidem suam exponendam palliumque suscipiendum ad sedem apostolicam non miserit, commissa sibi careat dignitate.

Quoniam quidam metropolitanorum fidem suam secundum priscam consuetudinem sanctae sedis[b]) apostolicae exponere detractantes usum pallii neque expetunt neque percipiunt ac[c]) per hoc episcoporum consecratio viduatis ecclesiis non sine periculo protelatur, placuit, ut quisquis metropolitanus ultra tres menses consecrationis suae ad fidem suam exponendam palliumque suscipiendum ad apostolicam sedem non miserit, commissa sibi careat dignitate sitque licentia metropolitanis aliis[d]) post secundam et tertiam commonitionem viduatae[e]) ecclesiae cum consilio Romani pontificis ordinando episcopum subvenire. Si vero consecrandi episcopi neglegentia provenerit et[f]) ultra tres menses ecclesia viduata consistat, communione privetur, quousque aut loco cedat aut se consecrandum prebere non differat. Quod si ultra V menses per suam neglegentiam retimerit viduatam ecclesiam, neque ibi neque alibi consecrationis donum percipiat, immo metropolitani sui iudicio recedat[g]).

C. 81.[a]) Gregorius papa[b]) [1] Brunichildae[c]) reginae.

Prisca consuetudo obtinuit, ut[d]) honor pallii nisi[e]) exigentibus causarum meritis et fortiter postulanti dari non debeat.

---

m) eius *N, om. Bb, 5,* vero *3.* n) vel pallio *Greg.* o) aut *3.* p) ordinatus *Ewald.* q) *ex* huic *sec.* V_2, V_3 *correxi,* hinc *Coll. min. at* huic *3, 4,* hunc *Ewald.* r) *ex* placito *corr.* pacto *P.* s) *om. 3, 4, 5.* t) *om.* V_1.

C. 80. a) papa *add.* V_2, V_3*; qui codd. aeque ac* V_1, *P inscr. ponunt post rubricam.* b) sedi *Burch.* c) ad *G.* d) *om.* V_1, *P.* e) viduatis ecclesiis *Burch.* f) ut V_1, *P. Ven., Bb, Burch.* g) cedat *Burch.*

1 Decretum Burchardi I 25: ex decretis Damasi papae c. 2; Jaffé-W. † 1064.

C. 81. a) *rubricam om. G,* V_1: Ut honor pallii fortiter *(*et *add. P)* exigentibus meritis postuletur *N, P.* Ut hon. pall. nisi exigentibus causarum meritis fortiterque postulanti (postulantibus V_2, V_3) dari non debeat *M,* V_2, V_3, *Bb* (fort. post. *om.*) b) *om.* V_1, *P.* c) Brunigildae *N,* Brunicheldae *P.* d) et V_1, *P.* e) non vero *N.*

1 Registr. VIII 4, t. II p. 6, Jaffé-W. 1491.

C. 82. Quod cum usu pallii semper aliqua privilegia sunt concedenda ab Apostolico. Gregorius[1] papa Syagrio episcopo Augustuduno[a]).

Quia omnino rationis ordo nos ammonet, ut cum usu pallii aliqua similiter[b]), sicut diximus, largiri privilegia debeamus. Sed quoniam cum honoris augmento cura quoque sollicitudinis debet excrescere et[c]) cultui vestium actionis quoque ornamenta conveniant, oportet ut enixius in cunctis studiis[d]) se vestra fraternitas exerceat et[e]) circa subiectorum actus sit vigilans.

C. 83. Quod archiepiscopi non debent uti pallio nisi in missis. Gregorius[1] papa[a]) Johanni episcopo Ravennati.

Non[b]) multum temporis intervallum est, quod quaedam nobis de tua fraternitate fuerant[c]) nuntiata, de quibus vobis[d]) veniente illuc Castorio notario sanctae cui Deo auctore presidemus ecclesiae subtiliter nos indicasse[e]) meminimus. Pervenerat namque ad nos quaedam[f]) in ecclesia vestra contra consuetudinis[g]) atque humilitatis tramitem geri, quae sola ut bene nostis[h]) est officii sacerdotalis erectio. Quae si sapientia vestra mansuete vel cum episcopali suscepisset studio, non de illis accendi debuerat, sed oportuerat[i]) haec eadem cum gratiarum actione corrigere. Contra morem quippe ecclesiasticum est, si non patientissime toleratur, quod a nobis absit, etiam[k]) iaiusta correptio[l]). Mota autem nimis vestra fraternitas est[m]), atque cum tumore[n]) cordis quasi satisfaciens scripsit nobis pallio te nonnisi post dimissos de secretario filios ecclesiae et missarum tempora atque in letaniis uti solennibus[o]); quibus[p]) verbis aliquid te usurpasse contra generalis ecclesiae consuetudinem apertissima veritate professus es. Quomodo enim fieri[q]) potest, ut illud[r]) cineris atque cilicii tempore per plateas inter populorum strepitus agas licite, quod te agere[s]) in conventu pauperum nobilium et in secretario ecclesiae velut illicitum[t]) excusasti? Illud tamen, frater karissime, tibi non putamus ignotum, quod prope de nullo metropolitano in quibuslibet mundi partibus sit auditum extra missarum tempus usum sibi pallii vindicasse[u]). Et quidem[v]) bene hanc consuetudinem generalis ecclesiae noveritis, vestris nobis manifestis-

---

C. 82. a) Augustudino *G, Bb*, Augustudinensi V_1, *P*, Augustidino V_2. b) simul *Greg.* c) ut V_1, *P*, *Bb et alii codd.*, *Greg.* d) studium se vestrae fraternitatis *Greg.* e) *deest Greg.*

1 Registr. IX 222, t. II, p. 214; Jaffé-W. 1751.

C. 83. a) *om.* V_1. b) non multum *om. N.* c) fuerint V_1, *P.* d) verbis *Bb'*. e) iudicasse V_1. f) quae V_1, *P.* g) consuetudines V_1. h) nosti *Bb'*. i) te *add. Ven.*, *Greg.* k) *om.* V_1, *P.* l) correctio V_1, *Ven.*, *Greg.* m) *deest Greg.* n) timore *N*, *ex* timore *Ven.* o) solempnitatibus V_1, *P.* p) *deest Greg.* q) *om. G.* r) illo *corr. Ven.* s) *om. G.* t) licitum *Ven.* u) vend. *N*, *ex* vind. *corr.* vend. *Ven.* v) quod *Ven.*, *Greg.*

1 Registr. III 54, t. I, p. 211; Jaffé-W. 1259.

simis significastis epistolis, quibus preceptum [2] beatae memoriae decessoris nostri Johannis papae nobis in subditis transmisistis adnexum continens[w]) omnes consuetudines ex privilegio decessorum nostrorum concessas vobis ecclesiaeque vestrae[x]) debere conservari. Confitemini igitur aliam esse generalis ecclesiae consuetudinem, postquam ea quae vobis[y]) geritis vobis ex privilegio vendicatis. Nulla ergo nobis in hac re, ut arbitramur, poterit remanere dubietas. Aut enim mos omnium metropolitanorum et[z]) a tua est fraternitate setvandus, aut si tuae ecclesiae aliquid specialiter dicis esse concessum preceptumve, a prioribus Romanae urbis pontificibus, quod haec Ravennati ecclesiae sunt concessa[a]), a vobis oportet ostendi[b]). Quod si hoc non ostenditur, restat, postquam talia agere neque consuetudine generali neque privilegio vendicas[c]), usurpasse te[d]) comprobes[e]) quod fecisti. Et quid dicturi sumus futuro iudici, frater dilectissime, si illud quod grave iugum atque vinculum cervicis nostrae, non dico pro ecclesiastica, sed pro quadam saeculari dignitate nobis defendimus gravari[f]) nos iudicantes, si tanto pondere vel parvi temporis spatio[g]) careamus. Decorari pallio volumus[h]) forsan moribus indecori, dum nichil in episopali cervice splendidius quam fulget humilitas. Oportet ergo[i]) fraternitatem tuam, si honores suos[k]) sibi[l]) quibuslibet argumentis[m]) stabili proposuit mente defendere, aut generalitatis usum ex non scripto sequi aut ex scripto privilegiis se[n]) tueri, vel[o]) si postremo nichil horum est, aliis metropolitanis huius te prebere nolumus presumptionis exemplum.

C. 84. Ne absque licentia sedis apostolicae episcopus vel diaconus utatur dalmaticis. Gregorius [1] papa Aregio episcopo Francorum.

Communis filius diaconus Petrus nobis[a]) innotuit, quod fraternitas vestra tempore quo hic fuit proposcerit, ut sibi et archidiacono suo utendi dalmaticis licentiam preberemus. Sed quia hominum suorum infirmitate compulsus festinanter abscessit, ut nec ipse moeror incumbens diu, ut dignum erat et res desiderata poscebat, sineret imminere[b]) et nos in multis implicatos[c]), ut[d]) ecclesiasticae[e]) rationis est[f]) consideratio, novum hoc inconsulte et subito non permitteret indulgere, idcirco postulatae rei

---

w) continentem *Ewald.* x) vetrae *ex corr. Ven.* y) vos *Ewald.* z) *om.* V_1, *P*, etiam *Ewald.* a) signum notae *appen. Ven.* b) *om. G.* c) ut *add. Greg.* d) et *add.* V_1, *P.* e) comprobaes *ex corr. N.* f) gravare *Ewald.* g) spatium *Ewald.* h) forsitam V_1, *P.* i) igitur *Greg.* k) *om. N.* l) *om.* V_1, *P, Bb.* m) augmentis *G.* n) te *G.* o) ut *G, Bb'.*

2 Reg. III 67 (App. ad ind. XI) t. I p. 230.

C. 84. a) vobis *G, N,* V_1, *L,* V_2, *Bb sec. P, Ven.,* V_3, *correxi.* b) in munere *G.* c) implicitos *ex* implicatos *Ven.,* implicitos V_2, V_3, *Greg.* d) vel *N, deest Greg.* e) scolasticae *N.* f) *om. N, Greg.*

1 Registr. IX 219, t. II, p. 211; Jaffé-W. 1748.

prolongatus[g]) effectus est. Nunc vero caritatis tuae bona revocantes ad animum huius auctoritatis nostrae serie[h]) petita concedimus[i]) atque te vel archidiaconem tuum dalmaticarum usu decorandos esse concessimus, easdemque[k]) dalmaticas dilectissimo filio nostro Ciriaco abbati ⟨l. abbate⟩[l]) deferente transmittimus[m]). Preterea in ea synodo quam contra symoniacam heresim per fratrem et coepiscopum nostrum Syagrium decrevimus congregari, sanctitatem[n]) vestram volumus interesse atque eidem fratri ita pallium quod transmisimus tribui, si prius se promiserit illicita quae prohibuimus per definitionem synodi a sancta ecclesia removere. De qua synodo omnem nobis subtiliter ordinem tuam fraternitatem volumus scriptis discurrentibus nuntiare, ut ipse, cuius nobis sanctitas valde experta est, nos reddat[o]) de omnibus certiores.

C. 85. De auctoritate Arelatensis[a]) episcopi. Gregorius[1] Augustino[b]) Angloium[c]) episcopo.

In Galliarum episcopis nullam tibi auctoritatem tribuimus, quia ab antiquis predecessorum nostrorum[d]) temporibus pallium Arelatensis episcopus accepit, quem nos privare auctoritate percepta[e]) minime debemus. Si igitur[f]) contingat. ut[g]) fraternitas tua[h]) ad Galliarum provincias[i]) transeat et[k]) aliquid ex auctoritate agendum fuerit[l]), cum predicto Arelatensi episcopo agatur, ne pretermitti possit hoc quod antiqua patrum institutio invenit. Britannorum[m]) vero omnes episcopos tuae fraternitati committimus, ut indocti doceantur, infirmi persuasione roborentur[n]).

C. 86.[a]) Gregorius[1] Virgilio episcopo Arelatensi[b]).

Pallium tibi[c]) transmisimus, quo fraternitas tua intra ecclesiam ad sola missarum sollemnia utatur.

---

g) prolongatur (prolongatus *L*) effectus *codd. A²*. h) *inde a verbo* serie *usque ad syllabus* deferen *spatium 2 versuum scriptura densiore ulterius in margine continuata expletum est L.* i) concessimus *V₁, P, Bb', quae sequuntur:* atque — concessimus *om. V₁, P, Bb'.* k) easdem *P, Bb.* l) albari *L.* m) transmisimus *V₁, Ven., Greg.* n) fraternitatem tuam *Ven.* o) reddas *Hartm.*

C. 85. a) Aralatensis *G.* b) Augusto *G.* c) Angelorum *5.* d) meorum *Greg.* e) precepta *Coll. min., cf. p. 337, not. a:* per praecepta. f) ergo *13.* g) aut *5.* h) aut *add. Coll. min., at om. 3, 4, 6, 13.* i) provinciam *Coll. min., Greg.* k) *post aliqua.* l) sit *3,* est *Greg.* m) Brittaniorum *3.* n) persuasi auctoritate corrigantur *add. Coll. min., Greg.*

1 Registr. XI 56 c. VII t. II p. 337, Jaffé-W. 1843; Coll. min. c. 235.

C. 86. a) *rubrica deest G, V₁.* Quod pallio (pallium *P*) non utatur nisi in sollempnitate missarum *N, P.* Quod archiepiscopus non utatur pallio nisi in missis *Ven.* Quod Arel. episc. *etc. Bb.* Quod tantum infra missarum sollempnia pallio utendum sit *M, V₂, V₃.* b) Aralat. *G.* c) *om. V₁,* quoque *Greg.*

1 Registr. V 58, t. I, p. 370; Jaffé-W. 1374.

C. 87. Quod sanctus Gregorius electionem episcopi affirmat et pallium dat. Gregorius[1] Johanni episcopo primae Justinianae Illirici.

Quia igitur suscepta fratrum et coepiscoporum nostrorum relatio ad locum vos sacerdotii totius concilii unito[a]) consensu et serenissimi principis voluntate declarat accersiri, gratias Creatori nostro magna[b]) cum exultatione retulimus. Nos[c]) quoque in persona fraternitatis tuae per omnia consentimus atque omnipotentem Dominum[d]) deprecamur, ut caritatem vestram, sicut sua gratia elegit, ita in omnibus sua protectione custodiat. Pallium vero ex more transmisimus et vices vos apostolicae sedis agere iterata innovatione decernimus.

C. 88. De eadem re. Gregorius[1] Theodorico[a]), Demetrio, Philippo, Zenoni et Alcisoni episcopis Epyri.

Scriptorum vestrorum insinuatio, fratres karissimi, patefecit Andream[b]) Nicomeditanae[c]) civitatis episcopum Deo propitio sollenniter ordinatum. Cui[d]) pallium nos direxisse cognoscite atque cuncta privilegia concessisse, quae predecessores nostri eius predecessoribus contulerunt[e]).

C. 89. Quod[a]) pallium non debet cuiquam dari, nisi post consuetam fidei professionem. Johannes[1] episcopus Wiliberto Agrippinensi episcopo inter cetera.

Optatum tibi pallium nunc conferre nequivimus, quia fidei tuae paginam minus quam oporteat continere reperimus, cum videlicet nullam in[b]) ea sanctarum universalium synodorum in quibus fidei nostrae symbolum continetur nec decretalium pontificum Romanorum constitutorum secundum morem feceris mentionem, sed nec illam propria subscriptione munieris nec[c]) quod aliquem[d]) hanc iureiurando firmandam miseris.

C. 90. Quod[a]) mutationes episcoporum communi consilio et utilitate per apostolicam auctoritatem fieri possunt. Anterus[b])[1] papa episcopis omnibus.

Mutationem episcoporum scitote communi utilitate atque necessitate

---

C. 87. a) inito *G*, *Bb'*. b) magis V_1, *P*. c) *paucis omissis*. d) *om.* V_1, *P*.

[1] Registr. V 16, t. I, p. 296; Jaffé-W. 1164.

C. 88. a) Theoderico *N*, V_1, *P*, Theodorito *Ewald*. b) fratrem nostrum *add. Greg.* c) Nicopolitanae *Ewald*. d) *aliquibus praetermissis*. e) contulere *Ewald*.

[1] Registr. VI 7, t. I, p. 385; Jaffé-W. 1387.

C. 89. a) Quod pallium non est dandum cuiquam nisi accepta promissione de observatione universalium synodorum. b) in ea *om. N*. c) nec aliquem ad hanc V_2, V_3, V_4, *sane hoc vel simile legendum est*. d) *om. N*.

[1] Johannes papa VIII, cf. Coll. Brit. ep. 29, Deusd. I 238; Jaffé-W. 2986.

C. 90. a) *rubr. in Ven. sup. rasura scripta est*. b) Anterius *P*, V_2, *6*, Antheros *1*, *inscriptio cum Coll. min. consonans a Ps. Antero discordat*.

[1] Ps. Anterus, c. 2, 4, p. 152, 153; Coll. min. c. 188.

fieri licere, sed non propria[c] cuiusquam voluntate aut dominatione. Petrus sanctus magister noster et princeps apostolorum de Antiochia utilitatis causa translatus est Romam, ut ibidem potius proficere posset. Eusebius quoque de quadam parva civitate apostolica auctoritate mutatus est in Alexandriam. Similiter[d] Felix de civitate in[e] qua ordinatus erat electione civium propter doctrinam et bonam[f] vitam quam habebat[g] auctoritate huius sanctae[h] sedis et communi episcoporum et reliquorum sacerdotum ac populorum consilio translatus est Ephesum. Non enim transit de civitate ad civitatem nec[i] transfertur de[k] minori[l] ad maiorem qui hoc[m] non ambitu nec propria voluntate facit, sed aut vi a[n] propria sede pulsus aut necessitate coactus[o] aut utilitate loci vel[p] populi non superbe sed[q] humiliter ab aliis translatus[r] est. Nam[s] sicut episcopi habent potestatem ordinare regulariter episcopos et reliquos sacerdotes, sic, quotiens utilitas aut necessitas exegerit[t], supradicto modo et mutare et intronizare potestatem habent, non[u] tamen sine sacrosanctae Romanae sedis auctoritate et licentia. Alia[v] etenim causa est utilitatis et necessitatis[w], alia avaritiae et presumptionis atque propriae voluntatis.

C. 91. Quod sacerdotes ad alias ecclesias cupiditatis gratia migrare non debent. D a m a s u s[a] [1] urbis Romae episcopus omnibus episcopis.

Eos sacerdotes qui de ecclesiis ad ecclesias migraverunt tamdiu a communione nostra habuimus[b] alienos, quamdiu ad eas[c] redierunt[d] civitates in quibus primum[e] sunt constituti. Quod si alius alio transmigrante in locum viventis ordinatus est, tamdiu vacet a[f] sacerdotii dignitate qui suam[g] deseruit[h] civitatem, quamdiu successor eius quiescat in Domino.

---

c) libitu cuiusqu. aut *Ps. Ant.* d) et *add. 5.* e) *om. Ps. Ant.* f) famam *add. P.* g) auct. h. s. sed. et *om. Ps. Ant.* h) *om. Bb', 3.* i) *post pauca.* k) a *5.* l) civitate *add. Ps. Ant.* m) *om. Ps. Ant.* n) aut *G, N, om. 4.* o) cogente *1.* p) aut *Ps. Ant.* q) cum *add. Ps. Ant.* r) et inthronizatus *add. Coll. min., Ps. Ant.* s) *post pauca.* t) expoposcerit *Ps. Ant.* u) non tamen — licentia *om. Ps. Ant.* v) *cap. 3 et initio cap. 4. omissis.* w) et *add. Coll. min., Ps. Ant.*

C. 91. a) papa *add. 5, 12 pro* episcopus. b) habemus *Dam.* c) eius V_1, *P.* d) redierint V_1 *et alii, Coll. min. (at* redierunt *12), Dam.* e) primum *add.* V_1, *P, Ven. et alii, Coll. min., Dam.* f) *deest Dam.* g) *om. 6.* h) dignitatem at *add. N.*

1 Damasi I epist. 5, P. Coustant. t. I, col. 513; Jaffé-W. 235; Coll. min. c. 189.

C. 92. Quod si episcopus despecta civitate sua ad maiorem migraverit, careat tam propria quam aliena. Leo [1] episcopus urbis Romae Anastasio Thessalonicensi episcopi.

Si quis episcopus civitatis suae mediocritate despecta administrationem [a)] celebrioris loci ambierit et ad maiorem se plebem quacumque ratione transtulerit, a cathedra quidem pellatur [b)] aliena, sed carebit et propria, ut nec illis presideat quos per avaritiam [c)] concupivit nec illis quos per superbiam sprevit. Suis igitur terminis quisque contentus sit nec supra mensuram iuris sui affectet [d)] augeri.

C. 93. Quod causa necessitatis aut utilitatis mutationes episcoporum fieri possunt. Dilectissimo fratri Benigno archiepiscopo Pelagius [1] episcopus.

Scias, frater dilectissime, aliud esse causam necessitatis et utilitatis et aliud causam presumptionis ac propriae voluntatis. Non ergo mutat sedem [a)] qui non mutat mentem, i. e. qui non causa avaritiae aut dominationis aut propriae voluntatis vel suae electionis migrat de civitate ad [b)] civitatem, sed causa necessitatis et utilitatis mutatur. Nam et [c)] plurimorum utilitas unius utilitati vel [d)] voluutati preferenda est, aliud est [e)] enim mutare et aliud mutari [f)], nam [g)] aliud est sponte transire et aliud est coacte aut necessitate venire. Unde non isti [h)] mutant civitates [i)] sed mutantur, quia non sponte sed coacte hoc agunt [k)], non ergo bene intelligunt ecclesiasticas regulas qui hoc negant causa utilitatis aut necessitatis fieri non [l)] posse, quotiens communis necessitas aut utilitas persuaserit [m)].

C. 94. [a)] Gregorius [1] papa Johanni episcopo Bellitrano [b)] XI. [c)]

Temporis qualitas admonet episcoporum sedes antiquitus certis civitatibus constitutas ad alia quae securiora putamus eiusdem dioceseos loca transponere, quo et habitatores nunc dirigere, et barbarici possit periculum

---

C. 92. a) amministratione *G, N.* b) pelletur *3, Leo.* c) invidiam *1.* d) appetat *6.*

[1] Leo I epist. 14, c. 8, Baller. I col. 689; Jaffé-W. 411; Coll. min. c. 190.

C. 93. a) sedem qui non mut. *om. N.* b) in *V₁, P.* c) *om. Ps. Pel.* d) vel *Ps. Pel.* e) *om. P.* f) et infra *add. Bb'.* g) *aliquibus omissis;* et *add. Ps. Pel.* h) ista *V₁.* i) civitatem *Bb'.* k) *iterum aliquibus neglectis.* l) *om. V₂, V₃.* m) nullum enim — praestent *continuat Bb.*

[1] Ps. Pelagius II, p. 726.

C. 94. a) *rubr. om. G, V₁.* Quod sedes episcoporum barbarica persecutione mutari possunt *N, P.* Quod episcopalis sedes ad alium (eiusdem *add. V₂, post inser. V₃*) diocesis locum necessitatis causa transponatur *M, V₂, V₃.* Quod papa causa tuitionis sedes episcopales mutare possit *Bb.* b) Bellitano *V₁, P.* c) *om. V₂.*

[1] Registr. II 17, t. 1 p. 114, Jaffé-W. 1169.

facilius declinari. Propterea te Johannem fratrem coepiscopumque nostrum[d]) Vellitrensis[e]) civitatis sedemque tuam in loco[f]) quondam[g]) Arenata ad sanctum Andream apostolum precepimus[h]) deinde[i]) transmigrari, quatinus et ab hostilitatis incursu liberior existere valeas et illic consuetudinem[k]) sollennium festive disponas.

C. 95. De expulso episcopo in alia ecclesia incardinato et de vitandis ordinationibus illicitis. Gregorius[1] papa Johanni episcopo Squillacino. Cap.[a]) XXV.

Pastoralis officii cura nos ammonet[b]) destitutis ecclesiis proprios constituere sacerdotes, qui gregem Dominicum pastorali debeant sollicitudine gubernare. Propterea te Johannem ab hostibus captivatae Lissimanae[c]) civitatis episcopum in Squillacina ecclesia cardinalem necesse duximus constituere sacerdotem, ut et susceptam semel animarum curam intuitu futurae retributionis impleas, et licet tua[d]) hoste imminenre depulsus sis, aliam quae[e]) a pastore vacat debeas ecclesiam gubernare, ita tamen, ut si civitatem illam hostibus[f]) liberam effici et Domino protegente ad priorem statum contigerit revocari, in eam in qua et[g]) prius ordinatus es ecclesiam revertaris. Sin antem predicta civitas continua captivitatis calamitate premitur, in hac in qaa[h]) a nobis incardinatus es debeas ecclesia permanere.

C. 96. Quod papa episcopatus duos potest[a]) redigere in unum. Gregorius[1] papa Benenato episcopo. Cap.[b]) XXXI.

Et temporis qualitas et vicinitas nos locorum invitat, ut Cumanam atque Musinatium[c]) unire debeamus ecclesias, quoniam[d]) nec longe a se itineris intervallo seiunctae sunt, nec peccatis facientibus tanta populi multitudo est, ut[e]), sicut olim fuit, vel[f]) duos habere debeant sacerdotes. Quia igitur Cumani castri sacerdos cursum vitae huius explevit, utrasque[g]) nos ecclesias presentis auctoritatis pagina unisse tibique commisisse[h])

---

d) nostr. coep. *G*, et c. n. V_3. e) Vellitensis V_1, *P*. f) locum *Greg.* g) qui appellatur *Greg.* h) *sic G, N,* precipimus *alii codd., Ewald.* i) *sic G, N,* exinde *alii, Greg.* k) consuetudine *Ewald.* l) festium *N*, festine *P*, festa *Ewald.*

C. 95. a) *et num. om.* V_2. b) de *add. N.* c) Lissitanae *Greg.* d) a tua *Ewald.* e) quam V_1 *(ante corr.), P.* f) ab host. *Greg.* g) es p. ord. eccl. *Ewald.* h) et *add. Ewald.*

1 Registr. II 37, t. I p. 132, Jaffé-W. 1191.

C. 96. a) possit *N*, V_1, *P*, *Ven.* b) *et num. om.* V_2, V_3. c) Musinantium V_1, *P*, Misenatium *Greg.* d) vel *add. G, N, forsitan errore pro* hae. e) ut singulos (sic. ol. f.) habere *Greg.* f) *om. P.* g) utramque nos ecclesiam *Ewald.* h) commisse V_1, *ante corr. etiam P.*

1 Registr. II 44, t. I p. 143, Jaffé-W. 1197.

cognosce, propriumque utrarumque[i] ecclesiarum scito te esse pontificem. Et quaeque tibi de earum patrimonio vel clero[k] ordinatione promotioneve iuxta canonum statuta visa fuerint, ordinare atque disponere habebis ut proprius revera sacerdos liberam ex nostrae auctoritatis consensu atque permissione licentiam. Ubi vero commodius[l] ac utilius esse[m] prospexeris[n] habitato, ita sane, ut alteram ecclesiam a qua corporaliter ad presens absens es sollicita providentique cura disponas, quatenus divina illic mysteria sollenniter auxiliante Domino peragantur.

C. 97. Quod episcopus propria voluntate in aliam civitatem mutatus[a] a papa remotus est, et alius ibi ordinatus est. Hilarus[1] papa.

Remoto ab ecclesia Barcinonensi atque ad suam remisso Ireneo episcopo sedatis per sacerdotalem modestiam voluntatibus, quae per ignorantiam ecclesiasticarum legum desiderant quod non licet obtinere, talis protinus de clero proprio Barcinonensibus[c] ordinetur episcopus, qualem te precipue, frater[d] Ascani, oportet[e] eligere et deceat[f] consecrare, ne si aliter[g] forte factum fuerit, non sine obiurgatione maxime[h] tui nominis retundat[i] nostra preceptio, quod in[k] iniuriam[l] Dei, a quo specialiter[m] sacerdotalium est gratia dignitatum, didicerimus admissum.

C. 98. Quod episcopo non licet dimittere ecclesiam suam, sicut nec marito uxorem. Evaristus[a] [1] papa omnibus episeopis.

Sicut vir non debet adulterare uxorem suam, ita nec episcopus ecclesiam suam[b], i. e. ut illam dimittat ad[c] quam sacratus est, absque inevitabili necessitate aut apostolica vel regulari mutatione, et alteri se[d] ambitus causa coniungere[e], et sicut uxori non licet dimittere virum suum, ut alteri se vivente eo matrimonio societ aut eum adulteret, licet fornicatus sit vir eius, sed iuxta Apostolum aut viro suo debet reconciliari I Cor. 7, 11. aut manere innupta, ita ecclesiae[f] non licet dimittere episcopum suum aut[g] se ab eo[h] segregare, ut alterum vivente eo accipiat, sed[i] aut ipsum habeat aut innupta maneat[k], i. e. ne alterum episcopum suo vivente

---

i) civitatum *add.* V_2 *J*, V_3. k) cleri *Ewald.* l) melius *ex corr. Ven.* m) te *P.* n) perspexeris *G.*

C. 97. a) mut. debet removeri et alius ibi ordinari *M*, V_2 *et* V_3 (ordinetur). b) sua *Hil.* c) Barcinonensis *P.* d) super Ascanio *N.* e) oporteat *Thiel.* f) decet V_2. g) similiter *Thiel.* h) *om.* V_1. i) redundat *Ven.* k) *ex* V_1, *P, Bb inserui.* l) iniuria *G, N.* m) spiritualiter *G.*

1 Epist. 16 c. 3, A. Thiel I p. 167, Jaffé-W. 560.

C. 98. a) *inscriptio haec eadem, quae Coll. minoris, non est ex Ps. Isidori.* b) *om. G*, V_2. c) *pro:* ad quam *exhibet* atque *5*; *signum notae appon. Ven.* d) *om. Hinsch.* e) coniungat *Ven. corr., Ps. Evar.* f) ecclesia *Hinsch.* g) et *Coll. min. at* aut *6.* h) ea *Hinsch.* i) sed — accipiat *om. 6.* k) permaneat V_2, V_3.

1 Ps. Evaristus c. 4, 5, textus decurtatus, sicut in Coll. min. c. 186.

accipiat, ut[l]) fornicationis aut adulterii crimen incurrrat. Nam si adulterata[m]) fuerit, i. e. si se alteri[n]) iunxerit aut[o]) super se alterum[p]) episcopum adduxerit aut esse fecerit vel desideraverit, per acerrimam penitentiam aut[q]) suo reconcilietur episcopo aut innupta permaneat. Episcopum vero oportet oportune et[r]) inportune atque sine intermissione ecclesiam suam docere eamque prudenter regere et amare, ut a vitiis se abstineat et salutem consequi possit aeternam; et illa cum tanta reverentia eius doctrinam debet suscipere eumque amare et diligere ut legatum Dei et preconem veritatis.

C. 99. Ut ecclesia non iudicetur nisi a suo episcopo, qui si persecutus fuerit in sua, fugiat ad aliam, aut si utilitatis causa fuerit mutandus[a]), non per se hoc agat. Calixtus[b]) [1] papa omnibus episcopis.

Sicut alterius uxor nec[c]) adulterari ab aliquo vel[d]) iudicari aut disponi nisi a proprio viro eo vivente permittitur, sic nec uxor episcopi quae eius ecclesia vel parocchia[e]) indubitanter[f]) intelligitur eo vivente absque eius consilio[g]) et voluntate alteri iudicare vel disponere aut eius
I Cor. concubitu frui i. e. eius[h]) ordinatione conceditur. Unde ait Apostolus:
7, 39. Rom. 'Alligata est uxor legi, quamdiu vir eius vivit, eo vero defuncto soluta
7, 2. est a lege viri.' Similiter et sponsa episcopi, quia[i]) sponsa uxorque[k])
eius dicitur ecclesia, illo vivente ei[l]) alligata; eo vero defuncto soluta
I Cor. est, cui voluerit nubat tantum in Domino i. e. regulariter. Si enim eo
7, 39. vivente alteri nupserit, adultera[m]) iudicabitur; similiter et ille si aliam[n])
sponte duxerit, adulter aestimabitur et communione privabitur. Si [2] autem
persecutus in sua fuerit ecclesia, fugiendum est illi[o]) ad alteram eique
Matth. sociandum dicente Domino: 'Si persecuti vos fuerint in unam[p]) civitatem,
10, 23. fugite in aliam; si autem utilitatis causa fuerit mutandus, non per[q]) se
hoc agat, sed fratribus invitantibus cum[r]) auctoritate huius sanctae sedis faciat, non tamen ambitus causa sed[s]) aut necessitate[t]), ut dictum est, aut utilitate.

---

l) vel *Ps. Evar.* m) ádultera *G.* n) episcopo *add. Coll. min. Ps. Evar.* o) vel *3.* p) altero episcopo *Hinsch.* q) vel *3, 4, 5.* r) *om. 5.*

C. 99. a) imitandus *N, P.* b) *de inscriptione v. c. 98 not. a.* c) *om.* V_2 *J.* d) aut *Coll. min., at* vel. *3.* e) quae *add. P.* f) *om. 5.* g) iudicio *Ps. Cal.* h) *om.* V_1, *Coll. min., Ps. Cal.* i) et *add. Ps. Cal.* k) uxor *Ps. Cal.* l) est *inser. Ven., add. Coll. min., Ps. Cal.* m) adulterata *3, 4.* n) alteram *Ps. Cal.* o) illi est *N, P, Ven., 10, 12.* p) una . . . civitate V_1, *P, Bb', 5, 12.* q) pro *Ps. Cal.* r) et *Ps. Cal.* s) sed utilitatis *Ps. Cal., cetera desunt.* t) necessitatis . . . utilitatis *corr. Bb.*

1 Ps. Calixtus c. 14, 15, p. 139; Coll. min. c. 187. 2 c. XV.

C. 100.[a]) Ex concilii[b]) Niceni[1] cap. XV.

Quod non oportet episcopum vel reliquos ordines demigrare. Ut de civitate ad civitatem non episcopus non presbyter non diaconus transeat[c]). Si quis autem post diffinitionem sancti et magni concilii tale quid agere temptaverit, et[d]) se huiusmodi negotio manciparit, hoc factum prorsus in irritum ducatur, et restituatur ecclesiae cuius[e]) fuit episcopus aut presbyter aut diaconus ordinatus[f]).

C. 101. Quod in civitatibus, quibus olim primi flamines erant, primates et patriarchas esse sanctus Petrus precepit, in quibus archiflamines archiepiscopi essent. Ex[a]) epistola Clementis[1] papae.

Episcopos per singulas civitates, quibus beatus Petrus non misit[b]), iuxta[c]) Domini preceptionem nobis mittere precepit. Quod etiam facere inchoavimus et Domino opem ferente facturi sumus. Vos autem per vestras dioceses episcopos sacrate et mittite, quia nos ad alias partes quod idem iussit agere curabimus. Aliquos vero ad Gallias Hispaniasque mittimus et quosdam ad Germaniam et Italiam atque ad reliquas gentes dirigere cupimus. *Et infra.* In illis vero civitatibus in quibus olim apud ethnicos primi flamines eorum atque primi legis doctores erant, episcoporum primates poni vel patriarchas precepit[d]), qui reliquorum episcoporum iudicia et maiora[e]) negocia in fide agitarent. In illis autem[f]) in quibus dudum apud predictos ethnicos erant eorum archiflamines, quos tamen minores tenebant quam memoratos primates, archiepiscopos institui precepit, qui non[g]) primatum sed archiepiscorum fruerentur nomine. *Et paulo post.* In singulis vero reliquis civitatibus singulos et non binos vel ternos aut plures episcopos constitui precepit qui episcoporum[h]) tantum vocabulo potirentur, quoniam nec inter ipsos apostolos par institutio fuit, sed unus omnibus prefuit.

C. 102. De[a]) eadem re. Ex epistola III[b]) Anacleti[1] papae.

Illi autem qui in metropoli a beato Petro ordinante Domino et a predecessore nostro sancto[c]) Clemente seu[d]) a nobis eonstituti sunt, non

---

C. 100. a) *rubric. om. G, V_1.* De episcopis et clericis temere ab ecclesia recedentibus *P,* Examen Niceni *Ven. Initium capituli:* Quod — demigrare *V_2, V_3, V_4 (in tab. rubr. etiam Ven.) tamquam rubricam praefigunt, cum non verba sed sententiam concilii reddat. Cf. not. Corr. Rom. ad Decr. Grat. C. 7. q. 1 c. 19.* b) concilio *G, V_1, inscript. om. V_2, in marg. post adfert V_3, rubricae postpon. V_4.* c) transferatur *Dion.* d) ut *V_1, P.* e) cui *Dion.* f) ordinatur *V_1,* ordinatus *corr. P.*

1 Vers. Dionys., Voell. et Iust. Bibl. t. I p. 118.

C. 101. a) *inscript. om. V_2; V_3 in marg., V_4 post rubr. habet.* b) miserat *Ps. Clem.* c) *paucis omiss.* d) *deest Hinsch.* e) quotiens necesse foret *add. Ps. Clem.* f) civitatibus *add. Ps. Clem.* g) tamen *add. Ps. Clem.* h) *paucis omissis.*

1 Ps. Clemens, cap. 27—29, p. 39.

C. 102. a) In quibus archiflamines archiepiscopi essent. *Bb.* b) tercia *N, inscriptio deest V_2, habent ut supra V_3, V_4.* c) predicto *Hinsch.* d) servante *Hinsch.*

1 Ps. Anacletus c. 29, p. 82.

omnes primates vel patriarchae esse possunt, sed illae urbes quae priscis[e] temporibus primatum tenuere, episcopi[f] earum patriarcharum aut primatum nomine fruantur[g]; reliquae vero metropoles archiepiscoporum aut metropolitanorum et non patriarcharum aut primatum utantur nominibus, quia haec eadem et[h] leges saeculi in suis continuerunt[i] principibus, aliae autem primae civitates quas vobis conscriptas in quodam thomo[k] mittimus a sanctis apostolis et a beato Clemente sive a nobis primates predicatores acceperunt.

C. 103. Quod provincia est quae habet X. vel XI.[a] civitates cum episcopis et unum regem. Pelagius[b] [1] papa Romanus episcopis omnibus.

Scitote certam provinciam esse quae habet X. vel XI.[c] civitates et unum regem et totidem minores potestates sub se et unum metropolitanum[d] aliosque suffraganeos[e] X[f] vel XI episcopos iudices ad quorum iudicium omnes causae episcoporum[g] et reliquorum sacerdotum ac civitatum causae referantur, ut ab his omnibus iuste consona voce discernatur[h], nisi ad maiorem auctoritatem fuerit ab his qui iudicandi sunt appellatum, unde non oportet ut[i] degradetur vel[k] dehonoretur unaquaeque provincia sed apud semetipsam habeat iudices sacerdotes et episcopos singulos videlicet iuxta ordines suos. Et quicumque causam habuerit a suis iudicibus iudicetur[l] et non ab alienis, id est a suae iustis iudicibus provinciae et non ab externis, nisi, ut iam prelibatum est, a iudicandis[m] fuerit appellatum.

C.[a] **104.** Eiusdem[b] [1] decretum. Ut metropolitani suas provincias gubernent, salva tamen apostolica auctoritate.

Licet singulae metropoles[c] civitates suas provincias habeant et suos metropolitanos habere debeant episcopos, sicut prius[d] metropolitanos iudices habebant[e] saeculares, primates tamen, ut prefixum est, et tunc et nunc habere iussae[f] sunt, ad quos post sedem apostolicam summa negotia

---

e) prisis *L.* f) *pro:* ep. ear. *habet* episcoporum *Hinsch.* g) fruentur V_2. h) e legibus *Hinsch.* i) continent *Ps. Clem.* k) throno *G.*

C. 103. a) XII V_1, *P ante corr.* b) *inscriptio ex Coll. min. desumta a Ps. Isid. multum differt;* in decretis Pelagii capitulo I *cod. 12 in marg.*, Gelasius *N*, Pellag. V_2. c) XII *Coll. min., at* XI *aliquii codd.* IX *2.* d) episcopum *Ps. Pel.* e) suffragatores *Ps. Pel.* f) XL. XI *N.* g) episc. — causae *om. P.* h) discernantur *Ps. Pel.* i) quod V_1. k) aut *N.* l) iudicetur — iudicibus *om. Coll. min., econtra* id est a suae — externis *om. 3, 4, 11, 12.* m) adiudicandis *10.*

1 Ps. Pelagius II, p. 724; Coll. min. c. 65.

C. 104. a) *Bb cap. (113) praemittit.* b) *inscriptionem (*eiusdem*) post rubr. ponunt* V_1, *P, om.* V_2*; postea* (ex decretis eiusdem) *adscrib. in marg.* V_3, Anacletus episcopus universis episcopis in Italia constitutis *recte inserit Bb.* c) metropolites *Hinsch.* d) *om. N.* e) habeant V_1. f) iussa *Hinsch.*

1 Immo Ps. Anacl. c. 26 p. 79, 80.

convenient[g]), ut ibidem quibus necesse fuerit releventur[h]) et iuste restituantur et hi qui iniuste opprimuntur iuste reformentur atque fulciantur episcoporumque[i]) causae et summorum negotiorum iudicia salva apostolicae sedis auctoritate iustissime terminentur. Haec ab antiquis haec ab apostolis haec a sanctis patribus accepimus vobisque, ut postulastis, rimanda et futuris tenenda temporibus mittimus et reliquis fratribus predicanda ac[k]) cunctis fidelibus tradenda mandamus, ne pastorum imperitia qui secuntur deteriores fiant dicente Domino per Prophetam: 'Ipsi pastores Isai.
ignoraverunt intelligentiam'. 56, 11.

C. 105. Quod primates in maioribus urbibus debent esse, ubi et gentiles olim suos propter maiora negotia primates appellabant. L u c i i[a]) papae.

Urbes et loca quibus primates presidere debent non modernis sed etiam multis ante adventum Christi sunt statutae temporibus, quarum primates etiam gentiles pro maioribus negotiis appellabant. In ipsis vero urbibus post Christi adventum apostoli et successores eorum patriarchas vel primates posuerunt. Ad quos episcoporum negotia, salva in omnibus apostolica auctoritate, et maiores causae post apostolicam sedem sunt referendae.

C. 106. Ut episcopi ad[a]) comitatum non vadant, nisi formatam a Romana ecclesia accipiant. Ex concilio M e l i b i t a n o[b])[1] Cap. LXXIII.

Placuit, ut quicunque ad comitatum ire voluerit in formata, quae ad urbis Romae ecclesiam mittitur, intimetur, ut inde etiam ad comitatum formatam accipiat. Quodsi accipiens ad Romanam tantummodo formatam et tacens necessitatem querit[c]) ad comitatum pergere, a communione removeatur. Quod si ibi Romae repentina ei necessitas orta fuerit ad comitatum pergendi, alleget apud episcopum urbis Romae ipsam necessitatem et de hoc scripta eiusdem Romani episcopi perferat. Formatae autem quae a primatibus vel a quibuscumque episcopis clericis propriis dantur, habeant diem paschae. Quod si adhuc eiusdem anni paschae dies incertus est, ille precedens adiungatur, quo modo solet post consulatum in publicis gestis scribi[d]).

---

g) veniant V_1, *P.* h) revelentur *P.* i) episcoporum *Ps. Anacl.* k) a cunctis *N*, V_2.

C. 105. a) Lucius papa V_2, V_3.

1 Immo Ps. Stephani ep. II c. 9, p. 185.

C. 106. a) *pro:* ad comitatum *habet* comitandum *N.* b) Medibitano V_2, Milevitano *Bb'*, ex Cartaginensi conc. c. XXIII *inscrib. Ven.* c) LXXXIII V_1, *P*, *num. LXXIII pertinet ad collect. Dion. Hadrianam, Cod. can. ed. F. Pithoeus p. 162, ex qua et textus cap. descriptus est.* d) quae *Pith.* e) adscribi *Conc.*

1 Immo ex concil. Carthagin. a. 407, Maassen Gesch. § 147.

C. 107. Ut nullus episcopus ad comitatum pergat nisi vocatus a religiosis imperatoribus. Ex concilio Sardicensi[1], cap. VIII.[a])

Osius episcopus dixit[b]): Si vobis, fratres karissimi, placet, decernite, ne episcopi ad comitatum accedant, nisi forte hi qui[c]) a religiosis imperatoribus vel invitati vel evocati[d]) fuerint.

C. 108.[a]) Ex concilio Sardicensi[1] cap. XI.[b])

Gaudentius[c]) episcopus dixit: Unusquisque nostrum qui in canali[d]) constitutus est, cum progredientem episcopum[e]) viderit, inquirat transitum eius, causas videat, quo tendat agnoscat.

C. 109.[a]) Gelasius[1] papa Gerontio et Johanni episcopis.

Frater et coepiscopus noster Serenus tantis est contumeliis appetitus, ut non sine nostra fuerit lacessitus iniuria, quia ad comitatum domini filii nostri regis pro immanitate facti venire compulsus est[b]). Hunc ergo[c]) omnibus decet a nobis solatiis adiuvari, quia cunctis crescit quicquid in tali causa probatur inpensum.

C. 110. Item[a]) ut episcopi ad comitatum[b]) non proficiscantur nisi consulto ante Apostolico. Gelasius[1] papa Helpidio episcopo.

Quo ausu qua temeritate rescribis ad[c]) Ravennam te parare proficisci, cum canones precipiant evidenter nullum omnino pontificum, nisi nobis ante visis[d]) atque consultis, ad comitatum se[e]) debere contendere? Quemadmodum[f]) tibi putas licere quod non licet, nisi quod hoc officio carere festinas, quo te his excessibus ostendis indignum?

C. 107. a) VII *codd. A*². b) dicit *G, N.* Ut autem pauperibus aut viduis aut pupillis subveniatur, honestum est, ut episcopus intercessionem his prestet, qui in aliqua iniqua vi opprimuntur, aut si vidua expoliatur, affligatur, aut pupillus expolietur, si tamen ista nomina iustam habeant causam aut petitionem. Si vobis etc. *Ven.* c) qui religiosi imperatoris litteris *Conc.* d) vocati *Conc.*

¹ Recens. Dion., Voell. et Iust. Bibl. t. I p. 139.

C. 108. a) *rubricam om. G, V_1.* Ut episcopi passim *(om. Ven.)* ad comitandum non pergant (perergant *P*) *N, P, Ven.* Ut qui in canali sunt episcopi euntes ad comitatum sollicite discutiant *M, V_2, V_3.* De eadem re *Bb.* b) VIII *N.* Ex eod. cap. XI *V_2, V_3, V_4 in marg.* c) Gaudentius ep. dix. *om. N,* dixit *solum om. Bb.* Qui vero (c. 10) episcopi Romam venerunt — non necesee est ire ad comitatum. *Et infra* (c. 11). Si igitur aliquis contra omnium sententiam — poterit. Si unusquisque nostrum — agnoscat. Et si quidem invenerit — rceipiatur. *Ven.* d) 'di' *superscr. P.* e) *om. V_1, inser. P.*

¹ Recens. Dion. l. c.

C. 109. a) *rubr. om. G, V_1, V_2.* Ut nullus episcoporum compellatur ire ad regem. *N, P.* Item ut episcopi a l comitatum non prpficiscantur nisi consulto ante Apostolico. *Ven.* De eadem re *Bb.* b) es *G.* c) *om. Ven.*

¹ Gelasius I. Fragmentum 11, A. Thiel I p. 489, Jaffé-W. 723.

C. 110. a) Item ut supra *Ven.* b) comitandum *N.* c) *deest Gel.* d) *in* iussis *corr. G.* e) *om. Gel.* f) *post pauca.*

¹ Fragmentum 7, A. Thiel I p. 486, Jaffé-W. 735.

C. 111. Ut nemo subiectus regulae ecclesiasticae adeat imperatorem, nisi cum consilio metropolitani vel reliquorum episcoporum. Ex concilio Antiocheno[1] cap. XI.

Si quis episcopus aut presbyter aut quilibet regulae subiectus ecclesiae preter consilium et litteras episcoporum provinciae et precipue metropolitani adierit imperatorem, hunc reprobari et abici oportere[a]) non solum a communione verum et ab honore, cuius particeps videtur existere, quia venerandi principis auribus molestiam temptavit inferre contra leges ecclesiae. Si igitur necessaria[b]) causa adire principem deposcit, hoc ⟨agatur⟩ cum tractatu et consilio metropolitani et[c]) ceterorum episcoporum, qui in eadem provincia commorantur, qui etiam proficiscentem suis prosequantur epistolis.

C. 112.[a])

Graeca[1] elementa litterarum numeros etiam exprimere nullus qui vel tenuiter[b]) Graeci sermonis notitiam habet ignorat. Ne igitur in faciendis epistolis canonicis quas mos Latinus formatas vocat[c]) aliqua fraus falsitatis temere presumeretur, hoc a patribus CCC.X. et octo Niceam congregatis saluberrime inventum est et constitutum, ut formatae epistolae hanc calculationis seu supputationis habeant rationem, i. e. ut assumantur in supputationem prima Graeca elementa Patris et Filii et Spiritus sancti[d]) ΠΥΑ[e]), quae elementa octogenarium quadrigentesimum et primum significant numeros. Petri quoque apostoli prima littera i. e. Π[f]) qui numerus octoginta significat, eius qui scribit episcopi prima littera, cui scribitur secunda littera[g]), accipientis tercia littera, civitatis quoque de qua scribitur quarta . et indictionis quaecumque[h]) est id temporis, i. e. qui fuerit numerus assumatur. Atque[i]) his omnibus litteris Graecis, quae, ut diximus, numeros exprimunt, in unum ductis unam quaecumque collecta[k]) fuerit summam[l]) epistolam ⟨l. epistola⟩ teneat. Hanc[m]) qui suscipit omni cum cautela requirat expressam[n]), addat preterea separatim in epistola etiam

---

C. 111. a) oportet *Ven.* b) est *add. Ven.* c) *om. G.*

1 Vers. Dionys., Voell. et Iust. Bibl. t. I p. 126.

C. 112. a) *rubricam om. G, V_1.* Quod epistolae formatae ita debeant fieri *N, P.* Incipit epistola formata facta X ⟨l. a⟩ CCCXVIII episcopis *Ven.* De litteris formatarum. Incip. ep. form. a CCCXVIII ep. et ab Attico Constantinopolitano urbis episcopo edita *M, V_2.* Exemplar formatae concilii Calcedon. *Bb.* b) tenniter *G, N, Ven.* c) appellat *Quesn.* d) hoc est *add. N, V_1, P, et alii.* e) *pro tribus litteris graecis scribit* nomina *N.* f) r. *N.* g) *om. N.* h) quicumque *V_1, P;* quaec. id t. fuerit *Quesn.* i) ita *inser. Ven., add. V_3.* k) collectam *V_1, P, om. Quesn.* l) summa epistola *V_2 J.* m) *ita V_2, V_3, V_4 ex* hoc *corr. Ven.,* hoc *ceteri codd.* n) *ita V_2, V_3, V_4, ex corr. Ven.,* expressum *ceteri codd.*

1 Regula formatarum; textus idem fere ac Coll. Quesnell., Baller. t. III p. 452; Maassen, Gesch. § 523, 524.

nonagenarium et nonum numerum, qui secundum Graeca elementa significat AMHN [o]).

C. 113. [a]) Ne quis episcopus ordinet aut retineat vel iudicet clericum alterius absque eius voluntate. Sixtus [1] almae Romanae ecclesiae episcopus omnibus episcopis.

Nullus episcopus alterius parrochianum presumat retinere aut ordinare vel etiam [b]) iudicare absque eius voluntate [c]), quia sicut irrita erit eius ordinatio, ita et iudicatio [d]), quoniam censemus [e]) nullum alterius iudicis nisi sua [f]) sententia teneri; nam qui eum ordinare non poterit [g]) nec iudicare ullatenus poterit [h]).

C. 114. Ut nullus episcopus de alterius parrochia se quicquam intromittat nisi rogatus. Caelestini [1] papae.

Nullus primas nullus metropolitanus nullusque [a]) reliquorum episcoporum alterius adeat [b]) civitatem aut ad possessionem accedat quae ad eum non pertinet, et alterius episcopi est parrochia [c]) super cuiusquam [d]) dispositione [e]) nisi vocatus ab eo cuius iuris esse dinoscitur, ut quiddam [f]) ibi disponat vel ordinet aut iudicet, si sui gradus honore potiri voluerit. Sin aliter presumpserit, damnabitur, et [g]) non solum ille sed cooperatores [h]) eique consentientes, quia sicut ordinatio ita eius [i]) et iudicatio; et alia [k]) rerum dispositio prohibetur. Nam qui ordinare non poterit, qualiter [l]) iudicabit [m])?

C. 115. De eadem re. Caelestini [a]) [1] papae.

Nemo alterius terminos usurpet nec alterius parrochianum iudicare aut [b]) excommunicare presumat, quia talis diiudicatio [c]) aut [d]) excommuni-

---

o) amen *N.*

C. 113. a) *ex conc. Chalced. praemittit capit. 123 Bb.* b) *deest Ps. Sixt.* c) salva tamen in omnibus apostolica auctoritate *add. Bb.* d) diiudicatio *Coll. min.* (*at* iudicatio *12*), *Hinsch.* e) scensuimus *5.* f) sui *5, 10, Hinsch.* g) poterit *G.* h) potuit *Ven.*

1 Ps. Sixtus II c. 6 p. 192; Coll. min. c. 195, cuius inscriptio et Anselmi communis a Ps. Isid. differt.

C. 114. a) nullus *P.* b) eat *10.* c) parrochiae *Ps. Cal.* d) cuiusque V_1, *P.* e dispositionem *N.* f) *ex* quidam *corr.* quedam *1,* quidam *10,* quicquid *3, 4,* quidquam *5.* g) et — consentientes *om. 3, 4, 5.* h) cooperantes *Ven., 10.* i) eis *1, om. 3, 5.* k) aliarum *Coll. min., Ps. Cal.* l) quomodo *3, 5.* m) iudicabitur *G, 3, 4, 5.* Nullatenus procul dubio iudicabit aut iudicare poterit *add. Bb', Coll. min.*

1 Immo Ps. Calixtus c. 13, pars ultima, p. 139; Coll. min. c. 194.

C. 115. a) Calixtus episcopis Galliae *Bb', V'₄.* b) vel *3, 4.* c) iudicatio *4, Hinsch.* d) vel *3, 4.*

1 Immo Ps. Calixtus c. 12 p. 138; Coll min. c. 193, quo etiam Calixto ascribitur.

cutio vel damnatio nec rata erit nec vires habebit ullas, quoniam nullus alterius iudicis nisi[e] sui sententia tenebitur aut damnabitur. Unde et[f] Dominus loquitur dicens: Nec transgrediaris[h] terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Prov. 22, 28.

C. 116. De eadem re. Leo[1] episcopus Anatholio[a] episcopo.

Quae ad perpetuam utilitatem generaliter instituta[b] sunt nulla commutatione varientur, nec ad privatum trahantur commodum quae ad bonum sunt commune prefixa; sed[c] et[d] manentibus terminis, quos constituerunt patres, nemo iniuste[e] dampnet alienum, sed intra fines proprios atque legitimos, prout quisque[f] voluerit, in[g] latitudine caritatis se exerceat.

C. 117. Ne universalis quisquam vocetur. Pelagius[a][1] papa Romanus episcopis omnibus.

Nullus patriarcharum universalitatis[b] vocabulo unquam utatur, quia si unus patriarcha universalis dicitur, patriarcharum nomen ceteris derogatur; sed absit hoc, absit a fidelibus hoc sibi velle quempiam arripere, unde honorem fratrum suorum imminuere ex quantulacumque parte videatur. Quapropter caritas vestra neminem umquam suis in epistolis universalem nominet, ne sibi debitum subtrahat, cum alteri honorem offert indebitum[c].

C. 118. De eadem re. Gregorius[1] Eulogio patriarchae Alexandrino.

Ecce in prefatione epistolae[a], quam ad me ipsum qui prohibui direxistis, superbae appellationis verbo[b] universalem me papam dicens[c] imprimere curastis. Quod, peto[d], mihi dulcissima sanctitas vestra ultra non faciat, quia vobis subtrahitur quod alteri plus quam ratio exigit prebetur. Ego[e] non verbis[f] quaero prosperari sed moribus, nec honorem esse[g] deputo in quo fratres meos honorem suum[h] perdere cognosco. Meus namque est[i] honor universalis ecclesiae, meus honor est fratrum meorum solidus vigor. Tunc ergo[k] honoratus sum, cum singulis qui-

---

e) non *3*. f) et *om. V₁, P.* g) nec *G.* h) transgredieris *10.*

C. 116. a) An. ep. *om. 6.* b) instructa *V₁, P,* statuta *5, 12.* c) *deest Leoni.* d) *om. Coll. min.* e) in ius tendat *Baller.* f) quis valuerit *Leo.* g) *om. N.*

1 Epist. 106 c. 4, Baller. t. I col. 1165, Jaffé-W. 483; Coll. min. c. 196.

C. 117. a) *inscriptio eadem est in Coll. min., sed discrepat a Ps. Isid.* b) universitatis *5.* c) Et post pauca. Si enim hoc dici licenter — presumatis *add. Bb.*

1 Ps. Pelagius II p. 721; Coll. min. c. 184.

C. 118. a) aepistolae *G.* b) verbum *Greg.* c) dicentes *Greg.* d) petro *5.* e) ergo *3, 4,* enim *add. Greg.* f) vobis *G, N.* g) esse — honorem *om. V'₄.* h) *om. 5, 12.* i) honor est honor *(superscript.)* univ. *Ven., Coll. min., Greg.* k) ego *Coll. min., Hartm.,* vere *add. Greg.*

1 Registr. VIII 29 t. II p. 31, Jaffé-W. 1518; Coll. min. c. 185.

buscumque[l]) honor debitus non negatur. Si enim universalem me papam vestra sanctitas dicit, negat se hoc esse quod me fatetur[m]) universum. Sed absit hoc, recedant verba quae unitatem[n]) inflant, caritatem vulnerant.

C. 119. Quod papa episcopum dampnatum possit restituere. Gregorius[1] papa Johanni episcopo Larisseo.

Frater noster Adrianus Thebanae civitatis episcopus ad Romanam urbem veniens lacrimabiliter est conquestus de quibusdam se capitulis a fraternitate tua nec non Johanne, primae Justinianae episcopo[a]) non legitime neque canonice condempnatum. Sed[b]) de Johanne primae Justinianae urbis antistite ac de nequissimo eius damnandoque iudicio alias sumus iuvante Domino tractaturi. Adrianum vero episcopum reperimus et tuo contra sacerdotales mores odio laborasse et nullo iure pecuniariis in causis eum fraternitatis tuae condempnatum fuisse sententia. Quia igitur et ab antefato Johanne primae Justinianae episcopo contra ius canonesque depositus honoris sui gradu carere non potuit, in sua eum reformari ecclesia atque in propriae dignitatis ordine decrevimus revocari. Et cum oportuisset te ex eo Dominici corporis communione privari, quod post[c]) ammonitionem sanctae memoriae decessoris mei, per quam eum ecclesiamque eius de tuae iurisdictione potestatis exemit, rursus in eis aliquid tibi iurisdictionis servare presumpseris[d]), tamen nos humanius decernentes communionisque tibi sacramentum interim conservantes[e]) decernimus, ut fraternitas tua ab eo ecclesiaque eius omnem ante habitae suae potestatem iurisdictionis abstineat, sed secundum scripta decessoris nostri, si qua causa vel fidei vel criminis vel pecuniaria adversus prefatum Adrianum consacerdotem nostrum potuerit evenire, vel per eos qui nostri sunt vel fuerint in urbe regia responsales[f]), si mediocris est quaestio, cognoscatur; vel huc ad apostolicam sedem, si est ardua, deducatur, quatenus nostrae audientiae sententia decidatur. Quod si contra haec quae statuimus quolibet tempore qualibet occasione vel surreptione venire temptaveris, sacra te communione privatum nec eam te excepto ultimo vitae tuae tempore nisi cum concessa Romani pontificis decernimus iussione percipere[g]). Haec enim consona sanctis patribus diffinitione sancimus[h]), ut qui sacris nescit obedire canonibus nec sacris amministrare vel communionem capere sit dignus altaribus. Res autem sive sacras sive alias mobiles immobilesque eius ecclesiae quas hactenus dicitur retinere, quarum notitiam nobis

---

l) *sic G, N,* quibusque *V_1, P, Ven. et alii,* C o l l. m i n., *Greg.* m) dicit *5, 12.* n) unitatem et car. vuln. *N,* vanitatem *(ex corr.) Ven.,* C o l l. m i n., *Greg.*

C. 119. a) episcopo — Justinianae *om. G, N.* b) *post multa p. 167.* c) admonitione — contempta *Ewald.* d) presumpserit *N, Bb.* e) reservantes *V_2, V_3, V_4.* f) desponsales *V_2.* g) recipere *Ewald.* h) sanctissimus *V_2 J.*

1 Registr. III 7 t. I p. 166, Jaffé-W. 1211.

oblatam presentibus annectimus litteris, sine aliqua ei fraternitas tua dilatione restituat. De quibus si qua inter vos quaestio vertitur, volumus ut ad responsalem nostrum in urbe regia ventiletur.

C. 120. Ut episcopi secundum ordinationis suae tempus sedeant in concilio et subscribant. Gregorius[1] papa Syagrio episcopo Augustudunensi.

Episcopos secundum ordinationis suae tempus sive ad consedendum[a]) in concilio seu ad subscribendum vel in qualibet alia re sua attendere loca decernimus et suorum sibi prerogativam ordinum vendicare.

C. 121.[a]) Ut nullus presumat ea quae sibi non sunt concessa. Julius papa.

Amputato totius usurpationis excessu nullus debet presumere quae sibi non videntur esse concessa. Ea quae sunt ab apostolis eorumque successoribus instituta nulla desidia neglegantur, nulla dissensione violentur, nulla concertatione turbentur.

C. 122. Quod doctor vel pastor, si a fide exorbitaverit, a fidelibus corrigendus erit[a]). Anacletus[1] papa[b]).

Doctor vel pastor ecclesiae, si a fide exorbitaverit, erit a fidelibus corrigendus, sed pro reprobis moribus[c]) magis est tolerandus quam distringendus, quia rectores ecclesiae a Deo sunt iudicandi, sicut ait Propheta: 'Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos[d]) discernit'. Psalm. 81, 1.

C. 123. Quod saepe pastores ecclesiae depravantur, ut magis corruant qui secuntur. Anacletus[1] papa.

Pro meritis plebis saepe pastores depravantur[a]) ecclesiae, ut proclivius corruant qui secuntur. Capite videlicet languescente facilius reliqua corporis membra inficiuntur, sicut scriptum est: 'Omne caput languidum et omne cor moerens, a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas'. Isai. 1, 5. 6.

C. 120. a) considendum V_1, *P.*
1 Registr. IX 222 t. II p. 214, Jaffé-W. 1751.

C. 121. a) *V. supra II 61; cap. deest* V_4.

C. 122. a) est *N, ex* erit *corr. P.* b) *om. Ven.,* V_2, V_4. c) *deest Hinsch.* d) *ex corr. Ven.,* deus diiudicat *Hinsch.*
1 Ps. Anaclet. c. 39, p. 85; cf. ad III 37, Coll. min. c. 74, quod post cap. 38 Ps. Anacleti primam partem cap. 39 profert, cuius initium hoc cap. adest.

C. 123. a) deviantur *Hinsch.*
1 Ps. Anaclet. c. 37, p. 85; Coll. min. c. 75.

C. 124. Quod magis proficimus communibus et alternis[a]) orationibus quam privatis et singularibus. Innocentius[1] Aurelio et Augustino episcopis.

Gaudere in Domino vestram germanitatem, amantissimi, cupimus et pro nobis paria vota ad Deum rependere precamur, quia, ut bene nostis, communibus[b]) alternis plus agimus orationibus quam singularibus aut privatis.

C. 125. Ut imperitis et rudibus ecclesia non committatur regenda. Leonis[1] papae.

Statuimus ne in aliquo apostolica et canonica decreta violentur, et his regenda[a]) ecclesia Domini[b]) credatur, qui legitimarum institutionum nescii[c]) et totius humilitatis ignari non ab infimis sumere incrementum sed a summis volunt habere principium, cum valde[d]) iniquum sit et absurdum, ut imperiti magistris, novi antiquis[e]), rudes preferantur[f]) emeritis.

C. 126.[a]) Ut episcopi sacrificantes secum habeant testes in sollempnibus[b]) diebus VII vel V vel III diaconos. Anacletus[c])[1] servus Jesu[d]) Christi omnibus episcopis.

Episcopus Deo sacrificans testes secum habeat, et[e]) plures quam alius sacerdos. Sicut enim maioris honoris gradu fruitur, sic maioris testimonii incrementatione indiget. In sollemnioribus quippe diebus aut septem aut quinque aut tres diaconos, qui eius oculi dicuntur, et subdiaconos atque reliquos ministros secum habeat qui sacris induti vestimentis[f]) in fronte et a tergo, et presbyteri e[g]) regione destra levaque contrito corde, et humiliato spiritu ac prono stent vultu custodientes eum a malivolis hominibus et consensum[h]) prebentes sacrificio. Peracta autem consecratione omnes communicent, qui noluerint[i]) ecclesiasticis carere liminibus.

C. 124. a) alterius *Ven.* b) et *add. Innoc.*

[1] Epist. 10, P. Coustant I col. 808, Jaffé-W. 297.

C. 125. a) regendis V_1, *P*; eccl. D. reg. cred. *Coll. min.*, *Leo.* b) non *add. 5.* c) inscii *3.* d) vero *1*, *om. 3.* e) et *add. Leo.* f) proferantur *P.*

[1] Leo I, epist. 12 c. 4, Baller. t. I col. 663, Jaffé-W. 410, Coll. min. c. 122.

C. 126. a) *hoc cap. deest N.* b) *in* solemnis *mutat P.* c) *inscriptio aeque ac Coll. min. decurtata.* d) Ch. J. *Coll. min.*, *Ps. Anacl.* e) et — indiget *om. Coll. min.* f) vestibus *Coll. min.* g) ex *3*, *5.* h) cons. eius prebeant *Ps. Anacl.* i) *ex* voluerint V_1, *P.*

[1] Ps. Anacletus c. 10, 11, p. 70, Coll. min. c. 167.

C. 127. Ut episcopi semper[a]) secum testes habeant sacerdotes et levitas. Lucius[b]) [1] papa omnibus episcopis.

Iubemus[c]) apostolica auctoritate, ut semper testes vobiscum sacerdotes et levitas[d]) habeatis, et licet conscientia sufficere possit propria, tamen propter malivolos[e]) iuxta Apostolum etiam testimonium vos[f]) oportet habere bonum ab his qui foris sunt. Igitur[g]) duo presbyteri et[h]) tres diaconi in omni loco episcopum non deserant propter testimonium ecclesiasticum.

C. 128. Ut clerici vel electi monachi cubiculares sint episcopi. Gregorius[1] generali synodo presidens dixit:

Cum pastoris vita esse discipulis semper debeat in exemplo, plerumque clerici[a]) qualis in secreto sit vita[b]) sui pontificis nesciunt, quam tamen saeculares pueri sciunt. De qua re presenti decreto constituo, ut quidam ex clericis vel etiam ex monachis electi ministerio[c]) cubiculi pontificalis obsequantur, ut is qui in loco est regiminis habeat[d]) testes tales, qui[e]) veram eius in secreto conversationem videant, quique[f]) ex visione sedula exemplum profectus sumant.

C. 129. Ut omnis ecclesia habens episcopum habeat[a]) et[b]) oeconomum[c]). In Chalcedonensi[1]) concilio[d]) cap. XXVI.

Quoniam[e]) ut in quibusdam ecclesiis reperimus, sine oeconomis res ecclesiasticas tractant episcopi, placuit omnino[f]), ut omnis ecclesia habens episcopum etiam[g]) oeconomum[h]) habere ⟨debeat⟩[i]) de proprio clero qui res ecclesiasticas dispenset cum consensu episcopi sui, ne cum dispensatio sine testimonio fuerit res ecclesiasticae dispersae sint ad contumeliam pontifici irrogandam. Si vero hoc non fecerint, reos[k]) eos sanctis subiacere canonibus iudicamus[l]).

C. 127. a) sacrificantes *N.* b) *inscriptio aeque ac in Coll. min., uti solet, mutata.* c) hortamur vos sicut et in hac sancta ecclesia constitutum habemus, ut *etc. Ps. Luc.* d) diaconos *Ps. Luc.* e) homines *add. 5.* f) om. *Ven.* g) *pro:* Quoniam etc. *Ps. Luc.* h) vel *Ps. Luc.*

1 Ps. Lucius c. 1 p. 175, Coll. min. c. 169.

C. 128. a) cleri *G, Ven.* b) esse discipulir *repet. at mon. eras. Ven.* c) mysterio *10.* d) test. tal. hab. talesque viri qui *Greg.* e) qui — videant *om. 3, 4, 5, 12.* f) qui *Greg.*

1 In concilio a. 595, Registr. V 57ª t. I p. 363, Jaffé-W. post 1365; Coll. min. c. 246.

C. 129. a) *ex* habens *inter scribendum corr. N.* b) *om. Ven.* c) *ex* episcopatum *P.* d) concilii *G* (*ex* concilio), *Ven.* e) Quoniam in . . . reper. quod. *Quesn.* g) et V_1, *P.* h) i. e. dispensatorem *superscr. Bb.* i) *supplet Ven.* k) eos sanctis esse canonibus reos *Quesn.* l) *deest Quesn.*

1 Versio prisca, Coll. Quesnell. c. XXV, Syn. Chalced. can. 26, Baller. t. III col. 237; Maassen, Gesch. § 82.

C. 130. Quod episcopus non debet pravos homines in societate[a]) sua habere. Gregorius papa Virgilio episcopo Arelatensi Galliarum.

Pervenit ad nos fratrem et coepiscopum nostrum Serenum Massiliensem pravos omnino homines in societate[b]) sua recipere ita[c]) denique, ut presbyterum quendam, qui post lapsum in suis adhuc dicitur iniquitatibus volutari, familiarem habeat, quod a vobis subtiliter requirendum est. Et[d]) si ita constiterit, curae vobis sit nostra sic vice corrigere, ut et qui talem recipit[e]) non familiaritate fovere sed discat potius ultione comprimere, et qui receptus est[f]) discat lacrimis peccata diluere non iniquitatem in munditiis cumulare.

C. 131. Ut omnis episcopus suum habeat vicedominum, aut si ipse neglexerit, clerus eligat unum. Gregorius[1] Anthemio subdiacono[a]).

Volumus ut frater noster Paschasius[b]) et vicedominum sibi ordinet et maiorem domus, quatinus possit vel[c]) hospitibus supervenientibus[d]), vel causis quae eveniunt idoneus et[e]) paratus existere. Si vero[f]) neglegentem eum prospicis[g]) vel[h]) ea quae dicimus[i]) implere differentem, omnis clerus eius[k]) adhiberi debet, ut communi[l]) consilio ipsi eligant quorum personae ad ea quae prediximus valeant ordinari.

C. 132. Ut episcopus[a]) res ecclesiae saecularibus viris non committat. Gregorius[1] Januario episcopo Caralitano.

Cavendum[b]) a fraternitate vestra est, ne saecularibus viris atque non[c]) sub[d]) regula vestra degentibus cuiuslibet[e]) res ecclesiae committantur, sed probatis de vestro officio clericis[f]), in quibus si quid reperiri poterit[g]) pravitatis, ut in subditis[h]) emendare quod illicite gestum fuerit valeatis, quo ⟨l. quos[i])⟩ videlicet[k]) apud vos[l]) habitus sui officium magis conveniat[m]) quam accuset ⟨l. excuset[n])⟩.

C. 130. a) familiaritate *Ven.* b) *signum notae apponit Ven.* c) *deest Greg.* d) etiam *N.* e) recepit *Greg.* f) item *add. Greg.*

C. 131. a) diacono *3, 4, 5, 12, 13.* b) Pascasius *V_1, P, 5, Hartm.*, Paschalius *G, 10, 12.* c) *om. V_1, P, 5.* d) subven. *G.* e) vel *3.* f) et *add. Greg.* g) perspicis *Coll. min.* h) et *Greg.* i) diximus *Greg.* k) *om. 3.* l) utilitate *add. P; signum notae appon. Ven.*

1 Registr. XI 53 i. f. t. II p. 328, Jaffé-W. 1845; Coll. min. c. 259.

C. 132. a) omnis ep. *N;* Ut res ecclesiae saecularibus viris non committantur *Ven.* Ne laicis committantur facultates ecclesiae *Bb.* b) *in Bb initium idem ac sequentis capituli praecedit:* Indicatum — compellantur. De cetero vero. c) om. *Coll. min.* d) sine *12.* e) *deest Greg.* f) viris vel cler. *5.* g) potuerit *Greg.* h) subditos *Greg.* i) *ita Coll. min.*; quo videl. — accuset *om. V'_4.* k) *deest Greg.*, et *add. 12.* l) nos *Ven. 6.* m) commendet *12*, convenit *Greg.* n) *an* magis conveniat accuset ?

1 Registr. IX 204 i. f. t. II p. 192, Jaffé-W. 1731; Coll. min. c. 261.

C. 133. Ut res ecclesiae saecularibus viris non committantur. Gregorius[1] Januario Caralitano[a]).

Indicatum est nobis quod laicis quibusdam curam vestri patrimonii committentes postmodum in rusticorum vestrorum depredationibus atque per hoc exfatigationibus[b]) fuerint deprehensi. Quod[c]) si ita est, districte a vobis discuti convenit atque inter eos ecclesiaeque vestrae rusticos causam examinare subtilius, et quicquid[d]) fraudis inventum fuerit cum poena legibus statuta reddere compellantur. De cetero vero cavendum a fraternitate vestra est, ne saecularibus viris atque non sub regula vestra degentibus cuiustibet[e]) res ecclesiae committantur sed probatis de vestro officio clericis; in quibus si quid reperiri poterit pravitatis, ut in subditis emendare quod gestum est valeatis[f]).

C. 134. Quod episcopalis dignitas ab illa civitate subtrahitur[a]) quae proprium episcopum interemit. Gelasius[b])[1] papa.

Ita nos Scillacinorum[c]) caedes geminata pontificum horrendi sceleris atrocitate confudit, ut diu constitutio nostrae deliberationIs haesitaret, dum et[d]) ingerere quemquam[e]) parricidalibus[f]) exemplis detestaremur antistitem et ubicumque[g]) ecclesiam destitutam iudicaremus, non usque adeo nullatenus[h]) reliquendam. Quapropter iam velut usum consuetudinemque sacrilegam declinantes eatenus religioni duximus consulendum, ut parrochiae vice ⟨l. vices⟩ ab extrinsecus positis sacerdotibus gubernentur, quae[i]) ibidem commanentes[k]) ferro didicere ⟨l. didicerit⟩ necare pastores inauditoque facinore, et[l]) quod etiam in[m]) illis provinciis nusquam prorsus acciderit, quae bellorum continuis diversisque[n]) incursionibus affliguntur, haec reperta sit civitas quae presules ministrandae sibi fidei christianae sine persecutore[o]) prosternat. Curandum est igitur, ut illic funesta pernicies cessatione propriorum sanetur antistitum atque ita saltem furoris tanti materia subtrahatur, si in quam[p]) haec possit acerbitas perpetrari consistens ibidem persona defuerit, eoque modo vel illa civitas, dum in quos desaeviat[q]) non habebit[r]), ab huiusmodi temeritate[s]) desistat vel aliis imitandi contagia dira non prebeat[t]). Egeat ergo episcopalibus subsidiis

---

C. 133. a) episcopo *add.* V_1, *P.* b) exfugationibus *Greg.* c) *post pauca.* d) in eis *add. Greg.* e) *deest Greg.* f) *Bb continuat sicut in cap. praecedente.*

1 V. cap. 132.

C. 134. a) subtrahatur *corr. Ven.* b) *ante rubricam ponit Ven.* c) Scillatinorum *G*, Squillacinorum *N*, Sillac. V_1, *P*, *Bb.* d) *om. N.* e) quempiam *Thiel.* f) parricipal. *P*, parricidial. *Gel.* g) utcumque *Gel.* h) *deest Gel.* i) qui V_1, *Ven.* k) quo man. *N.* l) *deest Gel.* m) *pro:* in illis *habet* nullis *Thiel.* n) *ex* diversorum *corr.* diversosque *N.* o) persecutione *Ven.*, *Gel.* p) qua *Thiel.* q) saeviat *Gel.* r) habeat *Gel.* s) cessatione *Thiel.* t) habeat V_2.

1 Epist. 37, A. Thiel I p. 450 Jaffé W. 725.

sibimet aliunde depensis[u]), quae sacram in suo gremio collocatam fuso crudeliter maculat[v]) sanguine dignitatem, quia in utroque haec[w]) est ultione plectenda sive scilicet instinctu domestico seu furiis incitata nefas hoc committit externis. Prebeat ergo vestra dilectio in hoc statu positae ministerium visitationis ecclesiae et aut conveniendo pariter aut vicissim, prout[x]) qualitas rerum causaque poposcerit divina mysteria[y]) representet ingratis, ne cum zizania[z]) devitamus, Dominica videamur frumenta preterire. Comperimus autem quod quidam in eadem regione sumpta tantummodo[a]) sacri[b]) corporis portione a calice[c]) sacrati cruoris[d]) abstineant, qui procul dubio, quoniam nescio qua superstitione docentur obstringi[e]), aut integra sacramenta percipiant aut ab integris arceantur, quia divisio unius eiusdemque mysterii sine[f]) grandi sacrilegio non potest provenire; cavendumque est[g]) ne pestilentia talis obrepens multos in consensum pravitatis adducat.

C. 135. Augustinus[a]) [1]. De tribus personis: pastoris mercenarii et furis.

Tres personas dixit Dominus, et debemus illas investigare in evangelio: pastoris et[b]) mercenarii et furis. Pastorem[c]) dixit animam suam ponere pro ovibus[d]) et intrare per ianuam; furem dixit et latronem ascendere per aliam partem; mercennarium dixit lupum vel etiam furem, si videat fugere, quia non est illi cura[e]) de ovibus, mercenarius est autem[f]) non pastor. Ille intrat per ianuam qui[g]) pastor est, ille ascendit[h]) per aliam partem qui[i]) fur est; ille videns eos qui volunt tollere oves timet et fugit, qui[k]) mercennarius est, quia non est illi cura de ovibus, mercennarius est enim. Si invenerimus tres istas personas, invenit sanctitas vestra et quos diligatis et[l]) quos toleretis et quos caveatis. Diligendus est pastor, tolerandus est mercennarius, cavendus est latro.

Joh. 10.

---

u) deprehensis *N.* v) macnlarat *Gel.* w) hoc *N*, hac *Ven. (ex corr.)*, *Gel.* x) *signum notae appon. Ven.* y) ministeria *Thiel.* z) zizaniam *G, N.* a) tantum *Gel.* b) sacrati *N.* c) calicis sacri cruore *Gel.* d) corporis *N.* e) astr. *N*, abstr. *Ven.* f) si non *N.* g) *om. V₁, P.*

C. 135. a) *in marg. nomen adferunt Ven. (rubro colore pictum), V₃, ante rubr. V₄ al. man., post rubricam* A. *V₁*, Aug. *P; inscriptionem om. V₂.* b) *om. V₂, V₃, Aug.* c) *post pauca.* d) suis *add. N, P.* e) curam *V₂ J.* f) enim *Aug.* g) quia *Aug.* h) ascendit — ille *om. N.* i) quia *Aug.* k) quia *Aug.* l) et quos toleretis *om. ed. Ben.*

1 S. August. Sermo 137 c. 5, ed. Bened. t. V, col. 463.

C. 136. Quod filii ex adulterio nati ad sacerdotium possint[a]) promoveri. Hieronymus[1].

Dominus noster Jesus Christus voluit[b]) non solum de alienigenis sed etiam de adulterinis commixtionibus[c]) nasci nobis magnam fiduciam prestans, ut qualicumque modo nascamur, tantum[d]) ut eius[e]) vestigia imitemur, ab ipsius[f]) corpore non separemur cuius per fidem membra effecti sumus. Et sicut ille verus est pontifex ex adulterinis nascens coniunctionibus[g]), ita qualicumque ordine[h]) natus sit aliquis, tantum[i]) ut fidem perfectam habeat et quod fide tenet operibus impleat sitque litteratus et[k]) vir unius uxoris, nequaquam a sacerdotio repellitur[l]). Judas enim patriarcha **Gen.**
concubuit cum Thamar nuru sua, et ex illo coitu nati sunt Phares et **38, 18.**
Zara[m]), inde postea Salmon[n]) qui fuit dux in deserto, inde Obeth[o]) indeque[p]) Booz[q]), inde postea Ysai[r]), qui fuit pater David. Ex[s]) illa aatem progenie origo ducitur Christi[t]) qui verus[u]) sacerdos est. Ideoque[v]) si[w]) filii eius sumus, quae[x]) ipse fecit imitari[y]) debemus.

C. 137.[a]) Quod bigamus aut concubinam habens non potest esse episcopus nec presbyter nec diaconus nec cetera. In[b]) canone[1] apostolorum.

Si quis post[c]) acceptum sacrum baptismum secundis fuerit nuptiis copulatus aut concubinam habuerit, non potest fieri[d]) episcopus nec[e]) sacerdos nec diaconus aut prorsus ex numero eorum qui[f]) ministerio sacro deserviunt.

C. 136. a) possunt V_3. b) non solum . . . . adult. voluit nasci commixt. *Epist.; loco:* non s. d. alicui *lacuna est in Pm.* c) commistionibus V_1, *P,* comist. *Pm, Pis.,* commistione V_5. d) iterum *N.* e) illius *Epistola.* f) illius *Epistola.* g) commixtionibus *Epist.* h) *loco:* ordine — aliquis *lacuna est in Pm.* i) tamen *N.* k) *om. Pm.* l) repellatur *Epist.* m) Ochoza *codd.* A^2, *bB,* V_4, *M, Ven., Bb, ita ut veram lection. soli codd.* A^1 (Zaram *G,* Thara *Pm*), *Pis. et* V_5 (Zaram) *praebeant.* n) Salmo *Epist.* o) Obed *Bb',* Obed ex Ruth *Epist.* p) que *inseruit Pm,* inde *Bb.* q) Bootz *N,* Boos de Rahab *Epist.* r) Isai *ex* Isaias *corr.* V_5, Isai *Bb.* s) In nulla vero progenie origo Domini ducitur *Epist.* t) *deest Epist.* u) est ver. sac. *Pm, Epist.,* ver. est sac. V_3, V_4. v) ideo *codd. bB,* V_4. w) *deest Epist.* x) et quae *Epist.* y) per omnia *add. Epistola.*

1 Immo haec in epistola a clericis Noviomensibus ad Cameracenses data leguntur: Mabillon Museum Italicum t. I pars 2, p. 128. Hieronymus quidem in cap. I. comment. in evang. Matth. et in prooem. comm. in Oseam iam docuerat, quid homo Christianus valeat, non progenie sed vita eius effici, at plane diversa oratione usus.

C. 137. a) *capit. Urbani papae II praefigit Bb.* b) *inscript. om.* V_2, *man. rec. suppl.* V_3. V_4. c) post baptisma *Dion.* d) esse *Dion.* e) non presbyter aut *Dion.* f) in *add. Ven.,* V_2.

1 Can. apostol. c. 17, vers. Dionys., V. et J. Bibl. t. I p. 113.

C. 138. Quod excelsae sedes episcoporum significant speculationem et potestatem ipsorum. Urbanus[a)][1] episcopus[b)] omnibus episcopis[c)].

Quod sedes in episcoporum ecclesiis excelsae constitutae et paratae inveniuntur ut thronus[d)] speculationem et potestatem iudicandi et solvendi atque ligandi a Domino sibi traditam[e)] materia docent[f)].

C. 139. Quod valde timenda est sententia episcopi licet iniusta, et non communicandum quibus ipse non communicat.

Item[a)][1], karissimi, monemus, ut intelligatis potestatem episcoporum vestrorum in eisque[b)] Deum veneretis et eos ut animas vestras diligatis et illis[d)] quibus non communicant, non communicetis, et quos eiecerint non recipiatis. Valde enim timenda est sententia episcopi, licet iniuste aliquem liget; quod tamen sumopere precavere[e)] debemus.

C. 140. Quod placere[a)] non possunt pastores lupis pariter et gregibus. Anacletus[b)][1] in apostolica sede Domino[c)] serviens omnibus episcopis cunctis[d)] fidelibus.

Nichil illo[e)] pastore miserius qui luporum gloriatur laudibus. Quibus si[f)] placere voluerit[g)] atque ac his amari delegerit, erit hic[h)] ovibus magna pernicies. Nullus igitur[i)] pastor[k)] placere lupis et gregibus[l)] ovium potest, perdit[m)] enim laborum[n)] memoriam mens terrenis obligata carceribus. Sicut autem[o)] artium in suo quoque opere invenitur mater instantia, ita[p)] noverca eruditionis est neglegentia.

C. 141. Quod inferiorum culpae ad neglegentes rectores maxime referuntur. Leo[1] episcopus Septimo Aquilegensi[a)] episcopo.

Inferiorum ordinum culpae ad nullos magis referendae[b)] quam ad desides neglegentesque rectores qui multam saepe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam[c)].

C. 138. a) *inscriptio mutata est.* b) *om.* *3, 4, 5, 12, 13.* c) christianis *Coll. min., Ps. Urban., at* episcopis *7.* d) throni *Ps. Urb.* e) tradita materia *V*₁, *P*, datam materiam *Ps. Urb.* f) docendi *N*, docet *Ven.*

1 Ps. Urbanus c. 7 p. 145; Coll. min. c. 224.

C. 139. a) idem V_1, *P*, *Ven.*, *om.* V_2. b) eis V_2. c) veneremini *Bb'*, *Hinsch.* d) quibus illi *Ps. Urb.* e) praevidere debet *Ps. Urb.*

1 Ps. Urb. l. c.

C. 140. a) past. pl. n. poss. *N.* b) *inscriptio breviata.* c) Deo 5. d) cunctisque V_2, V_3, V_4, *Coll. min.* e) in illo *12*, est *add. Coll. min.*, *Hinsch.* f) se *1 et alii.* g) noluerit V_1, ex noluerit *P.* h) hinc *Ps. Anacl.* i) ergo *Ps. Anacl.* k) pastorum *N (ante corr.)*, V_1, *P*, *Ven.*, *Bb*, *10*, *13*, plastorum *6.* l) *pro:* greg. ov. *scrib.* ovibus *13.* m) perdidit *Hinsch.* n) laboris *Coll. min.*, *Ps. Anacl.*; *om.* *3, 4, 5, 13.* o) *deest Ps. Anacl.* p) *signum notae appon. Ven.*

1 Ps. Anaclet. c. 8 p. 69; Coll. min. c. 236.

C. 141. a) Aquileiensi *Coll. min.* b) sunt *add. Coll. min.*, *Leo.* c) disciplinam *3, 4, 5, 7, 12, 13.*

1 Leo papa I, epist. 1 c. 5, Baller t. I col. 593; Coll. min. c. 249.

C. 142.[a]) Ex canone[b])[1] apostolorum cap. VII.

Episcopus aut presbyter aut diaconus nequaquam saeculares curas assumant, sin aliter, deiciantur.

C. 143. Ut destruatur quod illicite commissum est. Hilarus[a])[1] papa synodo presidens dixit:

Si quis illicite aliquid commisit aut a predecessoribus[b]) suis invenit admissum, si periculum proprium vult vitare, damnabit. Nos enim[c]) in nullo volumus severitatem ultionis exercere, sed qui in causis[d]) Dei[e]) vel contumacia vel aliquo excessu delictum ⟨l. deliquerit[f])⟩, aut ipse quod perperam facit[g]) abolere noluerit, in se, quicquid in alio[h]) non resecavit[i]), inveniet.

C. 144. Quod christiani principes debent episcopis caput subdere, non de eorum capitibus iudicare. Gelasius[1] papa Orientalibus episcopis.

Numquam de pontificibus nisi ad[a]) ecclesiam iudicare[b]) debere, non esse humanarum legum de talibus ferre sententiam atque[c]) ecclesiae principaliter constitutis pontificibus. Obsequi solere principes christianos decretis ecclesiae, non suam ponere[d]) potestatem, episcopis caput[e]) subdere principem solitum non de eorum capitibus iudicare.

C. 145. Quod petendum est[a]) auxilium ab imperatore, quando fuerit necesse. Augustinus[1] Bonifacio.

Auxilium petivit Vaginensis[b]) episcopus ab imperatore christiano non tam sui ulciscendi causa quam tuendae ecclesiae sibi creditae. Quod si pretermisisset, non eius fuisset laudanda patientia, sed neglegentia merito culpanda: neque enim et apostolus Paulus vitae suae transitoriae consulebat sed ecclesiae Dei, quando contra illos qui eum occidere conspiraverant, consilium eorum[c]) tribuno ut proderetur effecit. Unde factum

---

C. 142. a) *rubricam om.* V_1; *incuria rubr. c. 143 adfert G.* Quod episcopus presbyter diaconus saeculares curas non assumat. *N, P* (assumant). Ut sacerdotes et ministri altaris saecularibus curis abstineant. *M,* V_2, V_3, V_4. b) concilio *N, Ven., inscript. om.* V_2.

1 Vers. Dionys. V. et J. Bibl. t. I p. 112.

C. 143. a) Hilarius *N et alii.* b) decessoribus *Hil.* c) vero *3.* d) causa *3, 4, 13,* e) cleri *G,* causis Dei contumacia vel delicto deliquerit *Thiel.* f) *ita Coll. min.* g) fecit *Hil.* h) alium *Thiel.* i) resecarit *Hil.*

1 In Conc. Romano a. 465, A. Thiel I p. 161 i. f.; Coll. min. c. 247.

C. 144. a) *om. Bb, Gel.* b) *pro* iud. deb. *praebet* iudicasse *Gel.* c) absque *Bb, Gel.* d) praeponere *Bb, Gel.* e) *om. N.*

1 Epist. 27, A. Thiel I p. 430, Jaffé-W. 665.

C. 145. a) *om. N, P.* b) Vagiensis *N,* V_1, *P, Ven.* c) illorum *Aug.*

1 Epist. 185 c. 7 n. 28 rec. A. Goldbacher, Corp. Script. eccl. Lat. Vindob. Vol. 57, p. 26.

est, ut eam ad locum quo fuerat perducendus, deduceret miles armatus, ne illorum pateretur insidias. Romanas etiam leges implorare minime dubitavit civem Romanum se esse proclamans, quos tunc affligi verberibus non licebat. Itemque, ne Judeis[d]) eum interimere cupientibus traderetur[e]). Caesaris[f]) poposcit auxilium, Romani quidem principis sed mondum[g]) Christiani, ubi satis ostendit quid facere deberent postea Christi dispensatores, quando imperatores christianos periclitante ecclesia reperirent.

C. 146. De sacramento synodali. Euticianus[a]) [1] papa.

Episcopus in synodo residens[b]): post[c]) congruam allocutionem VII ex plebe eius[d]) parrochiae vel eo amplius, prout viderit[e]) expedire, maturiores honestiores atque veraciores viros in medium debet evocare et allatis sanctorum pignoribus unumquemque illorum tali[f]) sacramento constringere[g]): Amodo in antea quicquid nosti aut audisti aut postmodum inquisiturus es quod contra Dei[h]) voluntatem et rectam christianitatem in ista parrochia factum sit aut futurum erit, si in diebus eius ⟨l. tuis⟩ evenerit, tantum[i]) ad tuam cognitionem quocumque modo perveniat, si scis aut indicatum fuerit tibi synodalem causam esse[k]) ad ministerium episcopi pertinere, quod tu nec propter amorem[l]) nec propter timorem nec[m]) propter precium[n]) neque propter parentelam ullatenus celes[o]) episcopum aut eius missum, cui hoc inquirere iusserit quandocumque te ex hoc interrogaverit. Sic te deus adiuvet et illae[p]) sanctorum reliquiae. Istud sacramentum, quod iste iuravit de synodali causa, quod tu illud ex te ita observabis in quantum sapis aut audisti aut ab hac die in antea inquisiturus es. Sic te deus adiuvet.

C. 147. Sacramentum[a]) episcoporum a scismate redeuntium ad catholicam unitatem. In[b]) registro Gregorii[1] papae.

Quotiens cordis oculus nube erroris obductus supernae illustrationis lumine fit serenus, magna[c]) cautela nitendum est, ne[d]) latenter auctor scismatis irruat et ab unitatis radice eos qui ad eam reversi fuerint telo

---

d) uideris *Pm,* Judaei set *P.* e) traderet *codd. A*². f) *ex* cessaris *L.* g) non *Aug.*

C. 146. a) Euticius *G,* Euticianus *Bb,* Eutichianus papa *inscribit ante rubricam Ven.* b) dixit *add. Ven.* c) per V_1, *P.* d) ipsius *Burch.* e) vidit *G.* f) *om.* V_2. g) constringat *Burch.* h) *om. G, N,* V_1, *Ven., Bb,* ex *cod. P, qui post inseruit, supplevi.* i) tamen *N,* ut *add. Burch.* k) et *add. Burch.* l) amorem nec pr. t. neque propter *om. P,* nec propt. tim. *om. G.* m) neque *G.* n) premium *Burch.* o) *N et P post inseruerunt.* p) istae *Burch.*

1 Decret. Burchardi I 91—93. (Ex decret. Eutychian. papae.)

C. 147. a) De sacramento *M.* b) Gregor. In registro, *in marg. rubro col. script. Ven., inscript. om. N,* V_2, V_3 *in marg. suppl.,* V_4 *al. man.* c) cum *add.* V_2. d) nec *N.*

1 Registr. XI 7, t. II p. 354.

iteram erroris abscidat. Et postquam ideo ego civitatis illius[e] episcopus comperto divisionis laqueo quo tenebar diutina mecum deliberatione pertractans prona et spontanea voluntate ad unitatem sedis apostolicae divina gratia duce[f] reversus sum, ne non pura mente sed simulate reversus existimer, spondeo sub ordinis mei casu et anuthematis obligatione atque promitto tihi et per te sancto Petro apostolorum principi atque eius vicario beatissimo. Gregorio vel successoribus ipsius me nunquam quorumlibet suasionibus vel quocumque alio modo ad scisma, de quo redemptoris nostri gratia[g] liberante ereptus sum reversurum, sed semper me in unitate[h] sanctae ecclesiae catholicae et communione Romani pontificis per omnia permanere, unde[i] iuratus dico per Deum omnipotentem et per[k] haec sancta Dei[l] quatuor evangelia, quae in meis manibus teneo, et salutem[m] geniumque illius[n] atque illius dominorum nostrorum rempublicam gubernantium me in unitate, sicut dixi, ecclesiae ad quam Deo propitio sum reversus et communione Romani pontificis semper et sine dubio permanere. Quod si, quod absit[o], ab hac me unitate aliqua[p] excusatione vel argumento divisero, periurii reatum incurrens aeternae poenae obligatus inveniar et cum auctore scismatis habeam in futuro saeculo portionem. Hanc autem confessionis promissionisque meae cartulam illi notario[q] meo cum consensu presbyterorum et diaconorum atque clericorum[r] qui me hac in unitate obligantes semper[s] in suprascriptis omnibus[t] prona similiter voluntate secuti atque propriis manibus subscripturi[u] sunt, scribendam[v] dictavi et propria mana subscribens[w] tradidi. Acta in loco illo die illo et consule[x] suprascripto[y]. Et[z] subscriptio episcopi: Ego ille[a] episcopus civitatis ill. huic professioni promissionique meae prestito de conservandis suprascriptis[b] omnibus sacramento[c] subscripsi.

C. 148.[a] Gregorius[1] papa[b] Justino[c] presbytero ⟨l. pretori⟩.

Quoniam quaedam contra sacerdotale propositum de Leone fratre et coepiscopo nostro sinister rumor asperserat, utrum vera essent districta

---

[e]) ille *add. Hartm.* [f]) *om.* V_1. [g]) misericordia *Registr.* [h]) unitatem *G, Ven. corr.* [i]) unde — permanere *in marg. inser. Ven.* [k]) *deest Registr.* [l]) *deest Registr.* [m]) salutem gen. illis atque illis *G.* [n]) illorumque atque illorum *N*, geniumque ill. atque dom. *Bb.* [o]) *om. G, N.* [p]) atque *G, N.* [q]) noto *Hartm.* [r]) cleri *Greg.* [s]) *om.* V_1, *P et codd. alii, Greg.* [t]) se *add.* V_1, *P.* [u]) subscripti *N, Bb'.* [v]) scribendum *Hartm.* [w]) tibi *inser. Ven., add. Greg.* [x]) *ita Ven.*, V_2, *Greg.*, consus? *G*, cursu *N*, et cons. *om.* V_1, cursus *P (postea inser.)* [y]) subscr. *G*, suprascripta V_1, superscripto *Ven.* [z]) haec V_2. [a]) talis *add. N.* [b]) subscriptis *G.* [c]) sacramentis *N*, V_2.

C. 148. [a]) *rubr. om. G, N,* V_1, *P.* Quod Leo episcopus se de quodam sinistro rumore sacramento ad b. Petri sacratissimum corpus expurgavit *M*, V_2, V_3. Quod sanctus Gregorius quendam episcopum de crimine per sacramentum expurgare fecit. *Ven.* [b]) *om.* V_1, *inser. sup. lin. P.* [c]) Justiniano *G*, V_2, V_3.

[1] Registr. II 30, t. I p. 127, Jaffé-W. 1183.

diutius[d] fecimus inquisitione perquiri, et nullam in eo de his quae dicta fuerant culpam invenimus, sed ne quid videretur omissum aut nostro posset[e] cordi dubium remanere, ad beati[f] Petri sacratissimum corpus districta eum ex habundanti fecimus sacramenta prebere[g]. Quibus prestitis magna[h] exultatione gavisi quod huiusmodi[i] eius innocentia evidenter innotuit.

C. 149.[a] Silverius[1] papa Vigilio episcopo.

Sic decet fides[b] sanctorum patrum in ecclesia servari catholica, ut quod habuit amittat, qui improbabili temeritate quod non accepit[c] assumpserit.

C. 150. Ut episcopi[a] qui apostolicae sedis ordinationi subiacent annue id.[b] Maii sanctorum apostolorum Petri et Pauli liminibus presententur. In concilio Zachariae[1] papae.

Juxta sanctorum patrum et canonum instituta[c] omnes episcopi qui[d] huius apostolicae sedis ordinationi subiacent[e], qui propinqui sunt, annue idus[f] Maii[g] sanctorum principum apostolorum Petri et Pauli liminibus presententur omni[h] occasione seposita, qui vero de longinquo, iuxta chirographum suum impleant; nam qui huius constitutionis contemptor extiterit, preter si aegritudine[i] fuerit detentus, sciat se canonicis[k] subiacere sententiis[l].

C. 151. Quod beatus Gregorius se dicit non cognoscere qui canones nolunt custodire, arguens negligentiam cuiusdam episcopi. Gregorius[1] Johanni episcopo Constantinopolitano inter cetera.

De causa enim reventissimi viri Johannis presbyteri scripseram atque de quaestionibus monachorum Ysauriae, quorum unus[a] in sacerdotio

---

d) *om. V₂.* e) potuisset *Greg.* f) beatissimi *N.* g) *om. G.* h) magis *V₁, P,* sumus *add. Greg.* i) huiuscemodi *Greg.*

C. 149. a) *rubric. om. G, inscript. om. V₂.* Ut recta *(sic)* amittat habita, quo *(sic in tab. rubr. et N, in corp. can. recte* qui) presumit *(in corp.* presumat *N)* sibi non concessa *N, P.* Quod amittere debet id quod habet, qui quod non habet presumat *Ven.* De fide sanctorum patrum in ecclesia servanda. *M, V₂, V₃.* b) fidem *Coll. min., Ps. Silv.* c) acceperit *Ven., Coll. min.* (accipit *4*).

1 Ps. Silverius (Dampnatio Vigilii) p. 629; Coll. min. c. 181.

C. 150. a) *om. G.* Ut episcopi qui vicini sunt visitare annue debent apostolorum limina. *Ven.* b) idus Madii *N, V₁, P.* c) statuta *Zach.* d) qui — subi. *om. N.* e) subiacebunt *Zach.* f) idibus *Bb', Zach.* g) Madii *V₁, P.* h) omnino *V₁.* i) valida *add. Zach.* k) canonibus *Zach.* l) *deest Zach.*

1 Conc. Roman. a. 743 c. 4, Mansi t. XII col. 382 (recte); Jaffé-W. post 2272.

C. 151. a) et *add. Greg.*

1 Registr. III 52, t. I p. 208; Jaffé-W. 1257.

positus in ecclesia vestra fustibus caesus est. Et rescripsit mihi, sicut ex nomine epistolae cognosco[b], sanctissima fraternitas tua, quia nescires[c] de qua causa scriberem. Ad quod rescriptum vehementer obstupui mecum tacitus volvens; si verum dicit, quid[d] esse deterius potest, quam ut agantur talia contra servos Dei, et ipse nesciat qui presto est? Quae enim potest esse pastoris excusatio, si lupus oves comedit et pastor nescit? *Et post pauca*[e]. Ego beatissimo viro domino Johanni scripseram, sed credo quia mihi familiaris[f] vester ille iuvenculus rescripsit, qui adhuc de Deo nichil didicit, qui viscera caritatis nescit, qui scelestis[g] rebus ab omnibus accusatur. Michi[h] crede, frater sanctissime[i], si zelum veritatis[k] perfecte habes[l], illum[m] a te proicere debes, si enim fraternitas[n] vestra illum audit, scio quia pacem cum suis[o] fratribus habere non poterit[p], et[q] quamvis cum omnibus hominibus habere pacem summopere cupiam vobiscum precipue quos vehementer amo, si tamen ipsi, quos novi, vos estis. Nam si canones non custoditis et maiorum vultis statuta convellere, non cognosco qui estis. Age ergo, frater sanctissime atque karissime, ut nos invicem recognoscamus, ne si antiquus hostis per scandalum duos moverit per nequissimam victoriam multos necet. Ego enim, ut aperte iudicem[r], qui per elationem nil quaero, si ille iuvenculus de quo prelocutus sum apud fraternitatem tuam culmen pravae actionis minime teneret, ut[s] ipsa etiam quae mihi de canonibus suppetunt interim[t] tacere potuissem, et ab ipso initio venientes ad me personas[u] ad vos[v] fiducialiter retransmisissem[w], sciens quod eas sanctitas tua cum caritate susciperet. Sed etiam nunc dico, aut easdem personas in suis ordinibus suscipe eisque quietem prebe, aut si hoc fortasse nolueris, mihi omni altercatione postposita de eorum causa statuta maiorum et canonum terminos custodi. Si vero neutrum feceris, nos quidem rixam inferre nolumus[x] sed tamen venientem[y] a vobis non devitamus. Quid autem de episcopis, qui verberibus timeri volunt, canones dicant, bene fraternitas vestra novit[z].

---

b) agnosco *Greg.* c) *ita sec.* V_1, *P, Bb et alios correxi* nescirem *G, N, Ven.;* nesciris *Ewald.* d) quod *G, N.* e) *p. 209.* f) familiarius *N, Ven.* g) celestibus *N,* in (*superscr.*) scel. *Ven., Greg.* h) *post pauca.* i) karissime *Ven.* k) caritatis V_1. l) haberes V_1, *P.* m) *textus valde decurtatus.* n) frat. vestra *des. Greg.* o) sanctis *G, N.* p) potuerit *P.* q) *post pauca.* r) indicem *codd.* A^2, *Bb, Greg.* s) *erasit Ven., deest Greg.* t) interitum *ex* interim *P.* u) *om. N.* v) eam *Ewald.* w) transmis. *N.* x) non volumus *Greg.* y) venientes *Ven.* z) noverit V_2 *J.*

C. 152. Quod episcopi ad saecularia negotia non ordinantur, sed laicis[a]) haec cura sit qui a diaconibus instruantur. Ex[b]) epistola Clementis[1] papae.

Si qui ex fratribus negotia habent inter se, apud cognitores saeculi non iudicentur, sed apud presbyteros ecclesiae quicquid illud est dirimatur[c]). *Item in eadem*[2]. Neque enim iudicem aut cognitorem saecularium negotiorum hodie te ordinare vult Christus, ne[d]) prefocatus presentibus hominum curis non possis verbo Dei vacare. Haec[e]) vero[f]) opera, quae tibi minus congruere diximus[g]), exhibeant sibi invicem vacantes[h]) i. e. laici, et te nemo occupet ab his studiis per quae salus omnibus datur[i]).

C. 153. Ut res ecclesiae in sua potestate habeat episcopus et per presbyteros ac[a]) diaconos dispenset. In Can.[b])[1] apostolorum cap. XLI[c]).

Precipimus, ut in potestate sua res ecclesiae episcopus habeat. Si enim animae hominum pretiosae illi sunt creditae, multo magis oportet eum curam[d]) de pecuniis agere, ita ut potestate eius indigentibus omnia dispensentur per presbyteros et diaconos, et eum timore omnique sollicitudine ministrentur. Ex his autem quae indiget, si tamen indiget, ad suas necessitates et[e]) peregrinorum fratrum usus et ipse percipiat, ut nichil eis possit omnino deesse. Lex enim Dei precipit, ut qui altario descriviunt pascantur[f]) ex ipso, quia nec miles stipendiis propriis arma contra hostes assumit[g]).

C. 154. Ut[a]) si episcopus res habet proprias, cui vult derelinquat, non autem res ecclesiae. In[b]) Can.[1] apostolorum XL.

Sint manifestae res propriae episcopi, si tamen habet proprias, et manifestae Dominicae, ut potestatem habeat de propriis moriens episcopus, sicut noverit[c]) et quibus voluerit derelinquere[d]), ne[e]) sub occasione

---

C. 152. a) laici haec (hoc V_4) procurare debent *M*, V_2, V_3, V_4. b) *inscript. om.* V_2, *in marg. ead. man. suppl.* V_3, *al. man.* V_4. c) et omnino obediant statutis illorum V_4. d) nec *G*. e) *paucis verbis neglectis.* f) tantaque *Ps. Clem.* g) superius exposuimus *Ps. Clem.* h) dicentes *Ps. Clem.* i) et paulo post. Idcirco tu quidem — consequi possint. *add. Bb.*

1 Ps. Clemens c. 8, Hinsch. p. 33. 2 c. 4 p. 32.

C. 153. a) et *N*, V_2, *P*, *Ven.* b) *ex* cantico V_1, *P*; canone *Bb*, V_4. c) LI *N*, XL *Ven.*; *inscript. om.* V_2, *ead. man. add.* V_3 *in marg.* d) curam pecuniarum gerere *Dion.* e) ad *add. Dion.* f) de altari pasc. *Dion.* g) assumat *N*, V_1, *P*, sustulit *Dion.*

1 Versio Dionys., Voell. et Just. Bibl. t. I p. 115.

C. 154. a) *rubricae huius et sequentis capituli in N inter se transpositae sunt.* b) in canone . . . *Bb*, *inscript. om.* V_2, ex eod. cap. XL V_3 *(in marg.)*, V_4. c) voluerit *Can.* d) delinquere *N*, V_2 *J*. e) nec *Dion.*

1 Ex Can. apost. 40, vers. Dion. l. c.

ecclesiasticarum rerum quae episcopi[f] probantur interdicantur[g], fortassis enim[h] aut uxorem habet aut filios aut propinquos aut servos. Et iustum est hoc apud Deum et homines, ut nec ecclesia detrimentum patiatur ignoratione rerum pontificis, ne[i] episcopi vel[k] eius propinqui sub obtentu ecclesiae proscribantur[l] et in causas incidant qui[m] ad eum pertinent morsque[n] eius iniuriis infametur[o].

C. 155. Quod, si presbyteri, cum episcopus non est, de rebus ecclesiae quid vendiderint, ad ecclesiam revocetur[a]. In concilio Ancyrano [1] cap. XIIII.

Si quam[b] de rebus ecclesiae, cum episcopus non esset, presbyteri vendiderint, placuit rescisso contractu ad ius ecclesiasticum revocari. In iudicio autem episcopi erit constitutum[c], si precium recipi debeat nec ne, propter quod saepe contingit[d] distractarum rerum reditus ampliorem summam[e] accepto pretio reddidisse.

C. 156. Ut episcopus dispensandi res ecclesiasticas habeat potestatem, et eam non committat domesticis aut[a] propinquis vel fratribus[b]. Ex concilio Antiocheno[c] [1].

Episcopus ecclesiasticarum rerum[d] habeat potestatem ad dispensandum erga omnes qui indigent cum summa reverentia et timore Dei, participet autem et ipse quibus indiget, si tamen indiget, tam suis quam fratrum qui ab eo suscipiuntur in[e] necessariis usibus profuturis, ita ut in nulla qualibet occasione fraudentur iuxta sanctum Apostolum sic dicentem: 'Habentes victum et tegumentum his contenti simus'[f]. Quod si contentus I. Tim. 6, 8.
istis minime fuerit, convertat autem res ecclesiae in suos usus domestieos et eius commoda vel agrorum fructus non cum presbyterorum conscientia diaconorumque[g] pertractet, sed horum potestatem domesticis suis aut propinquis aut fratribus filiisque committat, ut per huiusmodi[h] personas occulte ceterae[i] laedantur[k] ecclesiae synodo provinciae poenas iste persolvat. Si autem et aliter accusetur episcopus aut presbyteri qui cum ipso sunt quod ea quae pertinent ad ecclesiam vel ex agris vel ex alia

---

f) esse *add. Dion.* g) intercidant *Dion.* h) enim *om. Bb.* i) nec episcopus *V₂, Dion.* k) nec *Dion.* l) *ex* pro ignorantiae *Ven.* m) quae *Dion.* n) moresque *V₁, P.* o) inflametur *mutat P,* iniuriis et malae famae subiaceat *Dion.*

C. 155. a) reconcilietur *N.* b) qua *V₁, P, Ven., Bb', Hinsch.,* quod *N, Merlin.* c) *deest Hinsch.,* si constitutum *Merlin.* d) distringit *P.* e) pro *add. vers. Hisp.*

1 Vers. Hispana, Hinschius (c. XV) p. 262, Merlin f. 61.

C. 156. a) atque. b) suis *add. V₁, P, Ven., V₂ et codd. alii.* c) cap. XXV *add. V₁, P, Ven., V₂ et alii.* d) *om. V₁, P.* e) *om. Ven., V₂, Dion.* f) sumus *N, Ven.* g) diaconorum neque *V₁, P.* h) huiuscemodi *V₁, P.* i) ceteri *G,* rei *V₂.* k) deleantur *N.*

1 Vers. Dionysiana, cap. 25, V. et J. Bibl. I p. 128.

qualibet ecclesiastica facultate sibimet usurpent[l]), ita ut ex hoc[m]) affligantur quidem[n]) pauperes, criminationi vero et blasphemiis tam sermo predicationis quam hi qui dispensant taliter exponantur; et hoc[o]) oportet corrigi sancta synodo id quod condecet comprobante.

C. 157.[a]) Pelagius[b]) [1] papa Cresconio illustri.

Illud magnitudinem tuam minime volumus ignorare, quod Syracusanae civitatis episcopus inter alia quae in cautionum suarum pagina spopondit. Hoc etiam specialiter sub interpositione poenae legitimae promisisse[c]) relegitur numquam se a quolibet diocesis suae presbytero ultra duos solidos cathedratici nomine petiturum nec per quamlibet aliam occasionem quicquam[d]) eius se[e]) dispendio esse gesturum. Quod[f]) magnitudo tua non solum de predicto episcopo sed[g]) de omnium episcoporum Siciliae personis competenti sollicitudine[h]) custodire non desinat, nec ipsa quoque prandia innormia fieri sed secundum mediocritatem imiuscuiusque loci episcopo ad consignationem venienti susceptionis parare convivium, quia nec eo pretextu pauperibus incuti dampna volumus aut qualibet ratione permittimus.

C. 158.[a]) Ut nullus episcoporum vel sacerdotum rem tituli sui usurpare presumat. In concilio Leonis quarti[b]) [1].

Item monemus et inrefragabiliter affirmamus, ut nullus episcoporum vel sacerdotum rem tituli sui usurpare presumat sed neque[c]) salarium a christianis sanctis locis oblatum causa amicitiae vel timoris aut muneris auferre pertemptet, ne[d]) ecclesia Dei ad nichilum redigatur. Quod qui facere presumpserit, ille episcopus vel sacerdos canonicam sine dubio subeat ultionem et quod ecclesiae iniuste ablatum est reddere compellatur[e]), ita ut deinceps nullas vires pro eis ad litigandum vel possidendum habere possint.

---

l) usurpet *corr. P.* m) *om. G.* n) quidam *corr. P.* o) hos *Dion.*

C. 157. a) *rubricam om. G, V_1.* Ut nullus in dioces. sua preter statuta sinat fieri dispendia vel immoderata convivia *P.* Quod ultra duos solides episcopus a presbytero petere non debet cathedratici nomine *Ven.* Quod Siracusani et ceteri Siciliae episcopi a quolibet dioecesis suae presbytero numquam ultra II sol. cathedratici nomine accipere debent *M, V_3.* Ut episcopo visitanti ecclesias prandia innormia non fiant *Bb.* b) Gelagius *G,* Gelasius *N.* c) religitur *G,* legitur *V_2, V_3.* d) in *add. V_1, P, Ven., V_2, V_3.* e) *om. V_2, V_3.* f) Quodsi *G.* g) *om. V_1, P, post inser. L.* h) *om. G.*

1 Pelagius I, Coll. Britannica ep. 12, Jaffé W. 984.

C. 158. a) *aliud capitulum praemittit Bb.* b) papae *add. V_2, V_3.* c) dominicatum *add. Ven.* d) nec *V_2.* e) *ita Ven.,* compellantur *G, N et alii.*

1 A. 853 celebrato, quo canones anteriores Eugenii II repetiti, complures additionibus aucti sunt. Hic autem canon (16) verbis ac sententia ab illo Eugenii papae (Mon. Germ. Conc. t. II p. 2, p. 574) aliquantum differt. Mansi t. XIV col. 1005. Jaffé-W. post 2636.

C. 159. Ut non liceat episcopo a sacerdote[a]) vel alio clerico[b]) vel a sanctis locis ultra statuta patrum quicquam exigere[c]). Item in concilio Leonis papae IIII.[d])[1]

Nulli episcoporum liceat a suciecto sacerdote vel alio quolibet clerico et piis locis dationes ultra statuta patrum exigere aut super posita in angariis inferre, sed cum sit optimus prospector[e]), ita prospiciat[f]), ut universae sibi oves commissae a se maxime alantur atque in necessitatibus adiuventur quam illicitis exactis dationibus opprimantur, quia[2] Dominus pascere et docere nos docuit et omnibus ministrare, non terrenis lucris vel avaritiis delectari.

C. 160.[a]) Quod non debent episcopi a suis clericis vel monachis aliquam pecuniam turpis lucri gratia expetere[b]). Ex VII Synodo[1] capit. IIII.

Predicator ecclesiae Paulus divinus apostolus acsi canonem ponens Ephesiorum presbyteris immo vero et omni sacratae plenitudini[c]) ita fiducialiter perhibuit[d]): 'Argentum et aurum aut vestem nullius concupivi, Act. 20,
omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos', 33. 35.
beatius existimans dare quam[e]) accipere. Propter quod et nos edocti ab eo diffinimus nullatenus episcopum turpis lucri gratia excogitare ad excusandas excusationes in peccatis[f]) expetere aurum vel argentum aut aliam speciem ab episcopis[g]) vel clericis vel[h]) monachis qui sub ipso sunt. Ait
enim Apostolus: 'Non[i]) debent filii parentibus thesaurizare sed parentes II Cor. 12, 14.
filiis', et[k]) apostolus Petrus: 'Pascite qui in vobis est gregem Dei non I Petr.
coacte sed spontanee secundum Deum non turpis lucri gratia[l]) neque 5, 2-4.
dominantes in clero sed forma facti gregis[m]), et[n]) cum apparuerit princeps pastorum percipietis[o]) inmarcessibilem[p]) coronam'.

C. 159. a) a sacerdote *om. G.* b) clero *N, Ven,* c) De impietate prelatorum *in marg. rubro colore aduotat P.* d) in concilio eiusdem Leonis (papce V_3) IIII V_2 *et* V_3 *in marg.* e) perspector V_1, *P, Ven., Bb'.* f) *ita N,* perspiciat *G et alii.*

[1] V. notam ad cap. praeced. Mansi t. XIV col. 1007. [2] 'quia — delectari' est additio Leonis IV ad cap. 26 Eugenii II, Mansi t. XIV col. 1012.

C. 160. a) *cap. Urbani papae II praemittit Bb.* b) exigere V_2. c) multitudini *Anast.* d) dicens *add. Anast.* e) quam accipere *deest Anast.* f) *add. Anast.* g) a (ab *P*) presbyteris V_1, *P.* h) aut *Anast.* i) *priore parte versus omissa.* k) *post aliqua.* l) sed prompte *add. Anast.* m) gregi *Bb.* n) ut V_1, *P.* o) percipiatis V_1. p) gloriae *add. Bb', Anast.*

[1] Conc. Nicaeni II a. 787, vers. Anast., cap. IV, Mansi t. XIII col. 422.

C. 161.[a]) Quod non licet[b]) episcopo res in episcopatu adquisitas alienare sed quas antea[c]) habuerit cui vult iudicare. Gregorius[1] Deus dedit episcopo Mediolanensi.

Nulli[d]) est dubium quia, sicut sacerdotibus res in episcopatu[e]) adquisitas nulla est alienandt licentia, ita et deis quas antea[f]) habuerint, quicquid iudicare voluerint non vetantur.

C. 162.[a]) Quod[b]) non licet episcopo cimilia et vasa sacrata[c]) vel cetera alienare, nisi pro redemptione captivorum. Ex VII Synodo[1] universali.

Apostolicos et paternos canones renovans haec sancta et universalis synodus definivit, neminem prorsus episcopum vendere vel utcumque[d]) alienare similia et vasa sacrata excepta causa olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet quae[e]) accipiuntur iu redemptionem[f]) captivorum. Sed nec tradere salaria ecclesiarum in enphyteutica pacta nec alias rusticas possessiones venundare ac per hoc ecclesiasticos reditus laedere, quos ad propriam utilitatem et ob[g]) escam pauperum et peregrinorum sustentationem esse decernimus. *Et paulo post.* Quisquis autem apparuerit post hanc[h]) diffinitionem nostram contrarium quid huic sanctae ac[i]) universali synodo agere, deponatur ut prevaricator divinarum legum et preceptorum, cassata videlicet omnino quae facta est in scriptis vel sine scriptis ab episcopo venditione vel emphiteutica traditione aut[k]) alia quavis alienatione cimiliorum scilicet et salariorum locorum. Qui vero emerit aut perceperit aliquid ex predictis cimiliis vel salariis et non restituerit ecclesiae iterum[l]) quae ecclesiae sunt, vel[m]) non reddiderit ad incidendum cartam venditionis[n]) vel enphyteuseos sit anathema, usque dum fecerit quod ab hac sancta et universali synodo confirmatum est. Si autem episcopus convictus fuerit construxisse monasterium de ecclesiasticis reditibus, tradat eidem ecclesiae ipsum monasterium.

C. 161. a) *Cap. Gregorii papae VII sub num. 174 antecedit in Bb'.* b) liceat *M.* c) ante *V_1, P, Ven.* d) nullum *Bb'.* e) episcopatum *P.* f) *om. N,* ante *V_1, P, Ven., Greg.*

1 Ex Registr. Greg. XII 14, t. II p. 361, Jaffé-W. 1864.

C. 162. a) *cap. Ex concil. Cartag. hoc antecedit in Bb.* b) *rubr. cap. 160 repet. N.* c) sacra *V_1.* d) ut quocumque *V_2 J.* e) *om. P.* f) receptione *N, P.* g) ad *Ven.* h) *om. G.* i) et *V_1.* k) vel *Mansi.* l) tamen *N.* m) *om. Bb'.* n) evend. *G, V_2,* e *delesse videtur Ven.*

1 Immo Conc. Constantinopolit. IV a. 869, c. 15, vers. Anastas., Mansi t. XVI col. 168.

C. 163.[a]) Ut per singulos gradus ad ordinem suum ascendat episcopus[b]).

Gaius[c]) [1] natione Dalmata[d]) ex genere Dioclitiani constituit, ut ordines omnes in ecclesia sic acciperet[e]) qui episcopus esse mereretur, ut esset[f]) hostiarius lector exorcista[g]) subdiaconus diaconus presbyter, exinde episcopus ordinaretur. Hic[h]) per regiones divisit diaconos.

C. 164. De Marcellino papa qui coactus thurificavit et[a]) postea martyr factus est.

Marcellinus [1] natione Romanus ductus est a Dioclitiano ut turificaret, quod et fecit; et post paucos dies poenitentia ductus cum quibusdam aliis martyrio coronatur. Qui[b]) coniuravit Marcellum presbyterum, dum pergeret ad passionem suam, ut precepta Dioclitiani numquam[c]) impleret. Ab eodem die cessavit episcopatus[d]) annos XII[e]), menses VI, dies XXV[f]) persequente Dioclitiano Christianos.

C. 165. Ut omni die dominico et nataliciis martyrum Gloria in excelsis Deo[a]) dicatur[b]).

Symmachus[1] natione Sardus sedit annos XV, menses VII[c]) dies XXVII, hic in Decembri et in Februario in urbe Roma ordinavit presbyteros XCII, diacones XVI, episcopos CX et VII per diversa loca et constituit[d]), ut omni die dominico vel nataliciis martyrum 'Gloria in excelsis Deo' hymnns diceretur.

C. 166. Quod presbyteri simul cum papa canonem in festis dicunt. Ex R o m a n o [1] O r d i n e[a]).

In diebus autem[b]) festis i. e. pascha, pentecoste, sancti Petri, natalis[c]) Domini presbyteris cardinalibus archidiaconus porrigit unicuique eorum

---

C. 163. a) *aliud capit. praemittit Bb'.* b) Ex pontificali *inscrib. V_2.* c) Gagius *codd. A^2.* d) Dalmatia *G, ex quo corr. N.* e) ascenderetur, si quis ep. *Lib. pont.* f) etiam *G, N.* g) acolitus *add. V_1, P,* sequens *add. Lib. pont.* h) hic regiones (regionis *P*) div. diaconis *V_1,* hic regiones dividit diaconibus *Lib. pont.*

1 Liber pontific. p. I p. 39.

C. 164. a) *haec om. N,* Ex lib. pontificali *in marg. addit Ven.* b) quem coniurans b. Marcellinus Marcell. *Lib. pontif.* c) non *Lib. pontif.* d) episcopatum *Lib. pontif.* e) VII *Lib. pontif.* f) XXVII *Bb'.*

1 Liber pontific. p. I p. 41, compendiatus.

C. 165. a) *om. G.* b) cantetur *V_2, V_3.* c) VI *G.* d) *in Libro pontif. hoc constitutum praecedit notitiam de ordinationibus.*

1 Cap. ex Libro pontific. de Symmacho p. I p. 120, 125, excerptum.

C. 166. a) Ord. Rom. *V_1 et alii codd.* b) *om. Mab.* c) nativitatis *Ordo.*

1 Ordo Rom. I c. VIII n. 48 breviatum, Mabill. Mus. Ital. t. II p. 29.

oblatos III et antecedente[d]) pontifice ad altare dextraque[e]) levaque circumdant altare et simul cum illo canonem dicunt, ut vox[f]) pontificis valentius audiatur et simul[g]) consecrant corpus et sanguinem Domini.

C. 167. De benedictione chrismatis et sacri olei. In[a]) Ordine[1] eodem de chrismate.

Antequam dicatur: 'Per quem haec omnia Domine semper bona creas' exorcizet et benedicat pontifex oleum[b]) tam ad infirmos quam ad energuminos[c]) et[d]) ipse et[e]) omnes presbyteri, qui adsunt, ut tantum possit audiri a circumstantibus. *Et infra*[2]. Duodecim presbyteri sint testes et adiutores[f]) sacrosancti[g]) chrismalis[h]) ministerii, ita ut diaconi post dorsum episcopi stent, presbiteri vero[i]) a dextris et a sinistris.

C. 168. Quod non licet episcopo[a]) abesse per tres septimanas ab ecclesia sua. Ex concilio Sardicensi cap. XIIII.

Osius episcopus dixit: Memini superiori concilio fratres nostros constituisse, ut si quis laicus in ea in[b]) qua moratur[c]) civitate tres dominicos dies i. e. per tres septimanas non celebrasset conventum, communione privaretur. Si haec circa laicos constituta sunt, multo magis episcopum[d]) nec licet nec decet, si nulla sit tam[e]) gravis necessitas, quae detineat ut amplius a suprascripto tempore absens sit ab ecclesia sua. Universi[f]) dixerunt placere sibi.

C. 169. Quod non licet alicui relicta principali cathedra ad aliquam in diocesi ecclesiam se conferre. Ex concilio Africano[1] cap. XXXVIII[a]).

Rursum placuit ut nomini sit facultas relicta principali cathedra ad aliquam ecclesiam in diocesi constitutam se conferre vel in re propria diutius[b]) quam oportet constitutum curam vel frequentationem propriae cathedrae neglegere.

---

d) accedente V_1, *P, Ven., Bb', Ordo.* e) dextra V_2. f) vos V_1, *L*, vos *ex* nos *P.* g) cum illo *add. N.*

C. 167. a) *inscriptio deest* V_2. b) *loco:* oleum — energumenos *est* illud *in Ord.* c) inerguminos *P*, ungendos *est addendum ex Ord.* d) tam ipse quam *Ordo.* e) *om.* V_1, *P.* f) adiut. eiusdem misterii *Ordo.* g) sacri *Bb'.* h) crismatis *N*, sacrosancti christiani talis vel ministerii V'_4. i) stent *add. P.*

1 Ordo Roman., Maxima Bibliotheca veterum patrum, Lugd. 1677, t. XIII p. 687 C. 2 p. 688 C.

C. 168. a) ab ep. *N.* b) *om.* V_1, *P.* c) commoratur *Dion.* d) episcopo *Dion.* e) *om. Ven.* f) Universi — sibi *om.* V_1, *P, Bb.*

1 Versio Dionys. V. et J. Bibl. t. I p. 140.

C. 169. a) XXXVII V_1, *P.* b) i. e. plus quam per III septimanas *postea suprascrips. P.*

1 ex Conc. Carthag. a. 401, mens. Septembris die 13 celebrato, conc. Carthag. a. 419 c. 71 in collect. Dionys., V. et J. Bibl. t. I p. 157, Maassen, Gesch. § 143.

C. 170. Ut episcopus in saecularibus causis non occupetur. Gregorius[1] Romano defensori.

Perlatum ad nos est reverentissimum fratrem nostrum Basilium[a]) episcopum velut[b]) unum de laicis[c]) in causis saecularibus[d]) occupari et pretoriis inutiliter observire[e]). Quae res quoniam et ipsum vilem reddit et reverentiam sacerdotalem adnichilat, statim ut experientia tua hoc preceptum susceperit, eum[f]) ad revertendum districta executione compellat, quatemus ei[g]) illic te insistente quinque diebus sub qualibet excusatione[h]) immoravi non liceat, ne si[i]) quolibet modo eum ibidem[k]) amplius moram habere permiseris, cum ipso apud nos graviter incipias esse culpabilis.

C. 171. De eadem re. Gregorius[1] Anthemio subdiacono.

Pervenit ad nos Pimenium[a]) Amalphitanae civitatitis episcopum in ecclesia[b]) residere non esse contentum sed foris per loca diversa vagare[c]). *Et infra.* Id circo hac tibi auctoritate precipimus, quatimus hoc de cetero facere non presumat, sed in ecclesia sua sacerdotali more resideat, quem si forte non emendare[d]) post tuam interminationem cognoveris, in monasterium[e]) eum deputare et nobis[f]) curabis modis omnibus indicare, ut quid facere debeas nostra iterum preceptione cognoscas.

C. 172. Quod episcopus neglegens non debet esse sed studiosus circa filios et pauperes. Gregorius[1] Anthemio subdiacono Campaniae.

Pervenit ad nos fratrem et coepiscopum nostrum Paschasium[a]) ita desidem et[b]) neglegentem in cunctis existere, ut in nullo quia est episcopus agnoscatur, adeo ut neque ecclesia ipsius neque monasteria sive filii vel oppressi pauperes eius erga se dilectionis studium sentiant nec aliquam[c]) supplicantibus sibi in quibus iustum est opem defensionis accommodet et, quod adhuc dici est gravius, consilia[d]) sapientium et recta suadentium nulla patiatur ratione suscipere, ut quod per se nequit attendere ab altero saltim possit addiscere. *Et infra.* Quod si[e]) ita est non sine tua culpa esse cognoscas qui eum obiurgare atque coercere ut dignum est distulisti. *Et paulo post.* Volumus ut eum coram aliis sacer-

---

C. 170. a) Blasium *V₁, P.* b) *ex* veludN *post corr.* velut *Ven.* c) ultimis *Hartm.* d) *deest Hartm.* e) observire *Hartm.* f) *exceptis G, N add.* ita *codd., Greg.* g) et *V₁, P.* h) *in* executione *corr. G.* i) sine *V₁, L, ex* sine *corr. P.* k) quam V diebus *post suprascripsit P.*

1 Registr. X 4, t. II p. 239, Jaffé-W. 1771.

C. 171. a) Pigmenium *N.* b) sua *add. V₁, P, Ven., V₂, V₃, Bb, Greg.* c) *in* vagari *corr. M.* vagari *Ewald.* d) emendari *Ewald.* e) monasterio *Greg.* f) hoc *add. Ewald.*

1 Registr. VI 23, t. I p. 401, Jaffé-W. 1403.

C. 172. a) Pascas. *codd.* b) neglegentemque *Greg.* c) in *add. V₂, V₃.* d) solacia *N.* e) *om. V₁, post inser. P.*

1 Registr. XIII 29, t. II p. 393, Jaffé-W. 1894.

dotibus vel quibusdam de filiis suis nobilibus contestari pro[f]) hac re debeas et[g]) hortari[h]). Si[i]) vero, quod non credimus, post hanc adhortationem nostram solito adhuc more neglegens esse temptaverit, ad nos est modis omnibus transmittendus, ut hic positus discere possit quid vel qualiter, secundum Dei[k]) timorem agere conveniat sacerdotem.

C. 173.[a]) De eadem re. Gregorius[1] Anthemio subdiacono Campaniae, post[b]) pauca.

Quia ergo nuntiatum est nobis Campaniae episcopos iia neglegentes existere, ut immemores honoris sui genio[c]) neque erga ecclesias neque erga filios[d]) paternae vigilantiae curam exhibeant vel monasteriorum sollicitudinem gerant seu in oppressorum[e]) seu[f]) tuitionem pauperum impendant, ideoque hac tibi auctoritate precipimus, ut eis ad te convocatis et[g]) ex nostro illos mandato[h]) vel[i]) districte commoneas, quatimus ita[k]) in his quae eos iuste secundum Deum agere convenit vigilantes existant, ut nullum nos de eis denuo murmur exasperet. Si quem vero eorum post[l]) haec neglegentem esse cognoveris, ad nos eum sine aliqua excusatione transmitte, ut, quam sit grave nolle ab his quae reprehensibilia et valde vituperanda sunt corrigi, regulari in se valeat districtione sentire.

C. 174.[a]) Quod papae primum collobiis usi sunt quae postea in dalmaticas commutata sunt. Ex[1] historia Eusebii episcopi Caesariensis.

A sancto Silvestro et presbyteris[b]) eius colobiorum usus sumpsit initium et Marcus et Julius et Liberius eo ordine usi sunt. Post hos autem colobia in dalmaticis commutata sunt, visum est enim melius huic proposito convenire quod accuratius magis aspectibus placere valeat[c]).

C. 175. Quod non licet episcopo vel abbati res ecclesiae principibus tribuere aut propinquis nisi ut[a]) pauperibus. Ex eadem[1] cap. XII.

Quisquis episcopus vel abbas inventus fuerit de salariis episcopii vel[b]) monasterii transferre quicquam[c]) in principum manus vel etiam alii

---

f) pro hac re *om. Greg.* g) ac *Greg.* h) exhortari *P, Ven.* i) *post pauca.* k) *om. G.*

C. 173. a) *hoc cap. deest* V_2. b) post pauca *om. N.* c) ingenio *N*, V'_4. d) suos *add. Greg.* e) opprossione *N.* f) se *Greg.* g) deest *Greg.* h) man. V_1, *corr. P.* i) *om.* V_1, *P, Greg.* k) *post pauca.* l) posthac *Greg.*

1 Registr. XIII 31, t. II p. 395, Jaffé-W. 1896.

C. 174. a) *in M aliud capit. praecedit.* b) vel diaconibus *addas ex Mombr.* c) populorum *add. Mombr.*

1 V. Mombritius, nova ed. Paris. 1910, t. II p. 509; Duchesne Lib. pont. I p. 189 n. 21.

C. 175. a) *om. N.* b) sive *Anast.* c) quicquam — conferre *om. Ven.*

1 Immo concil. Nicaenum II a. 787, vers. Anastas., Mansi t. XIII col. 432.

personae conferre, irritum sit[d]) quod datum esse[e]) constiterit secundum canonem sanctorum apostolorum[2], qui dicit[f]): 'Omnum ecclesiasticarum rerum episcopus habeat sollicitudinem et dispenset eas tamquam Deo contemplante; non licere[g]) autem ei fraudare quicquam ex illis vel cognatis propriis donare quae Dei sunt. Quodsi pauperes fuerint, ut pauperibus largiatur, sed non sub horum[h]) occasione quae sunt ecclesiae defraudentur'. Quodsi[i]) excusationem pretenderint damnum facere et nichil ad profectum agrum existere, nec sic principibus[k]) tribuatur ager vel locus, sed clericis vel agricultoribus. Quod si calliditate usus fuerit princeps[l]) et a colono vel clerico emerit[m]) agrum, etiam sic sit irrita venditio, et restituatur episcopio vel monasterio, et episcopus vel abbas hoc faciens abiciatur tamquam[n]) qui dispersit[o]) quae non collegit.

C. 176. Quod non licet episcopos vel clericos claris vestibus ornari. Ex eadem[1] cap. XVI.

Omnis iactantia et ornatura corporalis aliena est a sacrato ordine. Eos ergo episcopos vel clerieos qui se fulgidis et claris vestibus ornant emendari oportet. Quodsi in hoc permanserint, epitimio tradantur, qui[a]) vero inventi fuerint deridentes eos qui vilibus vestimentis et religiosis amicti sunt per epitimium corrigantur. Scriptum[b]) est enim: 'Qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt'. Matth. 11, 8.

C. 177. Quod nichil facilius sed apud Deum dampnabilius, quam sacri[a]) ordines si secundum homines agantur, si vero secundum Deum[b]) nichil difficilius et beatius. Ex epistola Augustini[1] ad Valerium.

Nichil est in hac vita et maxime hoc[c]) tempore facilius et laetius et hominibus acceptabilius[d]) episcopi aut presbyteri aut diaconi officio, si perfunctorie[e]) atque[f]) adulatorie res agatur[g]). Sed nichil apud Deum miserius et tristius et damnabilius. Item nichil est in hac vita et maxime hoc tempore difficilius laboriosius periculosius[h]) episcopi[i]) presbyteri et diaconi officio, sed apud Deum nichil beatius, si eo modo militetur, quo noster imperator iubet. Quis autem[k]) sit modus, nec a pueritia mea[l])

---

d) *om. G.* e) est *P.* f) dixit V_1. g) liceat *Anast.* h) eorum *Anast.* i) et excus. si pret. *Anast.* k) qui per loca illa sunt *add. Anast.* l) prius. et *om. Anast.* m) princeps *hic add. Anast.* n) *post pauca.* o) dispergit V_1, *P*, *Ven.*, V_2, V_3, *Bb*, *Anast.*

2 Can. apostol. 39.

C. 176. a) *post pauca.* b) *pro:* Script. e. en. *alia quaedam add. Anast.*

1 Conc. Nicaen. II. Mansi t. XIII col. 439.

C. 177. a) *om. Pm.* b) *om. G, Pm.* c) in hoc V_1. d) acceptabilis V_2. e) superfunctorie *N.* f) aut *G.* g) aguntur *G.* h) *om. N.* i) ep. aut presb. aut diac. *Aug.* k) iste *add. Aug.* l) *deest Aug.*

1 Augustini epist. 21 rec. A. Goldbacher, Corp. Script. eccles. lat. Vindob. 1895, Vol. 33, p. 49.

nec ab adolescentia[m]) didici, et eo tempore quo discere coeperam, vis michi facta est merito peccatorum meorum. Nam quid aliud existimem[n]) nescio, ut secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui postremum[o]) tenere non noveram.

C. 178. Quod boni principes ecclesias[a]) debent aedificare et sacerdotes tueri et honorare. Marcellus[1] episcopus sanctae catholicae et apostolicae ecclesiae urbis Romae Maxentio.

Boni principis ac religiosi[b]) est ecclesias contritas atque conscissas[c]) restaurare novasque[d]) aedificare et Dei sacerdotes honorare atque tueri. Unde sanctos apostolos eorumque successores sub divina contestatione[e]) constitutos[f]) precepisse legimus non debere[g]) fieri persecutiones nec inferri fluctuationes nec invidere laborantibus dominico in agro nec[h]) expelli aeterni regis dispensatores.

C. 179.[a]) Gregorius Mauricio imperatori[b]).

In divinis eloquiis sacerdotes aliquando dii aliquando angeli vocantur, nam per Moysen de eo qui ad iuramentum deducendus est dicitur:
Exod. 22, 8. 'Applica illum ad deos', videlicet ad sacerdotes; et rursum scriptum est:
Ibid. 28. 'Diis non detrahes', scilicet sacerdotibus; et Propheta ait: 'Labia sacer-
Malach. 2, 7. dotis custodiunt[e]) scientiam'. *Et*[f]) *reliqua.* Quid ergo mirum, si illos imperialis[g]) pietas honoret[h]), quibus in suo eloquio honorem tribuens eos aut angelos aut deos ipse etiam appellat Deus?[i]) Ecclesiastica quoque testatur historia, quia cum piae memoriae Constantino principi scripto oblatae accusationes contra episcopos fuissent, libellos quidem[k]) accepit et eosdem qui accusati fuerant episcopos convocans in eorum conspectu libellos, quos acceperat, incendit dicens: 'Vos dii estis a vero[l]) deo constituti; ite et inter vos causas vestras disponite, quia dignum non est, ut

---

m) *add. Aug.* n) aestimem *codd.* A², te *add. G.* o) post re V_1, postre tenere *super* re *et* te *scripto* mum *L*, postremo *P*, remum *Aug.*

C. 178. a) non *male add.* V_2, *sed. om. in tab. rubr.* b) regis *Hinsch.* c) scissas *Ps. Marc.* d) novas *Hinsch.* e) constitutione *Ven.* f) constituisse *Hinsch. pro* const. precepisse. g) deberi *Hinsch.* h) neque expellere *Ps. Marc.*

1 Ps. Marcellus c. 7, 8, p. 226, 227.

C. 179. a) Rubr. *om. G*, V_1, *in tab. rubr. etiam P.* Quod sacerdotes ab imperatoribus honorandi sunt, cum dii vel angeli vocentur. *N, P.* Quod sacerdotes dii et angeli vocati sunt. *Ven.* De eadem re. *M*, V_2, *Bb'.* b) lib. 4 ep. 31 *add.* V_1 *in marg. man. rec. ex ed. P. Goussainville.* c) *om. G, N.* d) detrahas V_1, *P.* e) custodient *Ewald.* f) *pro* et reliqua: et legem requirunt (requirent *Greg.*) ex ore eius quia angelus domini exercituum est *inser. man. poster. P in marg.* g) in parabolis *N*, vestra *Greg.* h) dignetur honorare *Greg.* i) *om. G.* k) accusationis *add. Greg.* l) *om. G.*

1 RegIstr. V 36, t. I p. 318, Jaffé-W. 1359.

uos iudicemus deos'. In qua sententia[m]) sibi magis ex humilitate quam illis aliquid prestitit ex reverentia inpensa. Ante eum[n]) quippe[o]) pagani in republica principes fuerunt, qui verum Deum nescientes deos ligneos et lapideos colebant et tamen eorum sacerdotibus honorem maximum tribuebant[p]). Quid igitur mirum, si christianus imperator veri Dei sacerdotes honoret[q]), dum pagani, ut prediximus[r]) principes honorem impendere >eorum< sacerdotibus[s]) noverunt[t]) qui[u]) ligneis et lapideis[v]) serviebant. Haec ergo non[w]) tantum specialiter quantum generaliter pro omnibus asserimus sacerdotibus, quoniam adhuc nescimus, quis in terribili Dei iudicio qualis futurus sit. Etenim[x]) Paulus egregius predicator dicit: 'Nolite iudicare ante tempus, quoad[y]) usque veniat Dominus' et reliqua. I Cor. 4, 5.
Nam[z]) sunt multa quae de iudicio illius homines ignorant, quia fortasse quae vos laudatis ille reprehendit, et quae vos reprehenditis ille laudabit.

C. 180. Quod episcopi ad saeculares iudices non debent confugere. Gregorius[1] Constantinae Augustae. Post multa alia.

Etsi[a]) episcoporum causae mihi commissorum apud piissimos dominos aliorum patrocinio disponuntur, infelix ego in ecclesia ista quid facio? Sed ut episcopi mei me despiciant et contra me refugium ad saeculares iudices habeant, omnipotenti Deo gratias ago, peccatis meis deputo. Hoc[b]) tamen breviter suggero quia[c]) aliquantulum expecto, et si ad me venire[d]) distulerit[e]), exercere in eos[f]) districtionem canonicam nullo modo cessabo.

C. 181. Ut laicus episcopum sub digna custodia dirigat. Pelagius[a])[1] papa Johanni magistro militum.

Paterno vos salutantes affectu petimus, ut si prodesse[b]) catholicae paci contenditis >ad[c]) papam< Paulinum Forosimphroniensem[d]) pseudo episcopum ad nos sub digna custodia dirigatis. Satis enim turpe est ut[e]) vestram vivacitatem illic positam[f]) illudere glorietur et nec[g]) comprimi a vobis nec detineri posse >ad< suam superbiam iactet. Nolite ergo inul-

---

m) pie domine *add. Greg.* n) enim *Ven.* o) quique *Ewald.* p) retribuebant *N.* q) dignetur honorare *Greg.* r) praedixi *Greg.* s) honorem maximum *add. Ven.* t) noverint V_2. u) diis *add. Greg.* v) lapidibus *G.* w) pietati dominorum non pro me sed pro sacerdotibus suggero *et post aliqua:* Nam adhuc nescimus, quis ibi qualis sit *Greg.* x) et *Greg.* y) donec *Greg.* z) *post pauca,* Et *Greg.*

C. 180. a) si *Bb'*, et si *Greg.* b) *signum notae appon. Ven.* c) qui *G.* d) diu *add. Ewald.* e) *ita N,* distulerint *G,* V_1 *et alii.* f) eo *Greg.*

1 Registr. V 39, t. I p. 329, Jaffé-W. 1352.

C. 181. a) Gelasius *G, N.* b) praedictae *Thein.* c) ad pap. *om. Ven.* d) Forosiensem *N,* Forosimproniensem *Bb', Thein.* e) se *add. Thein.* f) devotione posita glor. *Thein.* g) sic *Thein.*

1 Pelag. I, Theiner, Disquis. crit. p. 203, Jaffé-W. 952.

tam[h]) et in vestris prorumpentem iuniuriis contumaciam vagari permittere, sed praefatum pseudoepicopum vestrorum[i]) hominum sollicitudine detentum ad nos, sicut dictum est, dirigere festinate.

C. 182. Ut scismatici per publicas potestates opprimantur. Pelagius[a])[1] Narsae patricio.

De Liguribus atque Veneticis[b]) et Istriis episcopis quid dicam, quos idonea est excellentia vestra et ratione et potestate reprimere, et dimittitis eós in contemptum apostolicarum sedium de sua rusticitate gloriari, cum si quid eos de iudicio universalis synodi, quod in Constantinopolim per primam nuqer elapsam indictionem[c]) actum est, forte movebat, ad sedem apostolicam quomodo semper factum est electis aliquibus de suis qui dare et accipere rationem possint dirigere debuerunt[d]) et non clausis oculis corpus Christi Dei nostri, hoc est sanctam ecclesiam, lacerare. Nolite ergo dubitare huiuscemodi homines principali vel iudiciali auctoritate comprimere, quia regulae[2] patrum hoc specialiter constituerunt, ut si qua ecclesiastici[e]) officii persona, cui subiectus est, restiterit vel seorsum collegerit, aut aliud altare erexerit seu scisma fecerit, iste[f]) excommunicetur atque damnetur. Quod si forte et[g]) hoc contempserit, sed permanserit divisiones et scismata faciendo, per potestates publicas opprimatur. Ecce, domine[h]), quia animus[i]) vester forte timidus est, ne persequi videaris, de patrum vobis auctoritate haec vobis breviter dirigenda curavi, cum mille alia exempla et constitutiones sint, quibus evidenter agnoscitur, ut facientes scissuras in sancta ecclesia non solum exiliis sed proscriptione rerum et dura custodia per publicas potestates debeant coerceri.

C. 183.[a]) Ut cum his qui in clero sunt mulieres non habitent nisi mater vel soror vel amita, et in quibus nulla sit suspicio. Ex concilio Niceno[1] cap. III.

Interdixit per omnia magna synodus non episcopo non presbytero non diacono nec alicui omnino qui in clero est[b]) subintroductam habere mulierem, nisi forte matrem aut sororem aut amitam vel eas tantum personas quae suspiciones effugiunt.

---

h) multam *N*, V_2, *Thein.*, in altera *L*. i) nostroram *N*.

C. 182. a) Gelasius *N*. b) veneficis *N*. c) indicionem *Ven.*, V_2. d) debuerint V_1. e) ex ecclesiastica *corr. Ven.* f) ille *N*. g) *om. G.* h) de *sequitur lacuna in G,* quidem *Bb'*. i) *signum notae appon. Ven.*

1 Pelagius I, Coll. Britann. epist. 47, Jaffé-W. 1019. 2 Cf. conc. Antiochen. c. 5.

C. 183. a) *abest cap. totum hoc loco a* V_2, V_3, *item capp. 184, 185.* b) licere *add. Dion.*

1 Conc. Nicaen. I c. 3, vers. Dion., V. et J. Bibl. t. I p. 116.

C. 184. Quod[a]) periculosum est sacerdotibus habitare cum sororibus, quia quae cum sorore sunt, non omnes sunt sorores. Gregorius[1] Romano defensori.

Si qui[b]) episcoporum quos commissi[c]) tibi patrimonii finis includit cum mulieribus degunt, hoc ut[d]) omnino compescas iubemus et de aetero illic eas habitare nullo modo[e]) patiaris, exceptis eis quas sacrorum eanonum censura permittit i. e. matrem[f]) amitam[g]) germanam[h]) et alias[i]) huiuscemodi[k]) de quibus prava non possit esse suspicio. Melius tamen facient[l]), si se etiam ab[m]) illa cohabitatione contineant. Nam legitur quod beatus Augustinus[n]) nec cum sorore habitare consenserit dicens: 'Quae cum sorore mea sunt, sorores meae non sunt'. Docti ergo[o]) viri cautela magna[p]) nobis debet esse instructio[q]). Nam incautae presumptionis[r]) est, quod fortis pavet minus validum non timere. Sapienter enim illicita superat, qui didicerit etiam non uti concessis[s]).

C. 185. Quod lex continentiae[a]) eadem est altaris ministris quae episcopis atque presbyteris. Leo[1] papa[b]) Rustico Narbonensi episcopo.

Lex continentiae eadem et altaris ministris quae episcopis atque presbyteris. Qui cum essent laici sive lectores, licito et[c]) uxores ducere et filios procreare potuerunt, sed cum ad predictos pervenerint[d]) gradus, coepit non licere eis quod licuit: unde ut[e]) de carnali[f]) fiat spirituale coniugium, oportet eos nec dimittere uxores et quasi non habeant sic habere, quo et salva sit caritas connubiorum et cesset[g]) operatio nuptiarum.

C. 186. De falsis et apocryphis libris, ut in usu lectionis non habeantur. Leo[1] episcopus Turibio[a]) Asturiensi[b]) episcopo salutem.

Curandum est et sacerdotali diligentia maxime providendum[c]) ut falsi[d]) codices et a sincera[e]) veritate discordes in nullo usu lectionis habeantur,

---

C. 184. a) Quod sacerdotes cum mulieribus non habitent, praeter quas canonum censura permittit, *M, V*$_2$. b) *ita V*$_1$*, P, Bb, 10, 12, Greg.*, quis *G, N, Coll. min.* c) commisi *5, 10.* d) *om. Coll. min., Greg., at est in 3, 4, 6, 12.* e) ullo modo non *N, V*$_1$*, P, Coll. min.*, nullo modo non *G.* f) matre *Greg.* g) amita *Greg.* h) germana *Greg.* i) aliis *Greg.* k) huiusmodi *N, 3. 4, 5, 6, 12.* l) faciunt *3, 11, 12, Greg.* m) a talium *Greg.* n) *signum notae apponit Ven.* o) vero *codd. A*^{2}, igitur *Bb.* p) magis *V*$_1$*, corr. P.* q) constructio *N.* r) constructionis *5.* s) et post pauca. Preterea tuae curae — commoneant *add. Bb'.*

1 Registr. IX 110, t. II p. 116, Jaffé-W. 1636; Coll. min. c. 173.

C. 185. a) abstinentiae *Ven.* b) episcopus *Bb.* c) *om. N.* d) pervenerunt *Baller.* e) et *P.* f) carnale *V*$_1$*, P.* g) esse sed *N.*

1 Epist. 147 c. 3, Baller. t. I col. 1421, Jaffé W. 544.

C. 186. a) Tiburtio *N.* b) Auguriensi *N,* Austnriensi *V*$_1$*, P.* c) previd. *G.* d) falsati *V*$_1$*. P, Bb, Leo.* e) vera sinceritate *N.*

1 Epist. ad Turribium Asturicensem episc., 15 c. 15, Baller. t. I col. 706, Jaffé-W. 412.

apocryphae autem scripturae quae sub nominibus apostolorum multarum habent seminarium[f]) falsitatum, non solum interdicendae sunt sed etiam penitus auferendae et[g]) ignibus concremandae. Quamvis enim sint in illis quaedam quae videantur speciem habere pietatis, nunquam tamen vacua sunt venenis, sed[h]) per fabularum illecebras hoc[i]) latenter operantur, ut mirabilium narrationibus seductos laqueis cuiuscumque erroris involvant. Unde si quis episcoporum vel apocrypha habere[k]) per domos non prohibuerit vel sub canonicorum codicum[l]) nomine eos libros[m]) in ecclesia legere[n]) qui Priscilliani[o]) adulterina sunt emendatione corrupti[p]), haereticum se noverit iudicandum, quia[q]) qui alios ab errore non revocat se ipsum errare demonstrat.

C. 187.[a]) Qui libri sint[b]) legendi. Gelasius[1] papa in synodo episcoporum LXX.

Opuscula atque tractatus omnes[c]) diversorum patrum orthodoxorum, qui in nullo a sanctae Romanae ecclesiae consortio deviaverunt nec ab eius fide vel predicatione seiuncti sunt, sed ipsius communionis[d]) usque in ultimum diem vitae suae fuerunt participes, legenda[e]) decernimus. *Et post pauca*[2]. Item gesta sanctorum martyrum qui multiplicibus tormentorum cruciatibus et mirabilibus confessionum triumphis irradiant. Quis ista catholicorum dubitet et maiora eos in agonibus fuisse perpessos nec suis viribus sed Dei gratia et adiutorio universa[f]) tolerasse? Sed ideo secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in sancta Romana ecclesia non leguntur, quia et eorum qui scripsere[g]) nomina penitus ignorantur et ab infidelibus[h]) aut[i]) dictis ⟨l. idiotis⟩ superflua aut minus apta, quam rei ordo fuerit, esse putantur. *Et post aliqua*[3]. Cetera quae ab hereticis sive scismaticis conscripta vel predicta sunt nullatenus recipit catholica et apostolica Romana ecclesia.

---

f) seminaria *Ven.* g) sunt atque *Leo.* h) et *Baller.* i) haec *G.* k) haberi *Leo.* l) *deest Leoni.* m) codices *Leo.* n) legi *Leo,* permiserit *add. Ven. in marg., add. Leo.* o) Proscilliani *G,* Prisill. *N, P.* p) vitiati *Leo.* q) quoniam *Leo.*

C. 187. a) *aliud cap. praecedit in Bb.* b) sunt *N, V_1, P.* c) omnium orthodoxorum patrum *Gel.* d) communicationis *Thiel,* per gratiam Dei *add. Gel.* e) legendos decernit *Thiel.* f) *om.* V_1, *P.* g) conscr. *Gel.* h) infidelitatibus *N.* i) *pro* aut dictis *habet* minus *N,* vel idiotis *Thiel.* k) predicata *Gel.*

[1] Epist. 42 cap. 3, A. Thiel I p. 457, Jaffé-W. 700. [2] cap. 4. [3] cap. 5, p. 461.

C. 188. Quod ideo non sunt recipiendi quilibet[a]) apocryphi[b]) libri, quod aliqua ex eis sancti patres exceperunt. Origenis[c])[1] super Cantica Canticorum.

Illud palam est multa vel ab apostolis vel ab evangelistis exempla esse prolata et Novo Testamento inserta, quae in his scripturis quas canonicas habemus nusquam[d]) legimus, in apocryphis tamen inveniuntur et evidenter ex ipsis ostenduntur assumpta. Sed nec sic quidem locus apocryphis dandus est, non[e]) enim transferendi[f]) sunt termini aeterni quos statuerunt patres nostri. Potuit enim fieri, ut apostoli vel evangelistae sancto Spiritu repleti scirent[g]), quid assumendum esset ex illis scripturis, quid[h]) vero refutandum, nobis autem non est absque periculo aliquid tale[i]) presumere, quibus non est tanta spiritus habundantia.

C. 189.[a]) Innocentius[1] papa Exuperio episcopo Tolosano.

Qui libri recipiantur in canone sanctarum[b]) scripturarum brevis annexus[c]) ostendit. Haec sunt ergo[d]) quae desiderata moneri[e]) voce voluisti. Moysi libri V. id[f]) est Genesis, Exodus, Leviticus, Numerus[g]), Deuteronomium, nec non et Jesu Nave[h]) et Iudicum[h]) et Regnorum libri IIII; simul[i]) et Ruth, Prophetarum libri XVI[k]), Salomonis libri V, Psalterium. Item historiarum Job liber I[l]), Tobiae I, Hester I, Judith I, Machabeorum II, Esdrae II, Paralipomenon[m]) II. Item Novi Testamenti: Evangeliorum libri IIII, Pauli apostoli epistolae XIIII, epistolae Johannis III, epistolae Petri II, epistola Judae I[n]), epistola Jacobi I, Actus[o]) apostolorum, Apocalypsis Johannis[p]), Cetera autem quae[q]) vel[q]) sub nomine Mathiae sive Jacobi minoris et[r]) sub nomine Petri et Johannis quae a quodam Leutio[s]) scripta sunt, vel sub nomine Andreae, quae a Nexocharide[t]) et Leonida philosophis, vel

---

C. 188. a) quidam V_1, *corr. P.* b) apocrisi *L.* c) Origenus *L*, Orienis *Ven.*, V_2. d) nunquam *Migne.* e) nec *G.* f) transeundi *Ruf.* g) sciverint *Ruf.* h) quide *codd.* A^2, *Ruf.*, quodve *Ven.* i) talem V_2 *J.*

1 Origines in Cantic. Canticorum, fin. prologi, Migne Patrol. graec. t. XIII col. 83, versio Rufini.

C. 189. a) *rubricam om. G; sequentis capituli rubricam huic male praefigunt N*, V_1, *P*; *principium ipsius capituli*: 'Qui libri recipiantur in can. sanctorum patrum scripturarum brevis annexus ostendit', *ut rubricam adhibet Ven.* De brevi anexu (adnexu *M, Bb*) librorum in canone sanctarum scripturarum receptorum *M*, V_2, V_4, *Bb.* b) sanct. script. *om. Coust.* c) pagina huius *N.* d) *om. Coust.* e) moueri *codd.* A^1, *Bb.* f) i. e. *om.* V_1, *P.* g) Numeri *Innoc.* h) unus *add. Coust.* i) *om. N.* k) XIII *Bb'.* l) unum *hic et postea N.* m) Paralippem. *P*, Paralipomin. *Ven.* n) *deest Innoc. hic et postea.* o) actum *G, N*, V_1, *P.* p) et post pauca *mendose add. Bb'.* q) qualis *loco* quae vel *N*, vel *om.* V_1, *P*, *Coust., Merl., est apud Dionys.* r) vel *N*, V_1, *P, Ven., Bb'.* s) Leontio *Ven.* t) Nexocaride V_1, *P*, Xenocharide *Hinsch.*

1 Innoc. I epist. 6, c. ult., P. Coustant. I col. 795, Coll. Hispana, Hinsch. p. 532, Merlin f. 173, Jaffé-W. 293.

sub nomine Thomae, et si qua sunt alia non solum refutanda[u]) verum etiam noveris esse damnanda.

C. 190.[a]) Ut preter scripturas catholicas vel[b]) canonicas nichil in ecclesia legatur[c]) sub nomine divinarum scripturarum[d]).

Ut[e]) [1] preter scripturas catholicas vel canonicas nichil in ecclesia legatur sub nomine divinarum scripturarum. Sunt autem canonicae scripturae: Genesis Exodus *et cetera*[f]).

---

u) repudianda *Innoc.* non aspicienda *Merl.*

C. 190. a) *hoc capitul. cum rubr. deest N, V_1, P.* b) vel canon. *om. Ven.* c) *quae sequuntur om. Ven.* Ut in ecclesia preter (post V_2) canonicas scripturas nichil legatur *M, V_2*. Quod licet legi passiones martyrum in festis eorum *Bb.* d) Ex concilio Carthag. cap. XXIIII *inscrib. V_2, V_3 in marg., solum* ex conc. Carth. *Bb.* e) *initium ipsius capituli ad verbum repetens rubricam in editione Jac. Merlini collect. Ps. Isidorianae occurrit. Verbis:* Sunt autem *incipit cap. in Bb, ut apud Hinsch.* f) Liceat etiam legi passiones martyrum, cum anniversarii dies eorum celebrantur, *add. Bb ex fine can. 47 conc. III Carthagin.*

1 Concil. Carthag. a. 397, 28. die Augusti, in Coll. Dion. conc. Carthag. a. 419 c. 24 et 46, V. et Just. Bibl. t. I p. 147 et 150, in Coll. Hispana conc. III Carth. c. 47, Hinsch. p. 301, Merlin f. 80; Maassen, Gesch. § 140.

Incipiunt capitula libri septimi.

I.

II.

III. De communi vita clericorum et eorum qui se continere non possunt.

IIII.

V.

VI.

VII. De quibus laicis non potest quis ad clericatum pervenire.

VIII. Ut qui viduam duxerit uxorem seu ante baptionum clericus non fiat.

VIIII. Ut qui secundam duxerit uxorem clericus non fiat.

X. Ut qui post remissionem peccatorum ad militiam redierit clericus non fiat.

XI. Ut clericus viduam nec eiectam ducat uxorem.

XII.

XIII.

XIIII. Ut hii qui baptizati vel rebaptizati sunt extra catholicam ecclesiam ad sacros ordines non accedant.

XV. De his qui ad sacros ordines non debent promoveri.

XVI. Quod poenitentes quamvis peccato sint mundati, clericatus tamen honorem non possunt adipisci.

XVII. Quod papa Gregorius penitentibus bigamis et viduarum maritis gradus quos habebant concessit precipiens, ne ultra tales promoveantur.

XVIII.

XVIIII. Ut transmarinum hominem nemo in clericatum suscipiat, nisi sub V episcoporum testimoniis.

XX. De eadem re.

XXI. Quod incogniti et peregrini ad sacros ordines non sunt suscipiendi.

XXII. Da his qui ad sacros ordines pervenire non possunt.

XXIII. Ut nullus episcopus alterius servum nolente domino suo promoveat.

XXIIII. De mancipiis non ordinandis, vel si ordinantur suis dominis restituantur.

XXV. De eadem re.

XXVI. <Qui> sint poenitentes, et ad quos ordines possint pervenire.

XXVII. Ut nullus laicus nisi per distinetos gradus ad presbyteratum asscendat.

XXVIII. Ut nullus laicus ad sacrum ordinem assumatur omissis clericis qui ministraverunt iam in dominicis castris.

XXVIIII. Qui laici ad clericatum possint promoveri

CXIII. Quod presbiteri, qui Christi corpus perfitiunt, etiam populum benedicere ac predicare possunt.

CXIIII. Ut episcopi clericos, et clerici honorent episcopos.

CXV. Qualiter episcopi et presbiteri ligare ac solvere debent.

CXVI. Quod clerici monachis presunt.

CXVII. Quod non licet missam cantare nisi in locis sacretis.

CXVIII.

CXVIIII. Quod solum sacrati sacerdotes debent missam cantare, et non nisi in loco sacrato.

CXX. Quod presbiteri soli non debent missam cantare nec in quolibet loco.

CXXI. Ut si presbiter conceptum (sic) non potest explere offitium, alius pro eo presbiter expleat.

CXXII. Ut preter Domini sacerdotes nullus audeat predicare.

CXXIII.

CXXIIII. Quod presblteri et diaconi, qui per parrochias constituuntur, debent episcopo professionem castitatis facere.

CXXV. Ut presbiteri et levitae non misceantibus ⟨l. misceantur⟩ cum uxoribus suis.

CXXVI.

CXXVII. Quod nec habitare cum mulieribus diaconi debeant.

CXXVIII. Quod subdiaconi carnale connubium non debent habere.

CXXVIIII. Item de eadem re.

CXXX. Ut clerii soli ad feminarum tabernacula non accedant nec confabulentur cum eis soli.

CXXXI. Ut concubinae clericorum venundentur, clericis vero penitentia imponatur.

CXXXII.

CXXXIII.

CXXXIIII.

CXXXV. Quod maior a minore non debet benedici.

CXXXVI. Quod non est quaerendum, quis predicet, sed quem quisque predicet.

CXXXVII. Quod prepositi sua quentes ⟨l. quaerentes⟩ mercennarii sunt.

CXXXVIII. Quod omnia, quae episcopi vel presbiteri vel quicumque clerici in qualibet ecclesia ordinati acquisierint, debent esse eiusdem ecclesiae.

CXXXVIIII. Ut clerici res ecclesiae non vendant nescientibus episcopis, nec episcopi inconsultis presbiteris.

CXL. Quod sacerdotes cupidi non debent esse.

CXLI. Quod clericus nec per se nec per alium fenus debet attemptare.

CXLII.

CXLIII. Ut clerici usuram non accipiant.

CXLIIII. Quod clerici debent papae intimare, si viderint episcopum suum contra ipsius precepta quid agere aut dampnum in ecclesia.

CXLV. Quod clerici, si viderint vel presbiterum vel diaconum excedere statuta Romani pontificis, ipsi debeant intimare.

CXLVI. Quod oportet presbiteros et diacones scire omnia quae sunt ecclesiae.

CXLVII.

CXLVIII. De superbientibus clericis contra episcopum suum, et ut monasterium conditiones e iscopo reddat, quas fundator tempore consecrationis disposuit.

CXLVIIII. Ut nemo ex ordine clericorum intret in curiam.

CL. Quod clericus sui episcopi insidiator curiae sit tradendus.

CLI. Ut clerici praeter Romanos mapulis non utantur.

CLII. Ne quis clericum alicuius episcopi illo invito suscipiat.

CLIII.

CLIIII. Ut abiciantur clerici scurriles.
CLV. Si quis potens clericum expoliaverit et pro episcopo non emendaverit, ab omnibus episcopis conprovincialibus excommunicetur.
CLVI. De ieiunio clericorum ante pascha vel ante natalem Domini.
CLVII. De tempore Quadragesimae.
CLVIII.
CLVIIII. Quare dies III. VII. XXX. et XL. pro mortuis celebretur.
CLX. Quibus defunctis sacrifitia vel orationes prosint viventium.
CLXI. Quod non sit nimium de amicis mortuis contristandum.
CLXII. Ut episcopia vel monasteria nemo faciat commune diversorium.
CLXIII. Quod presbiteri et diaconi non debent monasteriis preesse, nisi vitam mulaverint.
CLXIIII. Ut in monasterio abbas non alius eligatur, nisi qui dignus sit actibus et moribus.
CLXV. Ut si quis in monasterio converti voluerit, diligenter probetur.
CLXVI. Quod pro suo arbitrio non debent monachi expellere aut ordinare abbates.
CLXVII. De abbatis electione, qualiter fieri debeat.
CLXVIII. Ut eontentiosi monachi etiam a laicis constringantur.
CLXVIIII. De clericis monachorum appetentibus propositum.
CLXX. Ut serviles personae in monasteriis non tencantur extra voluntatem dominorum suorum.
CLXXI.
CLXXII.
CLXXIII.
CLXXIIII.
CLXXV.

Incipit Liber septimus.[a)]

C. 1.[a)] Ex[1] concilio Toletano V.[b)]

Prona est[c)] omnis aetas ab adolescentia in malum, nichil ineertius quam vita adolescentium. Ob hoc constituendum oportuit, ut si qui in clero puberes[d)] aut adolescentes existunt, omnes in uno conclavi atrii commaneant[e)], ut lubricae aetatis annos non in luxuria sed in disciplinis ecclesiasticis agant deputati probatissimo[f)] seniori, quem et magistrum doctrinae et testem vitae habeant. Quod si aliqui ex his pupilli existunt, sacerdotali tutela foveantur[g)], ut et vita eorum a criminibus intacta sit et res ab iniuria impiorum[h)]. Qui autem his preceptis resultaverint[i)] monasteriis deputentur, ut vagantes animae[k)] et superbae severiori regula distringantur.

C. 2.[a)] Hieronymus[b)] [1] ad Nepotianum.

Clericus qui Christi servit ecclesiae interpretetur primo vocabulum suum[c)] et nominis diffinitione prolata nitatur esse quod dicitur. Si enim

---

a) *Sic N, P; indiculi ne numerum quidem praebet G.* De communi vita clericorum et de omni actu eorum V_1, *L.* De vita et ordinatione clericorum *M, Ven., Bb.* De v. et o. presbyterorum diaconorum et reliquorum ordinum V_2, V_3.

C. 1. a) *istud cap. octavum ponunt* V_2, V_3, *hoc loco aliud ex Ps. Clemente substituendo. Rubrica deest G,* V_1, *P (in tab. rubr.), M.* De conversione (conversatione *corr. Bb*) clericorum, ut in uno conclavi sint *N, P, Bb.* Quod adolescentes in uno conclavi commaneant *Ven.* Quod adolescentes in clero (clerico V_3, clero *in tab. rubr.)* positi probatissimo seniori deputentur V_2, V_3. b) *inscr. omnino deest N,* V *om. L, Ven.,* IIII c. XXIIII *Bb.* c) *his 2 vocabulis spatium reservav. G.* d) pueri *Merlin.* e) permaneant *N,* commorentur *Conc.* f) pro baptismo *G, L, corr. Ven.* g) tueantur V_1 *corr. L.* h) improborum *Bb, Hinsch.,* reproborum *Merl.* i) reluctaverint *Hinsch.* k) animi et superbi *Conc.*

1 Immo conc. Tol. IV. c. 23, Hinsch. p. 368, Merlin f. 114.

C. 2. a) *duo capit. ex syn. Eugenii II antecedunt in Bb.* b) *rubricam om. G,* V_1. Ut clericus habeat in opere, quod sonat in nomine *Ven.* De interpretatione vocabuli quod est clericus, et quod Dominus pars clericorum est et quod ipsi de sorte sunt Domini V_2, V_3. Quod secundum proprietatem nominis sui clericus nihil preter Dominum habere debeat *Bb.* c) *om.* V_2, V_3.

1 Epist. 52 n. 5, Op. I p. 1 col. 256.

cleros graece, latine sors appellatur, propterea[d] vocantur clerici[e], quia de sorte sunt Domini, vel quia ipse Dominus sors[f] id est pars clericorum est; et[g] quia vel ipse pars Domini est vel[h] Dominum partem[i] habet talem se exhibere debet, ut et[k] ipse possideat Dominum et ipse[l] possideatur a Domino. Qui Dominum possidet et cum Propheta dicit: 'pars mea Dominus', nichil extra Dominum habere potest. Quod si quippiam[m] aliud habuerit preter Dominum, pars eius non erit Dominus. Verbi gratia: si aurum, si argentum, si possessiones, si variam suppellectilem, cum istis partibus Dominus pars eius fieri non dignatur[n]. Si autem ego pars Domini sum et funiculus hereditatis eius, nec accipio partes[o] inter ceteras tribus, sed quasi levita et sacerdos vivo de decimis et altari serviens altaris[p] oblatione sustentor habens victum et vestitum, his contentus ero et nudam crucem nudus sequar. Ps. 72, 26. Ps. 104,11. I. Tim. 6, 8.

C. 3. De communi vita clericorum et eorum qui se continere non possunt. Gregorius[1] Augustino Anglorum episcopo.

Quia tua fraternitas monasterii regulis erudita seorsum fieri[a] non debet a clericis suis in ecclesia Anglorum, quae auctore Deo nuper adhuc ad fidem perducta est, hanc debet instituere conversationem, quae initio[b] fuit patribus nostris, in quibus nullus eorum ex his quae possidebant proprium[c] habebat, sed erant eis[d] omnia communia. Si qui vero sunt clerici extra sacros ordines constituti, qui se continere non possunt, sortire[e] uxores debent et stipendia sua exterius accipere, quia et de eisdem patribus[f] novimus scriptum, quod dividebatur[g] singulis, prout cuique opus erat. De eorum quoque stipendio cogitandum atque providendum est et sub ecclesiastica regula sunt tenendi, ut bonis moribus vivant et canendis psalmis invigilent et ab omnibus illicitis cor et linguam et corpus, Deo auctore, eonservent. Communi autem vita viventibus vita iam de faciendis portionibus vel exhibenda hospitalitate et adimplenda[h] misericordia[i] nobis quid erit loquendum[k], cum omne quod superest in causis piis ac religiosis erogandum est Domino magistro[l] omnium docente: 'Quod superest date elemosynam, et[m] omnia munda sunt vobis'? Luc. 11, 41.

---

d) propria *G.* e) vel *add. Hieron.* f) est *add. N.* g) Qui autem *Hieron.* h) quia *add. N.* i) patrem *G,* possidet partemque talem habet *N.* k) *om. V*$_2$. l) *deest Hieron.* m) quispiam *codd. A*^{2}. n) dignabitur *Hieron.* o) partem *Hier.* p) altari *G.*

C. 3. a) vivere *Hartm.* b) in initio *N, V*$_3$*, V*$_5$*, Bb, ante* 'initio' *duabus litteris spatium relinquit V*$_1$, nascentis ecclesiae *add. Bb, Greg.* c) aliquid suum esse dicebat *Bb, Greg.* d) illis *V*$_2$ *J, V*$_3$. e) sortiri *corr. Ven., V*$_3$*, Bb, Greg.* f) *add.* de quibus praefati sumus *Greg.* g) dividebantur *V*$_1$*, V*$_2$. h) adimplendam misericordiam *V*$_1$. i) secunda *add. G, inser. L, 4 fere litteras eras. Ven.* k) *ex* eloquendum *corr. V*$_1$. l) *om. G.* m) ecce *add. Greg.*

1 Registr. XI 56[a], t. II, p. 333, Jaffé-W. 1843.

C. 4.[a]) Urbanus[b]) [1] papa omnibus catholicis.

Scimus vos non ignorare, quia hactenus vita communis inter bonos Christianos viguit et adhuc Dei gratia viget et maxime inter eos qui in sorte domini sunt electi i. e. clericos, sicut in Actibus apostolorum legitur: Act. 4, 32. 'Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una, nec quisquam eorum quae possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia'. *Et post pauca.* Videntes [2] autem sacerdotes summi et alii atque levitae et reliqui fideles plus utilitatis posse afferre, si hereditates et agros, quos vendebant, ecclesiis quibus presidebant episcopi traderent, eo quod ex sumptibus eorum tam presentibus quam futuris temporibus plura et elegantiora possent ministrari[c]) fidelibus communem vitam ducentibus quam ex[d]) pretio ipsorum[e]), ceperunt predia et agros quos[f]) vendere solebant matricibus[g]) ecclesiis tradere et ex sumptibus[h]) eorum vivere. Ipsae [3] vero res in ditione singularum parrochiarum episcoporum qui locum tenent apostolorum erant et sunt usque adhuc et futuris semper[i]) debent esse temporibus. E quibus episcopi et fideles dispensatores eorum omnibus communem vitam degere volentibus ministrare cuncta necessaria debent, prout melius potuerint, ut nemo egens[k]) inveniatur[l]). Ipsae[m]) [4] enim res fidelium oblationes appellantur, quia[n]) Domino offeruntur; non ergo debent in aliis usibus quam ecclesiasticis et predictorum Christianorum fratrum vel indigentium[o]) converti, quia vota sunt fidelium et pretia peccatorum atque ad predictum opus explendum Domino traditae. *Et post pauca.* Haec, fratres, valde cavenda sunt et timenda, quia res ecclesiae non quasi propriae, sed ut communes et Domino oblatae cum summo timore non[p]) in alios quam in prefatos usus sunt fideliter dispensandae, ne sacrilegii reatum incurrant, qui eas inde abstrahunt ubi traditae sunt, et quod peius est, anathema maranatha fiant.

C. 5.[a]) Augustinus [1] in sermone suo de communi vita clericorum.

Credo ante oculos vestros esse conversationem nostram, ut[b]) et nos I Cor. 4, 16. fortassis dicere audeamus: 'Imitatores[c]) mei estote, sicut et ego Christi'.

C. 4. a) *rubricam om. G, V_1.* De eadem re *N, P.* De communi vita clericorum *Ven.* Item de communi vita clericorum et quod res ecclesiae in aliis usibus quam ecclesiasticis converti non debent *M, V_2, V_3.* De comm. vita cler. et oblatione fidelium *Bb.* b) *inscr. multum breviata.* c) ministrare *Ps. Urb.* d) *om. G.* e) eorum *Hinsch.* f) *om. N, post inser. P.* g) matribus *N.* h) *ex* sumptionibus *P.* i) *om. P, V_2, in marg. inser. Ven.* k) agens *L.* l) *quae sequuntur om. V_2, V_3.* m) ipsae vero res ecclesiae fidelium oblationes. Require in libro V *(scil. l. V c. 33) Bb.* n) quae *G, N.* o) indulg. *G.* p) nisi *G.*

1 Ps. Urbanus c. 1, p. 143. 2 c. 2. 3 c. 3. 4 c. 4.

C. 5. a) *aliud. cap. antecedit in Bb: rubricam om. G, V_1.* De actibus et moribus clericorum *N, P.* Item de eodem *Ven.* Quod clericis communiter viventibus proprium (aliquid *add. in tab. rubr.*) habere non licet *V_2, V_3.* De communi vita clericorum *Bb.* b) et ut *P.* c) *paucis omissis.*

1 Sermo 355, Opera ed. Bened. t. V, col. 962 sequ.

Et ideo nolo, ut aliquis de nobis inveniat male vivendi occasionem. 'Providemus enim bona', ait[d] Apostolus[e], 'non solum coram Deo sed etiam coram hominibus'. Propter nos conscientia nostra sufficit nobis, propter vos fama nostra non pollui[f], sed pollere debet in vobis. Duae[g] res sunt conscientia et fama, conscientia tibi, fama proximo tuo. Qui[h] fidens conscientiae neglegit famam suam, crudelis est. Nostis[i] autem[k] omnes aut pene omnes sic nos vivere in ea domo quae dicitur episcopii, ut quantum possumus imitemur eos sanctos, de quibus loquitur liber Actuum apostolorum: 'Nemo dicebat aliquid proprium, sed habebant[m] omnia communia'. *Et*[n] *post pauca.* Perveni ad episcopatum, vidi necesse habere episcopum exhibere humanitatem assiduam quibusque venientibus sive transeuntibus. Quod si non fecisset episcopus, inhumanus diceretur; si autem ista consuetudo in monasterio missa non[o] esset, indecens[p] esset. Et[q] volui habere[r] in domo ista episcopii mecum monasterium[s] clericorum. Ecce[2] quomodo vivimus. Nulli licet in societate nostra habere aliquid proprium, sed forte aliqui habent. Nulli licet, sed[t] qui habent faciunt quod non licet. *Et post pauca*[u][3]. Enthecam habere non licet: non est[v] episcoporum[w] servare aurum et revocare a[x] se mendicantis manum. Cotidie tam multi nos inopes interpellant, ut plures tristes relinquamus quia quod[y] dare omnibus non habemus. Non habemus ergo enthecam. *Item post aliqua*[z]. Certe ego sum qui statueram, sicut nostis, nullum ordinare clericum, nisi qui mecum vellet manere, ut si vellet recedere[a] a proposito, recte illi tollerem clericatum, quia desereret sanctae societatis promissum coeptumque consortium[b]. Ecce in conspectu Dei et vestro muto consilium. Qui volunt habere aliquid proprium, quibus non sufficit Deus et ecclesia eius, maneant ubi volunt et ubi possunt, non eis aufero clericatum. Nolo habere hypocritas, malum[c] esse[d] quis nesciat? Malum est cadere a proposito, sed peius est simulare propositum. *Et post pauca.* Si foras servat sanctitatem, dimidius cecidit, si[e] intus habuerit simulationem, totus cecidit. Nolo habeat necessitatem simulandi. Scio quomodo homines amant clericatum, nemini eum tollo nolenti mecum communiter vivere. Habet Deum, qui mecum manere vult. Si paratus est pasci a Deo per ecclesiam ipsius, non habere aliquid proprium sed aut

II. Cor. 8, 21.

Act. 4, 32.

---

d) ut ait idem ap. *Aug.* e) ut *add. N.* f) polluit *N.* g) *post pauca.* h) quod si dominus consc. *G.* i) *post pauca, n. 2.* k) *deest Aug.* l) *add.* domus V_1, *P, Ven.* V_2, V_3, *Bb, Aug.* m) erant illis *Aug., signum notae appon. Ven.* n) et p. p. — non licet *om. Ven.* o) *om.* V_2, V_3, *Bb,* permissa esset *Aug.* p) ind. esset *om. N.* q) ideo *add. Aug.* r) habitare *G.* s) monasteria *P.* t) si *Aug.* u) *n. 5.* v) enim *add. Aug.* w) episcopi *Aug.* x) ad *N.* y) quid V_1, possimus *add. Aug.* z) *n. 6.* a) discedere V_1, *P, Ven.,* V_2, V_3, *Bb, Aug.* b) colloquium *N.* c) mal. enim. *Aug.* d) est V_1, *P, Ven.,* V_2, V_3, *Bb, Aug.* e) vero *add. Aug.*

2 c. II, col. 963. 3 c. IV, col. 964.

erogare[f]) pauperibus aut in communi mittere, maneat mecum. Qui hoc non vult, habeat libertatem, sed videat utrum habere possit felicitatis hereditatem[g]). *Item in alio*[4] *sermone.* Subdiacones[h]) nostri[i]) pauperes sunt, Deo propitio misericordiam Dei expectant; unde ipsi faciant aliquid[k]) non habent; nullas habent facultates; finierunt mundi cupiditates; vivunt nobiscum in societate communi. Nemo distinguit eos ab eis[l]) qui aliquid attulerunt. Caritatis unitas preponenda est terrenae commodo hereditatis. Restant[m]) presbyteri. Sic enim[n]) gradatim ad eos ascendere volui. Cito dixerim: pauperes Dei sunt. Nichil ad domum societatis nostrae attulerunt nisi ipsam, qua nichil est carius, caritatem. *Et post aliqua*[o]). Ante oculos vestros sumus, nullius aliquid desideramus nisi bona opera vestra. Et[p]) vos exhortor, fratres mei, si aliquid vultis clericis dare, sciatis quia non[q]) debetis quasi vitia eorum fovere contra me. Omnibus offerte quod vultis, offerte de voluntate vestra. Quod commune erit distribuetur unicuique, sicut cuique opus erit. Gazophylacium attendite et omnes habebimus. Valde[r]) me delectat, si ipsum fuerit presepe nostrum, ut nos simus iumenta Dei, vos ager Dei. Nemo enim[s]) debet ⟨l. det⟩ byrrum[t]), lineam tunicam[u]), nisi in commune. De communi accepi[v]) et mihi ipsi, cum sciam commune me velle habere, quicquid habeo. Nolo talia offerat sanctitas vestra, quibus ego solus quasi decentius utar. Offeratur[w]) mihi verbi gratia byrrum pretiosum. Forte decet episcopum, quamvis non deceat Augustinum, i. e. hominem pauperem de pauperibus natum. Talem[x]) debeo qualem[y]) possim[z]), si non habuerit, fratri meo dare. Qualem potest habere presbyter[a]) qualem potest habere decenter diaconus et subdiaconus, talem volo accipere, quia in commune accipio. Si quis meliorem dederit, vendo quod[b]) facere soleo, ut, quando non potest vestis esse communis, pretium vestis possit esse commune. Vendo et erogo pauperibus. Si hoc[c]) ergo[d]) eum delectat, ut ego habeam, talem det, de[e]) qua ego non erubescam. Fateor enim vobis, de pretiosa veste erubesco, quia non decet hanc professionem[f]), non[g]) decet hanc ammonitionem, non decet haec membra, non decet hos canos. Etiam illud dico: si forte in nostra domo[h]), in nostra societate aeger[i]) est aliquis vel post aegritudinem, ut necesse sit eum hora[k]) prandii reficere, non prohibeo religiosis[l]) vel religiosas mittere

---

f) *corr. Ven.* g) aeternitatem *Aug.* h) subdiaconi V_1, *Bb.* i) *deest Aug.* k) *deest Aug.* l) illis *Aug.* m) *n. 9.* n) ad eos grad. asc. V_1, *P, Ven..* V_2, *Bb, Aug.* o) *n. 12 i. f.* p) *n. 13.* q) *om. codd.* A^2. r) hab. valde. Vere me V_2. s) *deest Aug.* t) vel *add. ed. Ben.* u) seu aliquid *add. Aug.* v) accipio *Aug.* w) offerat *Aug.* x) *post pauca.* y) habere *add. Aug.* z) possum *Aug.* a) presbyter — habere *om. G.* b) et *add. Aug.* c) *om. N.* d) *deest Aug.* e) unde ego *Aug.* f) ammon. non dec. h. prof. *N.* g) non dec. *deest Aug.* h) vel *add, Aug.* i) egeret *G.* k) ante horam *Aug.* l) religiosis *G,* religiosos vel *om. N.*

4 Sermo 356 n. 8, p. 967.

eis, quod eis videtur ut mittant. Prandium tamen et coenam extra nemo habebit. Ecce[m]), dico, audistis, audiunt. Qui habere voluerit proprium et de proprio vivere et contra ista praecepta nostra facere parum est, ut dicam: non mecum manebit, sed nec clericus erit. Dixeram enim et scio me dixisse, ut[n]) si nollent suscipere socialem vitam mecum[o]), non illis tollerem clericatum; seorsum manerent, seorsum viverent, quomodo nossent, Deo viverent. Et tamen ante[p]) oculos posui, quantum mali sit a proposito cadere. Malui enim habere vel claudos, quam plangere mortuos. Qui enim hypocrita est, mortuus est. Quomodo ergo quicumque voluisset extra manere et de suo vivere, non ei tollerem clericatum, ita modo, quia placuit illis[q]), Deo propitio, socialis haec vita; quisquis cum hypocrisi vixerit, quisquis inventus fuerit habens proprium, non illi permitto ut inde faciat testamentum, sed delebo eum de tabula clericorum. Interpellet contra me mille concilia, naviget contra me quo voluerit, sit certe ubi potuerit, adiuvabit me Dominus, ut ubi ego[s]) episcopus sum, ille clericus esse non possit.

C. 6.[a]) Gregorius[1] papa Felici episcopo de[b]) Acropoli[c]).

Quoniam Velina[d]) Vucentina[e]) et Blandana[f]) ecclesia tibi in vicino sunt constitutae[g]), propterea fraternitati tuae earum sollempniter operam[h]) visitationis iniumgimus, illud pre omnibus commonentes[i]), ut ubicumque[k]) prefatarum ecclesiarum sive dioceseos earum vel diaconi sive[l]) religiosae personae inventae fuerint, districte ac canonice vivant, modis omnibus studebis. Nec passim eis in qualibet re sit excedendi licentia, sed tuo moderamine atque provisione inculpabiliter in qua sunt conversatione vel habitu perseverent, sciturus quia[n]), si quid secus accesserit, tuo neglectui modis omnibus imputari. Presbyteros quoque vel diaconos si in aliquibus ecclesiis previderis ordinandos, si tales personae fuerint quae[o]) canonicis regulis[p]) vel vitae qualitate nullo modo reprobentur, habebis per omnia ordinandi licentiam.

---

m) *n. 14.* n) quod *Aug.* o) nostram *Aug.* p) *om. G, N.* q) illi *G, Bb'.* r) qnisquis c. hyp. vix. *om. N.* s) *om.* V_1, *P.*

C. 6. a) *rubric. om. G,* V_1*; tantum in tab. rubr.*: De diaconibus et religiosis personis ut canonice vivant V_2. De cura iniuncta episcopis, ut omnibus modis studeant, qualiter clerici religiose districte atque canonice vivant *N, P.* Quod b. Gregorius duos episcopatus uni commisit episcopo *Ven.* Quod episcopus studere debet, ut clerici districte et canonice vivant *Bb.* b) Cleacropoli V_1. c) Agrop. *N.* d) Uell. *N.* e) Uuexent. *M,* V_2, V_3, Buxentina *Ewald.* f) Blandina *P.* g) sacerdotis noscuntur vacare regimine *add. Greg.* h) opera V_1, *P.* i) commonemus V_1, *P.* k) ubi *Greg.* l) vel V_1, *P.* m) ut *add.* V_1, *P,* V_2, V_3, *Bb, Greg.* n) *om. Bb, Ewald.* o) qui *Ewald.* p) morum *add. Ewald.*

1 Registr. II 42, t. I p. 141, Jaffé-W. 1195.

C. 7.[a]) De quibus laicis non potest quis ad clericatum porvenire. Innocentius[1] papa Felici episcopo Nuceriano cap. III.

Designata sunt genera laicorum de quibus ad clericatum pervenire non possunt, i. e. si quis fidelis militaverit, si quis fidelis[b]) causas egerit, hoc est postulaverit[c]), si quis fidelis administraverit. De curialibus autem manifesta ratio[d]) est, quoniam etsi inveniantur huiusmodi viri, qui debebant[e]) clerici fieri, tamen quoniam saepius ad curiam repetuntur, cavendum ab his est propter tribulationem, quae saepe de his ecclesiae provenit.

C. 8. Ut qui viduam duxerit uxorem, seu ante baptismum seu[a]) post baptismum, clericus non fiat. Innocentius[1] papa Victorio episcopo Rotomagensi cap. V.

Is qui viduam[c]) licet laicus duxerit uxorem seu ante baptismum sive post baptismum, non admittatur ad clerum, quia eodem[d]) vitio videtur exclusus. In baptismate[e]) enim crimina dimittuntur[f]), non acceptae uxoris consortium relaxatur. Quod[2] si non putatur uxor esse[g]) computanda, quae ante[h]) baptismum ducta est, ergo nec filii qui ante baptismum geniti sunt pro filiis habeantur[i]).

C. 9.[a]) Ut[b]) qui secundam duxerit uxorem, clericus non fiat. Innocentius[1] papa cap. VI[c]).

Is[d]) qui secundam duxerit uxorem clericus nullomodo fiat, quia scriptum est: 'Unius uxoris virum'. Et iterum: 'Sacerdotes[2] mei semel nubant'. (I. Tim. 3, 2.)

C. 7. a) *antecedit cap.*: Prona (*c. 1 hui. ed.*) *in* V_2, V_3 *c. 8, cum c. 5 ex synodo Eugenii papae II additum sit.* b) *om. 5.* c) Postulare est desiderium suum vel amici sui in iure apud eum qui iurisdicioni preest exponere vel alterius desiderio contradicere ut di t. de postulando l. I. *(Dig. 3, 1. l. 1, § 2).* Vel postulare est pro tribunali petere ut di. de dampno infecto, l. IIII. *(Dig. 39. 2, l. 4 § 8) notat in marg. P man. poster.* d) ratione *N.* e) debeant V_2, V_3, *Coll. min., Innoc.*

1 Epist. 37, c. 3. P. Coustant t. I col. 911; Jaffé-W. 314; Coll. min. c. 147.

C. 8. a) seu post bapt. *minio pinx. in marg. Ven., penitus om. G, N.* b) Victori *G.* c) mulierem *Coust.* d) eorundem *N.* e) baptismo *Ven., Coll. min., Innoc.* f) *om. 5.* g) eius *5.* h) non *5.* i) computentur *3, 4, 5,* habebuntur *Coust.*

1 Innoc. I ep. 2 ad Victricium Rotomagensem c. 5. P. Coustant I col. 750, Jaffé-W. 286; Coll. min. c. 144. 2 c. 6 i. f. col. 751.

C. 9. a) *in N capp. 9 et 10 inter se transposita sunt, rubricae vero suis in locis remanserunt.* b) Ut bigamus clericus non fiat V_2. c) V *G, N.* d) *ex* His *corr. 10,* Ne is qui . . clericus fiat *Innoc.*

1 In ead. epist. c. 6, P. Coustant t. I. col. 750; Coll. min. c. 145. 2 'non est in Bibliis, sed Tertullianus de exhortatione ad castitatem c. 7 similem sententiam laudat tamquam ex Levitico' adnotavit C. Jänig.

C. 10. Ut[a]) qui post remissionem peccatorum ad militiam redierit, clericus non fiat. Innocentius[1] episcopus[b]) Victrici[c]) Rotomagensi episcopo.

Si quis post remissionem peccatorum cingulum militiae saecularis habuerit, ad clericatum omnino admitti non debet.

C. 11. Ut clericus ⟨non⟩ viduam nec eiectam ducat uxorem. Item[a]) Innocentius papa Victori episcopo cap. IIII.

Mulierem viduam[c]) clericus non ducat uxorem, quia scriptum est: 'Sacerdos virginem uxorem accipiat, non viduam non eiectam'. Utique qui ad sacerdotium labore suo et vitae probitate contendit cavere debet, ne hoc preiudicio impeditus pervenire non possit. Levit. 21, 13, 14.

C. 12.[a]) Hilarus[b])[1] papa.

Curandum[c]) ergo[d]) inprimis est, ne ad sacros[e]) gradus[f]), sicut[g]) gestis prioribus ante prescriptum est, quisquam qui uxorem[h]) virginem non duxit aspiret. Repellendi[i]) sunt etiam qui[k]) in secundae uxoris nuptias contra apostolica precepta convenerint.

C. 13.[a]) Eiusdem[b])[1].

Inscii[c]) quoque litterarum aut[d]) aliqua membrorum dampna perpessi vel[e]) hi qui ex poenitentibus[f]) sunt, ad sacros ordines aspirare non

---

C. 10. a) Ut poenitens clericus non fiat V_2, *rubr. om.* V_3. b) *om.* V_2, V_3. c) Victori *3*, Victricaroto magnensi *10*.

1 Eiusd. epist. c. 2, l. c. col. 748; Coll. min. c. 142.

C. 11. a) *om.* V_2. b) Victorio *N*, V_1. c) *om. Coust.*

1 Eiusd. epist. c. 5, col, 750; Coll. min. c. 143.

C. 12. a) *rubr. om. G*, V_1. Ut bigami ant viduae vel corruptae mariti ad ecclesiasticos gradus non accedant *N, P.* Quod repellendi sunt a sacris ordinibus qui virginem non est *(sic)* sortitus uxorem *Ven.* Ut qui uxorem virginem non duxerit ad sacros ordines non aspiret *M*, V_2, V_3. Ut qui non virginem vel secundam duxerit uxorem, clericus non fiat *Bb.* b) Hylarus *G*, Hylarius *N, 3;* Kalistus *12.* c) cavendum *Coll. min., Hil.* d) om. *Coll. min.* e) sacratos *Coll. min., Thiel.* f) ordines *3, 4.* g) sicut — prescriptum est *om. Coll. min.* h) ux. non virg. *3, 4, 12, 13, Thiel, at Coll. Hisp. profert quod textus.* i) repellendus est etiam quisque qui . . . convenit *Thiel.* k) quique *Coll. min., at* qui *12, 13.* l) convenirent *10.*

1 Hilari papae decretum synodale c. 2 (ep. 15), A. Thiel I p. 161; Jaffé-W. post 559; Coll. min. c. 152.

C. 13. a) *sine numero* V_2, *sine rubrica G*, V_1. Ut poenitentes vel inscii litterarum sive defuncti ⟨l. defectu⟩ membrorum aut decisione aliquod minus (munus *P*) habentes ad superiorem ordinem non veniant *N, P.* Quod inscii litterarum vel membris truncati sive penitentes ad sacros ordines non aspirent *M*, V_2, V_3. Quod illiterati aut dampna membrorum perpessi repellendi sunt *Ven.* Ut illit. vel membr. damna perp. non ordinentur *Bb. Signum notae huic cap. appon. Ven.* b) *om. N.* c) poenitentes vel *praemittit Coll. min. sicut Merlin f. 228'.* d) nec non et *Thiel.* e) vel *Thiel.* f) potentibus *3, 4, 5, 12.*

1 L. c. continuatio; Coll. min. c. 153; in unum cap. coniuncta sunt c. 12 et 13 in cod. 12.

audeant. Quisquis autem talium[g] consecrator extiterit, factum suum ipse dissolvet.

C. 14.[a]) Ut hi qui baptizati vel rebaptizati sunt extra catholicam ecclesiam ad sacros ordines non accedant. Felix[b])[1] Romanus episcopus omnibus episcopis.

Qui in qualibet aetate alibi quam in ecclesia catholica aut[c]) baptizati aut[d]) rebaptizati sunt ad ecclesiasticam militiam prorsus non permittantur accedere. Quibus satis debet esse, quod in catholicorum numerum[e]) sunt recepti; quod[f]) de suo ordine et communione videbitur ferre iudicium, quisquis hoc violaverit antistitum vel qui non removerit eum quem ex eis[g]) ad ministerium clericale obrepsisse cognoverit.

C. 15. De his qui ad sacros ordines non possunt promoveri. Gelasius[a])[1] urbis Romae episcopus omnibus episcopis.

Non confidat quisque[b]) pontificum fas esse bigamos[c]) aut coniugia sortientes ab aliis derelicta, sive quoslibet post poenitentiam vel sine litteris vel corpore vitiatos vel conditionarios aut curiae publicarumque rerum nexibus implicatos[d]) aut passim nulla temporis congruentis exspectatione discussos[f]) divinis servituros applicare ministeriis[g]).

C. 16.[a]) Quod poenitentes quamvis peccato sint mundati, clericatus tamen honorem non possunt adipisci. Siricius[1] papa Himerio[b]) episcopo cap. XIIII.

Post poenitudinem ac reconciliationem nulli umquam laico liceat honorem clericatus adipisci. Etenim[c]) quamvis sint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debeant[d]) gerendorum sacramentorum instrumenta suscipere qui dudum fuerant[e]) vasa vitiorum.

---

g) *om. 2.*

C. 14. a) *signum notae appon. Ven.* b) *inscriptio, huius et cap. sequ. eadem atque in Coll. min. a genuina discrepat.* c) *om. V_1, P.* d) sunt vel reb. ad *5.* e) numero V_1, *P*, V_2, V_3. f) quoniam *Fel.* g) his *5, 12.*

1 Felix III, ep. 13, c. 5, A. Thiel I, p. 265; Jaffé-W. 609; Coll. min. c. 154.

C. 15. a) debent V_1, *P, Ven.*, V_2, V_3, *Bb.* b) *ita G, N, rell. codd. et Coll. min.* (*exc. 3, 7*) quisquam. c) digamos *G, Coll. min.* (dyg. *10, at* big. *12*). d) *nonnulli codd. ut V_1, Ven., 1, 10 habent* implicitos. e) *ita Ven., Coll. min.* f) discursos *G.* g) mysteriis *1, Gel.*

1 Epist. 14, c. 3 i. f., A. Thiel I, p. 364; Jaffé-W. 636; Coll. min. c. 155.

C. 16. a) *aliud cap. praecedit in Bb.* b) Immerio V_2, *om.* c. XIIII. c) quia *Siric.* d) debent *Ven., Coll. min., Sir.* e) fuerint V_1, *P, Ven.*, V_2, V_3, *Coll. min.* (*at* fuerunt *3, 4, 12*), *Sir.*

1 Epist. I, c. 14, P. Coustant I, col. 636; Jaffé-W. 255; Coll. min. c. 140.

C. 17.[a]) Quod papa Gregorius poenitentibus bigamis et viduarum maritis gradus quos tunc habebant concessit precipiens, ne ultra tales promoveantur. Gregorius[1] papa.

Quicumque poenitens quicumque digamus[c]) quicumque viduae maritus ad sacram militiam indebite et incompetenter irrepsit, hac sibi conditione a nobis veniam inttelligat relaxatam, ut in magno debeat computare beneficio, si adepta[d]) sibi omni spe promotionis[e]) in hoc in[f]) quo invenitur[g]) ordine perpetua stabilitate permaneat, scituri post[h]) hoc provinciarum omnium summi antistites, quod si ultra ad sacros ordines quemquam de talibus crediderint assumendum, et de suo et de eorum statu quos contra canones et interdicta nostra provexerint congruam ab apostolica sede promendam[i]) esse sententiam.

C. 18.[a]) Hormisda[1] papa.

Si ille qui ultro petit poenitentiam, quamvis eam perfecte agat, non potest episcopus aut presbyter ordinari, ita ut etiam si per ignorantiam ordinatus ⟨fuerit⟩[b]) et postea convincitur poenitentiam accepisse, deiciatur[c]), ille qui invitus ad poenitentiam agendam in monasterium mittitur, et utique aliud[d]) quam poenitens dicendus non est, qua conscientia pervenire[e]) ad sacerdotium permittitur? Nemo mihi alia quaelibet contra auctoritatem sedis apostolicae vel contra CCCXVIII. episcoporum vel reliquorum canonum statuta obiciat, quia quicquid contra illorum diffinitonem in quibus Spiritum sanctum locutum esse credimus dictum fuerit, recipere non solum temerarium sed etiam periculosum esse non dubito.

C. 19. Ut transmarinum hominem nemo in[a]) clericatum suscipiat, nisi sub V episcoporum testimoniis[b]). Silvester[1] papa in generali synodo presidens[c]) dixit.

Nullus aliqua ratione transmarinum hominem penes nos in clericatus gradu[d]) suscipiat, nisi V. episcoporum designatus[e]) sit cyrographis.

C. 17. a) Quod venia poenitentibus bigamis et viduarum maritis ita olim est concessa, ut tales ultra non promoverentur V_2, V_3. b) promoverentur *N*, V_1, *P*, tales — promov. *suppl. Bb, m. 2.* c) bigamus *N*, *Ven.*, *Sir.* d) adepta *G*, V_1, *P.* e) provectionis *Coust.* f) *ita G, om. N*, V_1, *P*, *Ven.*, V_2, V_3, *Bb.* g) invenietur *Sir.* h) pro V_1, posthac *Sir.* i) promerendam *Ven.*

1 Immo Siric. ep. cit. c. 15.

C. 18. a) *rubricam om. G*, V_1. Ut poenitens per ignorantiam ordinatus deiciatur *N*, *P.* Quod poenitentes ad sacerdotium promoveri non debent *Ven.* Ut qui invitus ad agendam poenitentiam in monasterium mittitur ad sacerdotium pervenire non permittatur *M*, V_2, V_3. De poenitentibus et auctoritate canonum *Bb.* b) *cod. R.* c) deicitur *cod. R.* d) quid aliud . . . dicendus est? *cod. R.* e) redire *cod. R.*

1 Epist. spuria cf. A. Thiel I 1005, Jaffé-W. † 868; epist. 'Ecce manifestissime — canones continere videntur' continetur etiam in codd. R. et V_4.

C. 19. a) ad M V_2, V_3. b) testibus *Ven.* c) residens V_1, *P*, *Ven. et alii, Coll. min.* d) gratus *Hinsch.* e) designatum *12.*

1 Ex synod. gestis fictitiis Silvestri papae c. 10. p. 451; Coll. min. c. 157.

C. 20.[a]) De eadem re. Anastasius[1] urbis Romae episcopus omnibus episcopis.

Transmarinos homines in clericatus honore[b]) nemo suscipiat, nisi quinque aut[c]) eo amplius episcoporum chyrographis fuerint designati, quia per[d]) subreptionem multa solent evenire.

C. 21. Quod incogniti et peregrini ad sacros ordines non sunt[a]) suscipiendi. Gregorius[1] Romanae ecclesiae presul Squillatiano[b]) episcopo.

Afros passim et[c]) incognitos peregrinos ad ecclesiasticos ordines tendentes[d]) nulla ratione suscipias, quia Afrorum[e]) quidem aliqui sunt[f]) Manichei, aliqui rebaptizati, peregrini vero plurimi et[g]) in minoribus ordinibus constituti fortiores[h]) de se pretendisse honores saepe probati sunt.

C. 22. De his qui ad sacros ordines pervenire non possunt.

Maritum[1] duarum post baptismum matronarum clericum non ordinandum sicque ⟨l. neque⟩ eum qui unam quidem habet ⟨l. sed⟩ concubinam non matronam habuit[a]); nec illum qui viduam et[b]) repudiatam vel meretricem ante ⟨l. in[c])⟩ matrimonium[d]) assumpsit; nec illum qui semet ipsum abscidens[e]) quodlibet[f]) membrum[g]) indagatione[h]) aliqua vel iusto iniustoque[i]) tenore ⟨l. timore⟩ superatus[k]) truncaverit; neque illos[l]) qui usuras accepisse convincuntur aut in scena lusisse noscuntur, neque eum qui publica poenitentia mortalia crimina deflet, neque illum qui aliquando in furiam versus insanivit vel afflictione[m]) diabolica vexatus est, neque eum qui per ambitionem ad imitationem Simonis magi pecuniam offert.

C. 20. a) *cap. deest* V_2, V_3. b) honorem *10.* c) et *1.* d) *ita G, N,* multa p. subr. *alii codd., Coll. min., Ps. Anast.*

1 Ps. Anastasius, p. 525, inscriptione et initio mutatis; Coll. min. c. 158.

C. 21. a) non suscipiantur *M*, V_2. b) Squilliciano *Ven.*, Squillacino *Coll. min.* (at Suillac. *5*), *Greg.* c) vel *Greg.* d) attendentes *N.* e) Afri *Greg.* f) *deest Greg.* g) etiam *Coll. min., Greg.* h) fortiori . . . honori *Ewald.*

1 Registr. II 37, t. I 132, Jaffé-W. 1191; Coll. min. c. 159.

C. 22. a) habuerit *N.* b) aut *Bb', Genn.* c) in *Bb'.* d) matrimonio *Genn.* e) *deest Genn.* f) quolibet . . . membro *Genn.* g) corporis sui *add.* V_1, *P, Ven.*, V_2, V_3, *Bb.* h) indignatione *Ven. (ex* indagat.), V_2, *Genn.* i) iniustove *Genn.* k) truncatus superaverit *N.* l) illum . . convincitur . . dignoscitur *Genn.* m) afflatione *ed. Ben.*

1 Inscribunt: Augustinus *Bb.* Aug. in enchirid. V_1, *P*; est autem cap. 72 libri de eccles. dogmatibus, qui Gennadio Massil. attribuitur: August. Opp. t. VIII App. col. 75, Migne t. 58 col. 997.

C. 23.[a]) Ut nullus episcopus alterius servum nolente domine suo promoveat. Leo[1] episcopus omnibus episcopis.

Nullus[b]) episcoporum servum alterius ad clericatus officium promovere presumat, nisi forte eorum petitio aut voluntas[c]) accesserit qui aliquid sibi in[d]) eo vendicant potestatis[e]). Debet enim esse immunis ab[f]) aliis qui divinae militiae est aggregandus, ut a castris dominicis quibus nomen eius asscribitur[g]) nullis[h]) necessitatis vinculis abstrahatur[i]).

C. 24. De mancipiis non ordinandis, vel si ordinantur, suis dominis restituantur. Gelasius[1] papa Martyrio et Iusto episcopis.

Ex[a]) antiquis regulis et novella synodali explanatione comprehensum est personas obnoxias coélestis[b]) militiae[c]) cingulo non prècingi; sed nescio, utrum ignorantia an voluntate rapiamini, ut ex hac culpa[d]) nullus pene episcoporum videatur extorris. Ita enim nos frequens et plurimorum querela circumstrepit, ut ex hac[e]) parte nichil putetur penitus constitutum Actores siquidem illustris viri filii nostri Amandiani graviter conqueruntur homines et[f]) iuri suo debitos alios adhuc[g]) clericos, alios iam[h]) diaconos ordinatos, cum non solum post modernum, quod tantorum collectione pontificum sub omnium saluberrimae provisionis assensu constat esse perfectum, huiusmodi personas suscipere non debere ⟨l. deberes⟩, verum etiam, si qui forte in divinae militiae cultum ante[i]) fuerint ignorantia faciente suscepti, eliminare prorsus et exutos religioso privilegio ad dominorum possessiones iusta debueris ammonitione compellere. Et ideo, frater karissime, eos quos supradicti viri actores in clericatus officio monstraverint[k]) attineri, discussos et obnoxios approbatos custodito legum tramite sine intermissione restitue, ita ut si quis iam ex his presbyter reperitur, in eodem gradu peculii sola amissione permaneat, diaconus vero aut[l]) vicarium prestet, aut, si non habuerit, ipse reddatur. Residua officia sciant neminem posse ab[m]) obnoxietate, si convincuntur[n]), vindicari, qua-

---

C. 23. a) *aliud cap. praecedit in Bb.* b) Admittuntur ad ordinem sacrum qui a dominis suis libertatem consequi non meruerunt et ad fastigium — volumus temperari *Ven.:* Nullus episcopus *12.* c) eorum *add. 5.* d) in eis *Coll. min. (at om. 5),* in eos *Dion.* e) potestatibus *codd.* A^2 *(F ante corr.),* V_2. f) malix *7, 13.* g) ascribetur *1.* h) nullius *N,* V_2, V_3, V_4, *3, 4, 5, 12, 13.* i) abradatur *7.*

1 'Caput hoc videtur confectum ex titulo qui in collectione Dionysiana praeponitur primo decreto Leonis I et ex parte posteriori ipsius decreti', iure notant Corr. Romani ad Decr. Grat. D. 54 c. 1., V. et J. Bibl. t. I p. 222, Jaffé-W. 402; Coll. min. c. 230.

C. 24. a) Et *Gel.* b) caelesti *Ven.,* V_2 *J,* V_3. c) militari *add. Ven.* d) voluntate et culpa *N.* e) *om.* V_2 *J,* V_3. f) *deest Gel.* g) adhuc — alios *om. N.* h) *om. G, N.* i) antea V_1, *P,* ante V_2, V_3. k) monstraverit *N.* l) ut *G,* V_1. m) hoc noxietate *Bb.* n) convincitur *Gel.*

1 Epist. 20, A. Thiel I p. 386; Jaffé-W. 651.

tinus hoc[o]) ordine custodito nec dominorum iura nec privilegia ulla ratione turbentur.

C. 25. De eadem re. Item[a]) Gelasius[1] papa.

Frequens quidem[b]) et assidua nos querela circumstrepit de his pontificibus qui nec antiquas regulas nec decreta nostra[c]) noviter[d]) directa cogitantes obnoxias possessoribus[e]) illigatasque[f]) personas venientes ad clericale[g]) cingulum non refutant[h]). Nuper[i]) etenim[k]) actores illustris feminae Placidiae[l]) petitorum ⟨l. petitorii⟩ oblatione conquesti sunt, Sabinum Marcellianensis sive Cusilinatis[m]) urbis antistitem[n]) Antiochum servum iuris patronae suae, absentis dominae occasione captata, ad presbyterii honorem usque perductum[o]) eiusque fratrem Leontium clericalis officii privilegio decorasse. Et ideo, fratres karissimi, intra[p]) supradictos actores[q]) et eos qui conditionis extremae repetunt[r]) obiectum cognitionem vobis nostra auctoritate deputamus, ut omni veritate discussa, si revera[s]) obiectam sibi maculam iustitiae refragationis non potuerit ratione[t]) diluere, Leontium clericum, quam gradus prefinitus legibus non defendit, ad sequendam cognitionis[u]) suae necessitatem modis omnibus redhibete. Antiochum vero quia per[v]) sacerdotium iam non potest retolli, si in suam ecclesiam in hoc in quo est honore desiderat[w]) collocare, non velut redditum sibi, sed habeat pro mysteriorum[x]) celebratione susceptum.

C. 26. Qui sint poenitentes et ad quos ordines possint pervenire. Ex concilio Toletano[1].

Placuit ut poenitentes non admittantur ad clerum, nisi tantum si necessitas aut usus exegerit, inter hostiarios deputentur vel inter lectores, ita ut evangelium et[a]) Apostolum non legant. Si qui autem ante[b]) ordinati sunt diaconi[c]), inter subdiaconos habeantur, ita ut manum non imponant nec sacra contingant. Eum vero poenitentem dicimus qui post

---

o) *om. Bb.*

C. 25. a) *in marg. Bb.* b) equidem *Thiel.* c) *om.* V_1, *P.* d) noverit *N, Bb.* e) possessionibus *Thiel.* f) obligatasque *Gel.* g) clericalis officii *Gel.* h) refutatur *N, ex* resuscitant *corr. L.* i) neque *Bb.* k) enim V_4. l) Placidae *N, corr. Ven.* m) Cusilinatus *N,* Casilinatis *Thiel, de cuius loci situ ac nomine v. P. Ewald, Neues Archiv V, 412.* n) *om. Thiel.* o) productum *Thiel,* est *add. G. (fortasse pro* esse.) p) inter *Gel.* q) auctores *G.* r) repetuntur *Thiel,* obiectam *N, Thiel*; *equidem legendum esse censeo:* qui cond. extr. repetuntur obiectu, cogn. *etc., quod praebet Decr. Grat. D. 54 c. 10.* s) vera *P.* t) *om. G.* u) cognationis *emend. Thiel, at praefero:* conditionis *sec. Decr. Grat.* v) propter *Thiel.* w) domina *add. Decr. Grat.* x) ministeriorum *N, Bb.*

1 Epist. 21, A. Thiel I p. 388, Jaffé-W. 653.

C. 26. a) vel V_1, et Apostolum *om. N.* b) antea *G,* ante ordinationem sunt subdiaconi V_1, *P,* ordinati *ex* ordinationem *corr. L et inser.* sunt subdiaconi. c) subdiacones *N, M et alii,* diacones *Mansi.*

1 Conc. Tolet. I c. 2, mutatis aliquibus verbis. Mansi t. III col. 998.

baptismum aut pro homicidio aut pro diversis criminibus gravissimisque peccatis publicam poenitentiam gerens sub concilio[d]) divino fuerit reconciliatus altario.

C. 27. Ut nullus laicus nisi per distinctos gradus ad presbyteratum ascendat. Stephanus[1] natione Siculus

congregatis episcopis totius Tusciae atque Campaniae, considentibus pariter XII[a]) episcopis Francorum et Romanis presbyteris in presentia totius cleri et populi concilium[b]) fecit in basilica Constantiniana. In quo dampnavit Constantinum neophytum invasorem sedis apostolicae[c]), et[2] allatis sacratissimis[d]) canonibus eisque liquido perscrutatis prolata est sententia ab eodem concilio sub anathematis interdictu, ut nullus umquam laicorum neque ex alio ordine presumat, nisi per distinctos gradus ascendens diaconus aut presbyter factus fuerit cardinalis, ad sacrum pontificatus honorem[e]) promoveri.

C. 28. Ut nullus laicus ad sacrum[a]) ordinem assumatur omissis clericis, qui ministraverunt iam in dominicis castris. Coelestinus[1] papa episcopis per Apuliam et Calabriam[b]). Cap. II.

Quid proderit per singula stipendia clericos militasse et omnem egisse in dominisis castris aetatem, si[c]) hi qui futuri ⟨prefuturi[d])⟩ sunt ex laicis requirantur[e]), qui vacantes[f]) saeculo et omnem ecclesiasticum ordinem nescientes saltu prepropero in alienum honorem ambiunt immoderata cupiditate transcendere et in aliud vitae genus calcata reverentia ecclesiasticae disciplinae transire? Talibus itaque, fratres karissimi, necesse est[g]) obviemus hisque fraternitatem vestram decretis[h]) commovemus, ne quis laicum[i]) ad clericatus ordinem admittat et sinat fieri, unde et illum decipiat et sibi causas generet, quibus reus constitutorum decretalium fiat.

---

d) cilicio *Mansi.*

C. 27. a) V_1, *P.* b) consilium *G, N,* V_2, V_3. c) et inscriptiones eius et gesta decretorum eius *post add. Bb;* distin. 79 nullius *add. in marg. Ven. man. rec.* d) sacris *N.* e) ordinem *N.*

1 Stephanus papa III. Initium capituli usque ad 'invasorem sedis apostolicae' nonnisi excerptum est ex Libro pontificali XCVI, ed. L. Duchesne t. I p. 468 sq. 2 abhinc capit. cum Libro pontif. p. 476 ad verbum concordat.

C. 28. a) sacros ordines *N,* V_1, *P.* b) constitutis *add. N, Coel.,* cap. II *om.* V_2, V_3. c) sicut V_1. d) qui his praefuturi *Coel.* e) requiruntur *10.* f) vagantes *Bb.* g) *om. Bb.* h) *post inser. P.* i) laicus *N, ex* laicus *P.*

1 Epist. 5, P. Coustant col. 1073; Coll. min. c. 114, Jaffé-W. 371.

C. 29. Qui[a]) laici ad clericatum possint[b]) promoveri. Innocentius[1] papa Felici episcopo cap.[c]) IIII.

Laici qui habentes uxores baptizati sunt ac sic se instituerunt, ut in nullo opinio eorum vacillet et[d]) aut clericis iuncti sunt[e]) aut monasteriis ex quo baptizati sunt ha eserint, si non concubinam non pellicem norint[f]), si in omnibus[g]) operibus vigilaverint, non prohibentur huiusmodi ad clericatus sortem assumi, ita sane ut in eos tempora[h]) constituta serventur, ne[i]) cito quilibet lector cito acolytus[k]) cito diaconus cito sacerdos fiat.

C. 30. Quod[a]) is qui membrum sibi volens abscidit ad clerum[b]) admitti non debet; si casu evenerit, non prohibetur. Innocentius[c])[1] Felici Nuceriano[d]) episcopo.

Qui partem cuiuslibet digiti sibi ipsi[e]) volens abscidit[f]) hunc ad clerum canones non admittunt, cui vero casu aliquo[g]) contingit[h]), dum aut operi rustico curam impendit aut aliquid faciens se non sponte percussit[i]), hos canones precipiunt[k]) et clericos fieri, et si in clero fuerint reperti, non abici. In illis enim voluntas est iudicata, quae sibi ausa[l]) fuit[m]) ferrum iniicere: in[n]) istis vero casus veniam meruit.

C. 31. De[a]) eunuchis, et qui se ipsos absciderunt. Ex concilio Nicaeno cap. I.[1]

Si quis a medicis per languorem desectus est aut a barbaris abscisus, hic in clero permaneat; si quis autem se sanus abscidit, hunc[b]) in clero constitutum abstineri conveniet, et deinceps nullum debere talium promoveri. Sicut autem[c]) hoc claret, quod his qui rem hanc affectant[d]) audentque[e]) semetipsos abscidere dictum sit, sic eos quos aut barbari aut domini castraverint[f]) inveniuntur autem alias dignissimi, tales ad clerum suscipit ecclesia[g]).

C. 29. a) Quod *N*, V_1. b) possunt V_1. c) cap. IIII *om.* V_2. d) *om. N*, ut *Coll. min.*, *Coust.* e) sint V_1, *Coll. min.*, *Coust.* f) norunt *N*, *Coll. min.*, *at* norint *3, 10*, noverint *5*. g) bonis *add. Bb*, *Innoc.* h) a maioribus *add. Innoc.* i) nec *Coll. min.*, *Innoc.* k) cito subdiaconus V_1, *P.*

[1] Epist. 37 c. IV, P. Coustant col. 912, Coll. min. c. 148, Jaffé-W. 314.

C. 30. a) Quodsi qui V_1. b) clericatum *M*, V_2, V_3. c) episaopus *add. N.* d) Nucerino *4*, *Innoc.* e) ipse *Innoc.*, *om. 3, 4.* f) absciderit *N*, V_2. g) modo *add. 3, 4.* h) contigit *Coll. min.*, *Innoc.* i) percusserit *N.* k) percipiunt V_2. l) causa V_2, *Coll. min.*, *at* ausa *3, 4.* m) fuerit *Innoc.* n) *paucis praetermissis.*

[1] Epist. cit. cap. I, P. Coustant I col. 911, Coll. min. c. 146.

C. 31. a) Si quis a barbaris vel medicis absciditur, in clero permaneat, qui autem a semet ipso promoveri non debet *Ven.* b) *ex N supplevi.* c) *om.* V_2. Sicut ergo de his . . . abscid. haec quae dicimus statuta sunt, sic V_3. Cf. Vers. Isid. Maassen Gesch. I p. 924. d) *ex* effectant *P.* e) audent V_1, *P*, vel aud. *Dion.* f) castraverunt V_2, *Dion.* g) regula *Dion.*

[1] Versio Dionys. V. et J. Bibl. t. I p. 116.

C. 32.[a]) Quod presbyteri post susceptum ordinem casu in[b]) corpore debilitati ordinem suum amittere non debent. Gelasius[1] papa.

Precepta canonum, quibus ecclesiastica regitur disciplina, sicut ad sacerdotium debiles corpore venire non patiuntur[c]), ita et si quis in eo constitutus[d]) ac tum[e]) fuerit sauciatus, amittere non potest quod tempore suae sinceritatis accepit. Stephanus si quidem presbyter petitorio nobis deflevit oblato, quod habetur in subditis, olim sibi et ante annos plurimos collatam presbyterii dignitatem quam[f]) revera inmaculati[g]) corporis iudicio suscepisset. Sed nuper provinciae[h]) vastitate, quam Tusciae pre omnibus barbarorum diversa sectantium et[i]) ambiguitas invexit animorum, cum imminentes[k]) gladios evadere fugae presidio niteretur[l]), acutis sudibus occurrentia sibi septa transiliens inferiores partes corporis inseruisse suggessit, quae vix adhibita curatione biennio potuisset ⟨l. potuissent⟩ abstergi. Et ideo, frater karissime, supradicto locum suum dignitatemque restitue, quatenus sacrosancta mysteria, sicut consuevit, exerceat. Nec enim convenit ob hoc auferri ante susceptum ordinem, in quo postmodum ⟨in⟩ invalitudines[m]) corporis casu probatur faciente collapsus.

C. 33. Ut qui preter formas canonum venerit ad sacerdotium ipse et ordinator eius honore priventur. Innocentius[1] episcopus universis[a]) episcopis in Tolosana[b])[2] synodo constitutis.

Si quis[c]) adversus formas canonum[d]) ad ecclesiasticum ordinem vel ad ipsum sacerdotium venire temptaverit, una cum ordinatoribus[e]) suis ipso quo[f]) inventi fuerint ordine et honore priventur.

C. 34. Quod non licet neophytum vel laicum inconsiderate presbyterum vel diaconum ordinari. Siricius[1] papa cap.[a]) IIII episcopis per diversas provincias.

Certe illud non fuit pretermittendum, ut[b]) quod semel aut[c]) secundo necessitas hereticorum intulit contra apostolica precepta, velut lege licitum I Tim. 3, 6.

C. 32. a) *duo capit. praemitt. Bb.* b) corpore debilitato V_2, V_3. c) patitur *Gelas.* d) fuerit. constit. ac tunc *Thiel.* e) si *add. Bb.* f) quoniam *P.* g) immaculatam *Thiel.* h) propter prov. vastitatem *Gelas.* i) ut *G.* k) eminentes V_2, V_3. l) uteretur V_2, V_3. m) invalitudinem *Gelas.*

1 Fragmentum 9, A. Thiel I, p. 488, Jaffé-W. 706.

C. 33. a) omnibus *3, 4, 5.* b) Tolesana *Coll. min., except. 3, 4.* c) qui post haec. . . . tentaverint *Innoc.* d) canonicas *5.* e) creatoribus *Innoc.* f) in quo *Coll. min.* (ipso quoque *10*), *Innoc.*

1 Epist. 4 c. IV, P. Coustant I, col. 769, Coll. min. c. 149, Jaffé-W. 292.
2 Immo Toletana, v. Maassen, Gesch. I p. 243.

C. 34. a) cap. IIII *om.* V_2, *2 et alii codd. Coll. min.* b) *om. P.* c) vel *3, 4 et alii codd. Coll. min.*

1 Epist. 6 c. III, P. Coustant I col. 662, Coll. min. c. 141, Jaffé-W. 263.

coepisset[d]) presumi, neophytum sive laicum qui nullo[e]) ecclesiastico functus[f]) fuerit[g]) officio inconsiderate vel presbyterum vel diaconum ordinare, quasi meliores apostolis[h]) sint, quorum audeant mutare preceptum[i]): et qui non didicit, iam docere compellitur. Ita nullus reperitur idoneus clericorum, nec inter diacones nec inter alios clericos invenitur qui sacerdotio dignus habeatur, sed ad[k]) condempnationem ecclesiae laicus postulatur. Quod ne fiat ultra[l]), omnino interdicentes prohibemus.

C. 35. Ut non fiant ordinationes illicitae. Gregorius[1] urbis Romae presul Squillitano[a]) episcopo.

Precipimus, ne umquam illicitas ordinationes facias, nec[b]) bigamum aut qui virginem non est sortitus uxorem aut ignorantem litteras vel in qualibet corporis parte vitiatum vel poenitentem vel curiae aut cuilibet[c]) conditioni obnoxium ad sacros ordines permittas accedere. Sed, si quos huiusmodi repereris[d]), non audeas promovere.

C. 36. Ut ordinatio presbyterorum[a]) vel[b]) levitarum congruo tempore sollempniter fiat[c]). Zepherinus[1] Romanae urbis archiepiscopus omnibus episcopis.

Ordinationes presbyterorum levitarumque[d]) tempore congruo et multis coram astantibus[e]) sollempniter agite et probabiles ac[f]) doctos viros ad hoc opus provehite[g]), ut de eorum societate et adiumento plurimum gaudeatis.

C. 37. Ut in principio dominicae noctis sacri ordines sive in mane eodem die continuato ieiunio. Leo[1] episcopus Dioscoro Alexandrino episcopo.

Quod a patribus nostris propensidri[a]) cura novimus esse servatum a vobis quoque volumus custodiri, ut non passim diebus omnibus sacerdotalis vel levitica ordinatio celebretur, sed post diem sabbati eiusque[b]) noctis quae in prima sabbati lucescit[c]) exordia consecrandi[d]) eligantur[e]).

---

d) coepisse *Coll. min. (exc. 12), Coust.* e) in ullo *10.* f) *om.* V_1, *5, 12, sup. lin. inser. P.* g) *om. G, N,* erit V_2 *J,* V_3. h) apostoli *5.* i) precepta *N.* k) a condempnatione *Coll. min. at* ac dempnationem *10,* ad condemnationem *12.* l) *om. 12;* quod ne fiat ultra admoneo *Coust.*

C. 35. a) Squillaciano *N,* Squillatino V_1, *P, Ven., Bb,* Squillacino *Greg.* b) ne *Ewald.* c) cuiuslibet *N.* d) reperieris *N, P.*

1 Registr. II 37, t. I p. 133, Jaffé-W. 1191.

C. 36. a) vel diaconorum *add. N,* V_1, *P.* b) et *M.* c) fiant *N.* d) et lev. *Ps. Zeph.* e) stantibus *3, 5,* adstantibus *10, Ps. Zeph.* f) et V_2 *J.* g) prebete *3, 4,* prebere ut deorum *5.*

1 Ps. Zepherimus c. 14, p. 135; Coll. min. c. 164.

C. 37. a) propensiore *Leo.* b) eius *Baller.* c) lacessit *N, Ven.* d) *deest Leoni.* e) et *add. Baller.*

1 Epist. 9 c. I, Baller I col. 629, Coll. min, c. 165; Jaffé-W. 406.

in quibus his qui consecrandi sunt ieiunis[f] a ieiunantibus sacra benedictio conferatur. Quod eiusdem observantiae erit, si mane ipso[g] dominico die, continuato sabbati ieiunio, celebretur; a quo tempore precedentis noctis initia non recedunt, quod[h] ad diem resurrectionis, sicut etiam in pascha Domini declaratur[i], pertinere non dubium est[k].

C. 38. De presbyterorum[a] et diaconorum ordinationibus certis celebrandis temporibus. Gelasius[1] omnibus episcopis.

Ordinationes[b] presbyterorum et diaconorum nisi certis temporibus et diebus exerceri[c] non debent i. e.[d] quarti mensis ieiunio et[e] septimi et decimi sed etiam quadragesimalis initii, ac medianae[f] quadragesimae diei[g] sabbati ieiunio[h] circa vesperas[i] ipsas[k] ordinationes noverint celebrandas, nec[l] cuiuslibet utilitatis seu presbyterum seu diaconum his preferre qui ante ipsos fuerint ordinati.

C. 39. Quod pueri ad sacros ordines non admittantur, et nulla sit in ordinatione venalitas. Gregorius[1] papa Columbo episcopo.

Pueri ad sacros ordines nullatenus admittantur, ne tanto periculosius cadant, quanto citius conscendere[a] altiora festinant[b]. Nulla sit in ordinatione venalitas potentia vel supplicatio personarum, nichil adversus haec quae prohibemus obtineat, nam procul dubio Deus offenditur, si ad sacros ordines quisquam non ex merito sed ex favore, quod absit, aut venalitate provehitur.

C. 40.[a] Quod per singulos debent a minimo ascendere gradus qui volunt in ecclesia militare.

Silvester[1] papa in generali residens synodo dixit: Si quis desiderat[b] in ecclesia militare aut proficere, sit[c] primum hostiarius deinde

---

[f] et *add. Baller.* [g] *om. N.* [h] quam *Baller.* [i] celebratur *P suprascrib.* vel declaratur. [k] V_4 *add.:* Ut his qui consecrandi sunt numquam benedictio nisi in die resurrectionis dominicae tribuatur, cui a vespere sabbati initium constat ascribi.

C. 38. [a] presb. et *om.* V_1, *P.* [b] ordinationem *3,* vero *add. solus 1.* [c] exercere nemo audeat episcoporum *Coll. min.*, exerc. non audeant *Gelas.* [d] *pro* i. e. (idem *N*) — quadragesimae *exhibet Coll. min.*: itaque primi mensis et quarti, (et *add. 5, 6, 10)* septimi et decimi ieiunio (ieiuniis *7*). [e] *deest Gelas.* [f] mediana *N,* V_1, *P, Ven., Bb.* [g] die *P, Coll. min., Gelas.* [h] ieiuni *Coll. min.* [i] vesperam *Coll. min., Gelas.* [k] ips. ord. *des. Gelas.* [l] *haec usque ad finem praetermittit Coll. min.*

[1] Epist. 14 c. XI, A. Thiel I p. 363, Coll, min. c. 166, Jaffé-W. 636.

C. 39. [a] ascendere V_1, *P.* [b] festinent *N.*

[1] Registr. III 47 ed. P. Ewald, t. I p. 203; Jaffé-W. 1252.

C. 40. De eadem re *cap. August. praemitt. Bb.* [b] desideraret *Hinsch.* [c] debet esse prius *Ps. Silv.*

[1] Ps. Synodus Silvestri papae c. VII p. 450, Coll. min. c. 138.

lector et postea exorcista per tempora quae constituerit[d]) episcopus, deinde acolytus annos V[e]) subdiaconus annos V custos martyrum annos V diaconus[f]) annos V presbyter annos[g]) IIII[h]) probatus ex omni parte in tantum, ut etiam ab his qui foris sunt testimonium habeat bonum; unius videlicet[i]) uxoris vir[k]) quae tamen a sacerdote sit benedicta. Et sic[l]) probatus si fuerit dignus, et vota cleri et[m]) populi occurrerint, canonice ordinetur[n]) episcopus. Quem postea nec clerus nec populus perturbare debet, quia episcopi qui[o]) throni Dei vocantur non sunt lacerandi, sed magis portandi et[p]) venerandi.

C. 41. Item per quae tempora et per quos gradus ascendendum est ab infantia usque ad summum sacerdotium. Zosimus[1] papa.

Haec autem singulis gradibus observanda sunt tempora: si ab infantia ecclesiasticis ministeriis nomen dederit et[a]) inter lectores[b]) sive[c]) exorcistas quinquennio teneatur; exinde acolytus vel subdiaconus IIII annis sit[d]), et sic ad benedictionem diaconatus, si meretur, accedat. In quo[e]) ordine V annis si inculpate se gesserit adhaerere[f]) debebit, exinde suffragantibus dispendiis[g]) per tot gradus datis propriae fidei documentis presbyterii sacerdotium poterit promereri. De quo loco si eum[h]) exactior ad bonos mores vita produxerit, summum pontificatum sperare debebit, hac tamen[i]) lege servata, ut neque bigamus[k]) neque[l]) viduae maritus neque poenitens ad hos gradus possit admitti. Sane ut etiam defensores ecclesiae qui[m]) ex laicis fiunt supradicta observatione teneantur, si meruerint in ordine esse clericatus.

C. 42. De[a]) eadem re. Ex[b]) concilio Toletano[1] II.

De his quos voluntas parentum a[c]) primis infantiae annis clericatus officio mancipaverit id[d]) statuimus observandum, ut mox detonsi vel ministerio lectorum[e]) cum traditi fuerint, in domo ecclesiae sub episcopali

---

d) constituit *3, 4, 12, 13*; *iidem codd. om.* episcopus. e) et *add. 5,* subd. a. V *om. 1, 2.* f) diac. a. V *deest Ps. Silv.* g) annis tribus *Hinsch.* h) XXX V_1, *P.* i) etiam *3.* k) virum *Hinsch.* l) si prob. fuerit *Hinsch.* m) ac *12.* n) consecretur *Ps. Silv.,* ep. ordinetur *transponunt* V_1, *P, Ven., Bb, Coll. min. eodem ordine ac Ps. Silv.* o) *om. G, N.* p) ac *Hinsch.*

C. 41. a) *deest Zos.* b) usque ad — lectores *Zos., ob homoioteleuton neglecta sunt.* c) inter *add.* V_1, *P, Ven., Bb, Zos.* d) *deest Zos.* e) *om. G.* f) haerere *Coust.* g) stipendiis *Ven.* V'_4, *Zos.* h) eo illum *Coust.* i) tantum *N.* k) dig *Zos.* l) neque vid. mar. *om. Coust., sed legitur in Coll. Hispana.* m) quilibet . . . fuerit *N.*

1 Epist. 9. c. III, P. Coustant I col. 970; v. supra VI 24.

C. 42. a) item *praemitt.* V_1, *P.* b) Ex ordine Romano V_2. c) imprimis *P.* d) idem *P, om. Mansi.* e) electorum *Conc.*

1 Conc. Tolet. II c. 1, Mansi t. VIII col. 785.

presentia a preposito[f] sibi debeant erudiri. At ubi octavum decimum aetatis suae compleverint annum, coram totius cleri plebisque conspectu voluntas eorum de expectando[g] coniugio ab episcopo perscrutetur. Quibus si gratia castitatis Deo inspirante placuerit et promissionem[h] castimoniae suae absque coniugali necessitate se spoponderint servaturos, hi tamquam appetitores artissimae viae lenissimo Domini iugo subdantur ac primum subdiaconi[i] ministerium habita[k] probatione professionis suae a XX.[l] anno suscipiant. Quodsi inculpabiliter ac inoffense XX et V. annum[m] peregerint, ad diaconatus[n] officium, si scientes[o](implere[p]) posse ab episcopo probantur, promoveri debent[q]. Cavendum tamen est his, ne quando suae sponsionis[r] inmemores aut ad terrenas nuptias aut ad furtivos concubitus ultro[s] recurrant. Quod si forte fecerint, ut sacrilegii rei[t] ab ecclesia habeantur extranei. Quibus[u] autem voluntas propria, interrogationis tempore, desiderium nubendi persuaserit, concessam ab Apostolo[v] licentiam[w] I Cor. auferre non possumus, ita ut cum provectae[x] aetatis in coniugio positi, 7, 2. 9. renuntiaturos se[y] pari consensu operibus carnis spoponderint, ad sacros[z] ordines aspirent.

C. 43. De ordine consecrationis ecclesiasticorum ordinum. Ex ordine[1] Romano.

Primum in quacumque[a] schola reperti fuerint pueri bene psallentes tolluntur inde et nutriuntur in schola cantorum et postea fiunt[b] cubicularii. Deinde[c] sicut sacramentorum codex continet, quando et ubi libitum fuerit, usque in subdiaconatus officium ordinantur, diaconi vero atque presbyteri numquam nisi publica[d] ordinatione. Fit enim conventus populi et congregatio regionum primum ad sanctum Adrianum, et inde pergit pontifex una cum populo precedente solito apparatu i. e. crucibus[e] thuribulis vel[f] tabulis ad[g] sanctam Mariam ad Presepe[h]. Accedente pontifice ad altare schola cantorum complente[i] letaniam et introitum[k], pontifex

---

f) proposito *N*, V_1. g) expetendo V_1, *P*, *Ven.*, V_2, V_3, *Bb*, *Conc.* h) professionem *Mansi.* i) subdiaconatus *Conc.* k) habitu probationis suae *Mansi.* l) viginti annis V_2 *J.* m) XX et V annis numerum *N*, XX et V annos *Bb'*, aetatis suae *add. Conc.* n) diaconii V_1, *P.* o) scienter *Mansi.* p) impleri V_1. q) *om. Mansi.* r) passionis *P.* s) ultra V_2, *Mansi.* t) damnentur et *add. Mansi.* u) his autem quibus *Conc.* v) apostolis *N*, *Bb*, *Conc.* w) sententiam *Mansi.* x) perfectae *Mansi.* y) separari *N.* z) sacratos gradus *Conc.*

C. 43. a) qualicumque *Mabill.* b) fiant V_1. c) *paucis praetermissis.* d) in publ. *Mabill.* e) cruces thuribula vel tale *Mabill.* f) vel tab. *om. Ven.* g) usque ad V_1, *P et alii codd. Mabill.* h) praesepem *Mabill.* i) repetit letar. dein *Mabill.* k) et *add. Mabill.*

1 Ordo Romanus IX, Mabill. Mus. Ital. t. II p. 89, sed textus compluribus locis diversi, sicut ad l. VI c. 43 adnotavi.

dicit: Oremus, et diaconus: Flectamus genua. Post orationem[l]) ascendit lector in ambonem et[m]) legit lectionem de IIII. feria. Sequitur graduale, deinde pontifex dicit: Dominus vobiscum, diaconus ut supra. Post orationem[n]) ascendit lector in ambonem et[o]) legit brevem in auribus populi sic continentem: 'Cognoscat caritas[p]) vestra, quia ille et ille advocantur in tali officio[q]) et in tali'. Si quis habet contra hos viros aliquam querelam exeat confidenter propter Deum et secundum Deum et dicat, memor sit tamen omnis[r]) communionis suae. Quodsi nullus contradictor extiterit, sequitur[s]) lectio et responsorium[t]). Post haec vocantur[u]) sursum et statuuntur in sinistra parte altaris, usque dum pontifex missam compleat[v]). Deinee advocantur VI. feria ad sanctos apostolos eo tenore quo[w]) supra.

C. 44.[a])

Sabbato vero[b]) [1] egreditur[c]) pontifex ad sanctum Petrum et universae regiones cum eo letaniam canendo. Ingrediente papa secretarium[d]) ordinandi[e]) prestolantur in choro. Completo introitu dat pontifex orationem, subdiaconi legunt[g]) lectiones[h]) et canuntur[i]) gradualia et[k]) lectio[l]) Apostoli. Deinde apostolicus pontifex[m]) legit[n]) advocationis brevem coram populo ut[o]) supra; et stant parati singulorum ministri cum indumentis[p]), donec archidiaconus veniat et singulis singula sua manu tribuat. Post haec[q]) innuente pontifice dat archidiaconus manum uni ex ipsis. Ceteri vero sequuntur eum et ascendunt ad altare et prosternit[r]) se pontifex cum illis[s]) in oratione[t]) clero interim canente letaniam. Surgentibus[u]) autem ab oratione stat pontifex[v]) in sede sua et[w]) ducuntur ante eum qui diaconi esse debent. Et singillatim[x]) imponens manum[y]) super capita eorum[z]) benedicit eis dando[a]) orationem. Accedens autem archidiaconus tollit oraria[b])

---

l) collectam *Mabill.* m) elevata voce *add. Mabill.* n) collectam *Mabill.* o) elevata voce *add. Mabill.* p) fraternitas *Mabill.* q) et in tali *om. Mabill.* r) omnino *Mabill.* s) sequatur V_1. t) reliqua *Ven.* u) advocantur *Mabill.* v) percompleat *Mabill.* w) ut *Mabill.*

C. 44. a) *in Bb quasi continuatio praecedentis capituli (51) est. Rubricam om. G.* Qualiter diacones et prebyteri cardinales ordinentur in Romana ecclesia *N, P.* Qualiter ordinatio sacrorum ordinum sit caelebranda *Ven. Inscript. om. G, N.* Ex eodem V_1, *P.* De eodem *M*, V_2. b) *inser. L m. 2.* c) egredietur *N*, V_1, *P, Ven., Bb.* d) in sacrat. *Mabill.* e) ipsi *Mabill.* f) adventum eius in presbyterio *Mabill. et paulo aliter continuat.* g) legant *G, Ven.* h) lectionem *Mabill.* i) cantatur graduale *Mabill.* k) *pro:* et lect. Ap. *alia exhibet Mabill.* l) lectiones *N, Ven.* m) *om. Mabill.* n) legat V_1, *L*, ipse *add. Mabill.* o) ut supra *om. Mabill.* p) indumento *Mabill.* q) autem descendit archidiaconus inn. pont. et dat *Mabill.* r) prosternunt *N.* s) ipsis V_1, *P, Ven.*, V_2, V_3, *Bb, Mabill.* t) orationem *Mabill.* u) Surgentes *Mabill.* v) *om. Mabill.* w) et — debent et *om. Mabill.* x) singulatim V_1, *P.* y) manus capitibus eorum et *Mabill.* z) eos V_1, *P, Ven.*, V_2, V_3, *Bb, Mabill.* a) d. or. *om. Mabill.* b) orarios ... qui ... repositi *Mabill.*

[1] Ordo Rom. cit. p. 90.

de confessione in qua hesterna die reposita sunt[c]) et dat pontifici, et pontifex illis dicendo: Accipite stolas vestras *et cetera.* Et completur benedictio eorum et dant osculam pontifici et sacerdotibus et redeunt ad altare. Qui autem presbyteri ordinandi sunt paratis eis diaconis[d]) more ducuntur a presbyteris ad sedem pontificis. Tunc illis inclinatis super capita eorum ponit manum et omnes presbyteri, qui adsunt manus suas iuxta manum episcopi super capita eorum teneant, et ille dat orationem super eos; sicut in sacramentario continetur et[e]) expletis rite omnibus canitur tractus: Laudate[f]) Dominum, et unus ex novitiis diaconibus[g]) legit evangelium. Postea omnes ordinati offerunt oblatas integras ad manum pontificis et ministrant[i]) sibi unusquisque secundum officium suum[k]). Pontifex vero oblatas integras dat singulis novitiis presbyteris et inde communicant usque dies VIIII.[l]) Expletis autem omnibus stant parati homines regionum ad singulos titulos pertinentium cum candelabris et thuribulis, ut proprium suscipiant sacerdotem. Egredientibus autem de basilica sancti Petri precedunt[m]) unumquemque candelabra cum thuribulis. Ipsi vero sedent super equos[n]) albos et precedens et subsequens populus canit eis[o]) laudes. Similiter[p]) etiam fit[q]) diaconis qui eodem die benedicuntur. Plateae autem civitatis unde transituri sunt coronantur[r]) et ornantur palliis, et sic ducuntur ad ecclesias suas.

C. 45. Quod presbyter et diaconus ab uno tantum episcopo ordinantur. Ex canone[a])[1] apostolorum.

Presbyter[b]) ab uno episcopo ordinetur et diaconus et reliqui clerici.

C. 46.[a]) Ex concilio Carthaginensi[b])[1] cap. IIII.[c])

Psalmista i. e. cantor potest absque scientia episcopi[d]) sola iussione presbyteri officium suscipere cantandi dicente sibi presbytero: vide ut quod ore cantas corde credas, et quod corde credis operibus probes[e]).

---

c) *pro iis, quae sequuntur usque ad* suscipiant sacerdotem *alia profert Mabill.* d) diaconi *G.* e) *om. G.* f) Dominum *om.* V_1. g) diaconus *G,* diaconis *Ven.* h) ordinandi V_1. i) ministrans V_1. k) *cetera usque ad* communicant *om.* V_2 *J.* l) octo *Mabill.* m) procedunt V_1, *L.* n) equum album *Mabill.* o) eius *N,* ei *Mabill.* p) *pro his ap. Mabill, sermo est de diaconissis et presbyterissis.* q) sint *N.* r) cor. lauro et pall., *pro ceteris alia exhibet Mabill.*

C. 45. a) canonibus V_1, *Ven., inscript. om.* V_2. b) *capit. super ras. est Ven.*
1 Can. 2 vers. Dionys. V. et J. Bibl. t. I p. 112.

C. 46. a) *capp. 46—48 in unum capitulum (LIII) coniuncta sunt in Bb, in M et Ven. hoc capit. cum praecedente unitum est, rubrica vero in Ven. sibi conservata. Rubricam om. G,* V_1, *L, M.* Qualiter psalmistae ordinentur *N, P.* Qualiter cantor ordinatur *Ven.* Qualiter psalmista i. e. cantor ordinatur V_2, V_3. De ordinatione psalmistae *Bb.* b) IV. *add. Bb.* c) X *corr. Bb.* d) sui *add.* V_2. e) comprobes *Mansi.*

1 Immo Statuta ecclesiae antiqua, c. 10, Mansi t. III col. 952, Coll. Hisp. Hinsch. p. 304, Maassen Gesch. § 493.

C. 47.[a]

Hostiarius[1] cum ordinatur postquam ab archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conversari, ad suggestionem archidiaconis tradat ei episcopus claves ecclesiae de altari[b] dicens: Sic age, quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quae istis clavibus recluduntur.

C. 48.[a]

Lector[1] cum ordinatur, faciat de illo verbum episcopus ad plebem, indicans eius fidem ac[b] vitam atque[c] ingenium[d]. Post haec expectante[e] plebe tradat ei codicem de quo lecturus est dicens ad eum: Accipe et esto verbi Dei relator habiturus, si fideliter et utiliter impleveris officium, partem cum eis qui verbum Dei[f] ministraverunt[g].

C. 49.[a]

Exorcista[1] cum ordinatur, accipiat de manu episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi episcopo: Accipe et commenda memoriae[b], et habeto potestatem imponendi manus super energuminos, sive baptizatos[c] sive catechuminos.

C. 50.[a]

Acolytus[1] cum ordinatur, ab episcopo quidem doceatur, qualiter se in officio suo agere debeat, sed ab archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, ut sciat se ad accendenda[b] ecclesiae luminaria[c] mancipari. Accipiat

---

C. 47. a) *rubr. om. G, V_1.* Qualiter hostiarii *N, P.* Qualiter debeat conversari in domo Domini ostiarius *Ven.* De ordinatione hostiarii *M, V_2, V_3.* De ord. ostiarii *Bb.* *Inscriptionem proferunt:* Anacletus in decretali epistola *V_1, P.* Item cap. 9 *Bb.* b) altario *Stat.*

[2] Statuta c. 9.

C. 48. a) *rubr. om. G, V_1.* Qualiter lectores *P.* Quod episcopus debet facere verbum ad plebem de lectore, cum ordinatur *Ven.* De ordinatione lectoris *M, V_2, V_3, Bb.* Item cap. 8 *inscrib. Bb in marg.* b) ac vitam *om. N.* c) atque ing. *om. V_2.* d) et dicat ad electum: Elegerunt te fratres tui, ut sis Lector in domo Domini et ideo agnosce officium tuum, ut impleas illud: Potens est Dominus ut augeat tibi gratiam *inserit V_1 in marg., add. P in textu.* e) spectante *Stat.* f) *om. V_1, P.* g) ab initio *man. post. add. Ven.*

[1] Statuta c. 8.

C. 49. a) *aliud cap. praemittit Bb; rubr. om. G, V_1.* Qualiter exorcistae *N, P, Bb.* Quod exorcista accipit potestatem, cum ordinatur, imponendi manus super energuminum *Ven.* De ordinatione exorcistae *M, V_2, V_3, Bb.* b) *deest Hinsch.* c) baptizatum . . . catechumenum *Stat.*

[1] Statuta c. 7.

C. 50. a) *rubr. om. G, V_1, L.* Qualiter acoliti *P.* Quod acolitus cum ordinatur ab episcopo doceatur, qualiter in officio se agere debeat *Ven.* De ordinatione aeoliti *M, V_2, V_3.* b) accedenda *P.* c) lumin. manc. *post inser. Ven. in marg., in textu add.:* De manu vero episcopi.

[1] Statuta c. 6.

et[d]) urceolum vacuum ad suggerendum vinum in eucharistiam corporis[e]) Christi.

C. 51.[a])

Subdiaconus[1] cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de manu episcopi accipiat vacuam et calicem vacuum, de manu vero archidiaconi accipiat[b]) urceolum cum aqua manili[c]) ac manutergium[d]).

C. 52. De ordinatione diaconorum[a]). Ex concilio Carthaginensi[1] cap. IIII.

Diaconus cum ordinatur, solus episcopus, qui eum benedicit, manus super caput illius ponat[b]), quia non ad sacerdotium sed ad ministerium consecratur.

C. 53.[a]) Ut diaconi suum servent ordinem et officiis presbyterorum se non implicent. Gelasius[1] papa.

Diacones propriam constituimus servare mensuram, nec ultra tenorem paternis canonibus deputatum quippiam tentare permittimus et[b]) nichil eorum suo ministerio penitus applicare quae primis ordinibus proprie decrevit antiquitas. Absque episcopo vel presbytero baptizare non audeant, nisi predicti fortassis[c]) longius constitutis necessitas extrema compellat. Quod et laicis christianis facere[d]) plerumque conceditur.

C. 54. De ordine[a]) et officio diaconorum[b]). Nicaeni[c])[1] concilii cap. XVIII.

In sua diaconi mensura permaneant[d]) scientes quod episcoporum quidem ministri sunt, inferiores autem presbyteris habeantur. Per ordinem ergo[e]) post presbyteros gratiam[f]) sacrae communionis accipiant, aut episcopo eis aut presbytero porrigente. Sed nec sedere in medio presbyterorum diacones[g]) liceat, quia si hoc fiat preter regulam[h]) probatur existere. Si

---

d) *om. Ven.* e) corpus *G*, sanguinis V_1, *P et alii, Stat.*

C. 51. a) *rubr. om. G*, V_1, *Ven.* Quemadmodum subdiacones fiant *P.* De ordinatione subaiaconi *M*, V_2. b) *deest Stat.* c) et mantile *Merlin, Mansi.* d) dicente sibi episcopo: Videte cuius ministerium vobis tradatur etc. *inser.* V_1 *in marg., add. P in textu.*

1 Statuta c. 5.

C. 52. a) diaconi *Bb'.* b) imponat *P.*

1 Statuta eccl. ant. c. 4, Mansi l. c. col. 951.

C. 53. a) *duo capitula praecedunt in Bb.* b) *om. N, Thiel, sup. lin. inser. Ven.* c) officiis *add. Gelas.* d) *om. N.*

1 Epist. 14 c. VII, A. Thiel I p. 366; Jaffè-W. 636.

C. 54. a) ordinatione V_1. b) diaconi *G.* c) *signum notae affigit Ven.* d) gratiam sacrae communionis presbyteris non porrigant nec ante episcopos oblata contingant *add. Ven. ex priore parte capituli.* e) igitur V_1, *P.* f) *om. N.* g) diaconis *Dion.* h) et ordinem *add. Dion.*

1 Ex conc. Nicaeni I c. XVIII vers. Dionys. V. et J. Bibl. I p. 118.

quis autem etiam[i] post has diffinitiones obedire noluerit, a ministerio cessare debebit.

C. 55. Quod presbyteris diacones[a] et diaconibus sequentes clerici honorem debent exhibere. Ex[b] concilio[1] Laodicensi.

Quod non oporteat diaconum coram presbytero sedere, sed iussione presbyteri sedeat. Similiter autem diaconi honorem habeant a sequentibus i. e. a subdiaconibus et omnibus clericis.

C. 56. Quod[a] obedire debet diaconus presbyteris. Concilium Carthaginense[b] [1], cui interfuit papa Zosimus per vicarios suos.

Diaconi[c] [2] ita se presbyteri sicut episcopi ministros esse cognoscant. *Item ibidem*[d] [3]. Ut diaconus presente presbytero eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogit, iussus eroget. *Item in eodem*[e] [4]. Ut diaconus iubente presbytero sedeat quolibet[f] loco. *Item*[g] [5]. Ut diaconus in conventu presbyterorum interrogatus loquatur. *Item*[h] [6]. Ut diaconus tempore[i] tantum oblationis et[k] lectionis alba utatur.

C. 57.[a] Ut minores ordines maioribus sint subiecti. Ex[b] synodo sancti Silvestri[1] cap. IIII.

Ut a subdiacono usque ad lectorem omnes subditi sint diacono[c] cardinali[d], viro[e] reverentissimo in ecclesia representantes honorem tantum. Porro[f] pontifici presbyter[g], presbytero diaconus[h], diacono subdiaconus,

---

i) et *N.*

C. 55. a) diaconi *Ven.* b) *om. G, N, Ven., Bb, inscr. totam om.* V_2.
1 Conc. Laodicenum c. XX vers. Dion., V. et J. Bibl. I p. 131.

C. 56. a) De obedientia diaconorum erga presbyteros *M,* V_2 (c. 59), V_3. b) concilio Cartaginensi *G, M,* V_5; *inscript. om.* V_2, V_3. c) *om.* V_1, *L; P postea in spatium vacuum relictum inseruit.* d) c. 60. Ut diaconus eucharistiam presbyteri iussu ministret V_2, V_3. e) c. 61. Ut diaconus iubente presbytero sedeat V_3. f) in *add.* V_2. g) in eodem *add.* V_1*:* c. 62 *(recte 61).* Ut diaconus coram presbytero sedeat V_2. h) c. 63. Ut diaconus tempore tantum officii alba induatur V_2, V_3. i) *om.* V_5. k) vel *Statuta.*
1 Immo Statuta eccl. ant., Mansi t. III col. 954. 2 c. 37. 3 c. 38. 4 c. 39. 5 c. 40. 6 c. 41.

C. 57. a) *huic capitulo Ven. secundum marginem dextrum desuper adscribit:* Silvester Romanus sedit annos XXIII. Hic constituit, ut diaconus dalmatica in ecclesia uteretur et pallia vel inostima *(pro* vel inost. *l.* linostima) leva eorum tegeretur. *Lib. pont. p. I ed. Th. Mommsen, Mon. Germ., Gesta pont. Rom. Vol. I. p. 50.* b) *inscript. om.* V_2. c) *spatium 5 fere litterarum vacuum reliquit P.* d) urbis Romae *add. Coust.* e) viro rever. *deest Coust.* f) pontifici vero presbyteri, diaconi . . . exorcistae, lectores in omni loco *Coust.* g) diacono acolitus *sequit. in Ven.* h) diac. subdiac. *om. Bb.*
1 Constitutum Silvestri c. 7, ed. P. Coustant, App. col. 48; Maassen, Gesch. I. § 539 n. 3.

subdiacono acolytus, acolyto[i]) exorcista, exorcistae lector, lectori[k]) ostiarius, abbati[l]) monachi in omni loco representent obsequium sive in publico sive in gremio ecclesiae.

C. 58. Quod[a]) diaconi quasi oculi[b]) sunt episcopi, qui circumlustrare debent ecclesiam et docere laicos. Ex[c]) epistola Clementis[1] papae.

Sicut enim impietatis tibi crimen est, o[d]) Clemens, neglectis verbi Dei studiis sollicitudines suscipere saeculares, ita[e]) unicuique laicorum peccatum est, nisi invicem sibi etiam in his quae ad communis vitae usum pertinent operam fideliter dederint. Te vero securum facere ex[f]) his quibus non[g]) debes instare[h]) omnes communiter elaborent. Quodsi forte a semet ipsis hoc laici non intelligunt, per diacones edocendi sunt, ut tibi solius ecclesiae sollicitudines relinquant[i]). *Item in eadem*[2]. Diaconi vero ecclesiae sint tamquam oculi episcopi oberrantes et circumlustrantes cum verecundia actus totius ecclesiae et perscrutantes diligentius, si quem videant fieri vicinum precipitio et proximum esse peccato, ut referant haec[k]) ad episcopum. *Et*[3] *infra*. Eos qui non sollicite ad episcopi tractatum conveniunt ipsi commoneant et hortentur[l]). *Et*[4] *post alia*. Episcopo suggerente[m]) quae ad cultum ecclesiae et[n]) disciplinam eius pertinent diaconibus cura sit. *Item*[5] *in eadem*. Sacerdotes vero sal terrae dicebat[o]) beatus Petrus et mundi lumen docens precepit[p]) in splendore operum patrem glorificare Deum. De quibus[q]) Dominus ait: Beati estis cum maledixerint vobis homines et reliqua. *Et*[6] *item*. Vos estis sal terrae *et cetera*. Matth. 5, 11. 13.

C. 59. Quod[a]) in unaquaque civitate debent esse VII diaconi, qui custodiant episcopum. Evaristus[b])[1] omnibus episcopis.

Diaconi, qui quasi oculi videntur esse episcopi, in unaquaque civitate septem[c]) debent esse, qui custodiant episcopum predicantem[d]), ne ipse[e]) aut[f]) insidiatoribus quoquo modo infestetur aut laedatur a suis aut

---

i) acol. exorc. *om. Ven.* k) lectori ost. *om. Ven.* l) abb. mon. *om. Coust.*

C. 58. a) Ut ... *N, P (man. post.).* b) *om. G, N.* c) *inscript. om.* V_2, V_3. d) o Clem. *deest Ps. Clem.* e) ut *add.* V_1, *P.* f) et *Hinsch.* g) *deest Ps. Clem.* h) vacare *Ps. Clem.* i) derelinquant *Ps. Clem.* k) hoc *N,* V_1, *P.* l) *Bb presequitur:* ut assidui siut ad aud. — fore hunc Clementem, *c. 12, 13 init. p. 34.* m) suggerente *G, N.* n) ad *add. P.* o) dic. b. P. *om. Ps. Clem.* p) praecepti *Hinsch.* q) et *add. Ps. Clem.*

1 Ps. Clemens c. 4, p. 32. 2 c. 12, p. 34. 3 ex eodem cap. 4 finis cap. citati breviatus. 5 ex c. 26, p. 38. 6 p. 39.

C. 59. a) *rubr. c. 58 usque ad* circuml. debent *repetita praecedit N.* b) *inscriptio sicut in Coll. min. falso breviata.* c) *tribus verbis omissis.* d) *deest ap. Hinsch.* e) ipsi *Hinsch.* f) *om. N,* V_1, *P,* ab *add. Ven.,* V_3, *Ps. Evar., Coll. min.*

1 Ps. Evaristas c. 1, p. 87, Coll. min. c. 168.

verba divina detrahendo aut insidiando polluantur vel despiciantur, sed[g]) veritas[h]) spirituali redoleat fervore[i]), pax predicata labiis cum voluntate animi concordet.

C. 60. Quod[a]) ministri sacri altaris cantare non debeant sed predicationi et elemosynis vacare. Gregorius[1] generali synodo presidens[b]) dixit:

In sancta[c]) ecclesia Romana dudum consuetudo est valde reprehensibilis exorta, ut quidam ad sacri altaris ministerium cantores[d]) eligantur et in diaconatus ordine constituti modulationi[e]) vocis inserviant[f]), quos ad predicationis officium et[g]) elemosynarum studium vacare congruebat. Unde fit plerumque, ut[h]) sacrum ministerium dum blanda vox quaeritur[i]) congrua vita neglegatur et[k]) cantor[l]) minister Deum[m]) moribus stimulet, cum populum vocibus delectat[n]). Qua de re presenti decreto constituo, ut in sede hac sancti[o]) altaris ministri cantare non debeant solumque evangelicae lectionis officium inter[p]) missarum sollemnia exsolvant. Psalmos vero ac reliquas lectiones censeo per subdiaconos vel, si necessitas exigit[q]), per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum[r]) venire temptaverit, anathema sit.

C. 61. Quod Deo non voce tantum sed corde cantandum est in ecclesia. Hieronymus[1] in[a]) epistola ad Ephesios.

Eph. 'Cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino.' Audiant haec[b])
5, 19. adolescentuli audiant hi quibus psallendi in ecclesia officium est, Deo non voce sed corde cantandum; nec in[c]) tragedarum[d]) modum guttur et fauces medicamine liniendae[e]) sunt, ut in ecclesia theatrales moduli audiantur et cantica.

---

g) si *Hinsch.* h) severitas *N,* in *add. 6, quod iterum eras 7.* i) favore *Bb.*

C. 60. a) in ecclesia R. *superscrib. Bb.* b) residens V_2 *J.* c) s. hac eccl. R., cui divina dispensatio praeesse me voluit *Greg.* d) cantatores *P.* e) modulationis voci V_1, *P.* f) serviant *Ewald.* g) elemosinarumque *Greg.* h) ad *add.* V_2, V_3, *Coll. min., Ewald.* i) quaeri *add. Coll. min., Ewald.* k) *om. Pm,* ut *Bb.* l) cantus V_1, *P, Ven.,* V_2, V_3, *Bb, 1, 10,* quantus *6.* m) domini *N,* V_1, *P, Ven., 5, 13.* n) delectet *3, 4, 6, 13.* o) sacri V_1, *P, Ven.,* V_2, *Bb, Coll. min., Greg.* p) in *5.* q) exegit *3.* r) nostrum V_1, *L.*

1 Synodus Romana, a. 595 Jul. 5, Jaffé-W. post 1365. M. G. Registr. Greg I, V 57a, t. I p, 363; Coll. min. c. 233.

C. 61. a) in ep. ad Eph. *om.* V_2. b) hoc *Bb.* c) intergrediatur *N.* d) tragedorum *Hieron.* e) colliniendi V_1, *ex* colliniendi *corr. M,* colliniendas ut *Hieron.*

1 Comment. in epist. ad Ephes. c. 5, v. 19, Op. ed. Vallarsi t. VII p. 1, col. 652.

C. 62. Item de ministerio diaconorum sine quibus sacerdotes nomen habent; officium non habent. Hieronymus[1] ad Rusticum Narbonensem episcopum.

Diaconi sunt quos in Apocalypsi legis[a]) VII angeli ecclesiarum. Hi sunt VII candelabra aurea, hi voces[b]) tonitruorum virtutum[c]) operatione preclari, humilitate prediti quieti humiles, evangelizantes pacem annuntiantes bona dissentientes ⟨l. dissensiones⟩ et rixas et scandala resecantes soli Deo colloquentes in templo nichil de mundo penitus cogitantes dicentes patri et matri: non novi[d]) vos, et filios suos non agnoscentes. Sine[e]) his[f]) sacerdos nomen[g]) habet, officium non habet; hic minister Dei dicitur, quia scriptum est: maior[h]) est qui ministrat quam[i]) cui ministratur; et sicut in sacerdote ministratio[k]) ita in ministro dispensatio[l]) sacramenti est. Etiam[m]) sacerdotibus propter[n]) presumptionem non licet de mensa Domini tollere calicem, nisi eis traditus fuerit a diaconis[o]). Ita[p]) enim Deus noster omnipotens universa disposuit[q]), ut[r]) qui maiorem se[s]) crediderit minor esset, et[t]) qui videretur minor maior existeret. Denique quam[u]) hoc verum[v]) sit ipse perpende. Levitae inferunt oblationes in altario, levitae componunt mensam Domini, levitae[w]) sacerdotibus, cum[x]) sacramento benedicuntur, assistunt, levitae ante sacerdotes orant[y]), ut, si distinctio locorum creditur in mundo, etiam[z]) in altari Dei videant sibi episcopi, qui[a]) superbi sunt, diaconos anteponi, si humilitatem diligunt, maiores se esse in eo quod sunt humiles recognoscant[b]). Tum[c]) deinde ut aures habeamus[d]), ad Deum[e]) diaconus clamat[f]). Ipse predicat, ipse hortatur, ipse commonet astantibus sacerdotibus. Nec[g]) leviter hanc vocem quae loquitur et pacem annuntiat[h]) aut neglegenter aspicias. Sufficit[i]) huic ordini tantum[k]) per Dominum fuisse concessum, ut non solus[l]) sacerdos in templo Dei[m]) totum agere et implere videatur. *Et*[2] *infra.* Nunc autem ex quo in ecclesiis, sicut in Romano imperio, crevit avaritia, periit lex de sacerdote et[n]) visio de propheta. Singuli quique pro[o]) potentia episcopalis nominis, quam[p]) sibi ipsi illicite absque ecclesia vendicaverunt, totum quod levitarum est in usus suos redigunt. Nec hoc sibi quod scriptum

Apocal. 1, 20.

C. 62. a) legimus *Hier.* b) vos *L.* c) *post pauca.* d) *litteras* 'no' *post inser. L,* novimus *Libellus.* e) *paucis omissis.* f) hoc *Libell.* g) nomen non hab., ortum non hab., off. n. h. *Vallarsi.* h) Quis major *Libell.* i) an *Libell.* k) consecratio V_1, *P, Ven., Bb.* l) est sacr. disp. *Libell.* m) *post pauca.* Ipsis etiam *Libell.* n) non licet propt. praes. V_1, *P.* o) diacono *Vallarsi.* p) *post pauca.* q) disponit *Pm, M,* V_2, V_3. r) *om.* V_1, *P.* s) esse *add. Libell.* t) sit *Libell.* u) *om. N.* v) unde *N.* w) cum *add.* A^2. x) dum *Libell.* y) orent *N.* z) et *N.* a) si *Libell.* b) cognoscant *Libell.* c) tu *L,* tunc *Libell.* d) *ex* habeamur *P.* e) Dominum *Libell.* f) acclamat *Libell.* g) ne *Vallarsi.* h) annuciat *P.* i) *paucis omissis.* k) tamen *N.* l) solum *N.* m) *deest Libell.* n) *om. P.* o) proponentia *N.* p) qua *P.*

[1] Libellus spurius de septem ordinibus ecclesiae c. 5, Op. t. XI p. 2, col. 118.
[2] Col. 119 F.

est vendicant sed cunctis auferunt universa. Mendicat[q] infelix in plateis clerus et[r] servili[s] operi mancipatus publicam de ⟨l. a) quolibet poscit[t] elemosynam[u], qui[v] ex eo magis[w] despicitur a cunctis[x] misericordia[y] desolatus iuste putatur ad hanc ignominiam devenisse. Solus[z] episcopus[a] incubat donis[b], solus utitur ministerio[c], solus universa sibi vendicat, solus partes invadit alienas, solus occidit[d] universos. Hinc[e] propter avaritiam sacerdotum semper[f] odia consurgunt, hinc episcopi accusantur a clericis, hinc principium[g] litis, hinc detractionis[h] causa, hinc origo fit[i] criminis. Etenim si unus[k] quis ita in[l] hoc mundo visibiliter possidere mandatur, ut sua tantum[m] sit possessione contentus, ares non invadat alienas, non agrum pauperis[n] tollat non[o] vineam, non subiunctorium[p] aliquod, non famulos non fructum[q], quanto magis qui ecclesiae Dei preest debet ita in omnibus servare iustitiam, ut hoc sibi[r] vendicet quod sui iuris esse cognoscit. Aliena non rapiat aliena non tangat[s] aequalem se ceteris faciat. Et sicut sine his in[t] ecclesia non fuit, ita et sine his in[u] ministerii dispensatione non vivat[v]. Certe ut ipse novisti qui visibiliter in hoc mundo ius invadit alienum, accusatur a paupere, dampnatur a iudice, ita[w] in ecclesia Dei cum unusquisque stipendia[x] perdit, clamat ad Dominum[y], auditur a Christo, nec differtur[z] ultionis sententia, si non sedantur[a] universa. Moderatio enim Dei[b] ac pietas solum nostrum[c] reditum querit ac nos cupit[d] longa[e] sua bonitate salvari[f]. Si[g] non convertimur, si duri colli[h] sumus, si in peccatis usque ad mortem illicite perduramus, assidue peccantem[i], sicut scriptum est, Deus non miseretur.

C. 63. Quod[a] papa ordinare precepit quendam in diaconum, qui post uxorem filios habuit de ancilla. Pelagius[1] papa.

Fraternitatis tuae relatione suscepta sius latorem[b] secundas quidem

---

q) *ex* mendicant *L.* r) ut V_1, *P.* s) civili *Libell.* t) deposcit *N*, *Libell.*, posit *L*, petit *Bb.* u) alimoniam *Libell.* v) et quidem *Libell.* w) *deest Libell.* x) sacerdotale officium, dum *add. Libell.* y) miseria V_1, *Bb.* z) *post pauca.* a) *deest Libello, at eius vice quinque verbis prius legitur:* sacerdos. b) domis *G*, divitiis *Libell.* c) monasterio *N.* d) precedit *N.* e) *post pauca.* f) *abest a Libello.* g) principum lites *Vallarsi.* h) detractionibus *N*, desolationum causae *Libell.* i) *abest a Libello.* k) unusquisque *Libell.* l) hunc mundum *Libell.* m) tamen *Bb.* n) pauperi *Libell.* o) non subiunct. al. non vin. non fam. V_2, V_3. p) subiectorum V_3, *Libell.* q) fructus *Libell.* r) *add.* tantum *Libell.* s) contingat *Libell.* t) *om.* V_1, *P*, *Bb.* u) ecclesiae *add. Libell.* v) iuvat *P.* w) et *add. Libelt.* x) sua *add. Libell.* y) Deum *Libell.*, audiatur V_2, exaudiatur *Libell.* z) in hac parte *add. Libell.* a) redduntur *Libell.* b) preces *add. Libell.* c) red. nostr. *P*, numerum redditum *Bb.* d) quaerit *Vallarsi.* e) *deest Libell.* f) salvare *Libell.* g) sed si *Libell.* h) corde *Libell.* i) peccantes *N*, peccanti *Bb*, *Libell.*

C. 63. a) Quod quidam necessitate diaconus factus est qui post uxorem filios (filias V_2) habuit de ancilla *M*, V_2, V_3. b) latore V_1.

1 Pelagii I epist. ad Florentinum episc. Coll. Britann. 34, Mansi t. IX, col. 909, Jaffé-W. 1006.

nuptias[c]) expertum non fuisse didicimus, castitatem tamen[d]) eum priori non servasse coniugio designasti. Et quamvis multa sint quae in huiusmodi casibus observari canonicae iubeat subtilitatis auctoritas, tamen quia defectus temporis[e]) nostri ⟨l. temporum nostrorum⟩ quibus[f]) non solum merita sed corpora ipsa hominum defecerunt, districtionis illius non patitur in omnibus manere censuram, et aetas istius de quo agitur futurae incontinentiae suspicionem auferre dinoscitur, ut ad diaconatus possit ordinem provehi temporum condescendentes, ut[g]) dictum est, defectui, concessisse nos noveris, ita tamen ut de moribus et vita vel actu ipsius tu in die iudicii ante tribunal illud terribile reddas communi Domino rationem, quia sic[h]) preterita pro angustia temporis mitigamus, ut caute atque sollicite de futuris excessibus obviemus. Propter quod iubemus Micinam[i]) ancillam eius[k]) de qua se post uxoris transitum habere confessus est filios neque cum ipso manere liceat, et[k]) cuicumque monasterio continentiam professura tua dispositione tradatur, ut meliori sorte ad quod promovetur officium sub bonae possit famae merito ministrare nec aliqua opinionis eius maculandae relinquatur occasio.

C. 64. Ut diaconi[a]) calciati compagis non procedant. Gregorius[1] Johanni episcopo Syracusano inter cetera.

Pervenit itaque ad nos, quod[b]) diaconus ecclesiae Catenensis[c]) calciatus compagis ⟨l. campagis⟩ procedere[d]) presumpsisset; quod quia hactenus nulli per totam Siciliam licuit nisi solis[e]) tantummodo diaconibus ecclesiae Messanensis, quibus olim a predecessoribus nostris non dubitatur esse concessum, bene recolitis. Quia ergo tantae temeritatis ausus leviter[f]) non est attendendus, cum omni hoc fraternitas vestra subtilitate perquirat, utrum[g]) per se vel alicuius hoc auctoritate presumpserit, nobis subtiliter innotescat. Nam[h]) si neglegenter ea quae male usurpantur omittimus, excessus viam aliis[i]) aperimus.

C. 65. De quodam archidiacono, quem suus episcopus voluit cali de promovendo deponere. Gregorius[1] Antonio subdiacono.

Honoratus, archidiaconus ecclesiae Salonitanae, a sanctae memoriae decessore meo missa supplicatione poposcerat, ut ab antitiste suo invitus provchi ad fortioris gradus ordinem contra morem nullomodo cogeretur.

---

c) nupzias *N.* d) tamen auctoritas *Ven. in marg. ead. man. suppl.* e) corporis *N.* f) in quibus V_2, V_3. g) diximus V_1. h) sicut V_1. i) Nucinam *N.* k) eiusdem qua *N.* l) ut V_1.

C. 64. a) diacones *M, Ven.* b) diaconos . . . calciatos . . . praesumpsisse *Greg.* c) Catinensis V_1. d) precedere *P, Bb.* e) solum *N.* f) n. e. lev. V_1, *P, Ven., Bb, Greg.* g) *textus breviatus.* h) *paucis omissis.* i) alii V_1, *P.*

1 Greg. I. Reg. VIII. 27, t. II p. 28, Jaffé-W. 1516.

C. 65. 1 Greg. I. Reg. II. 22, t. I p. 119, Jaffé-W. 1175.

Hoc enim fieri sibi non provehendi gratia sed causa ingratitudinis[a]) perhibebat[b]). Pro qua re tunc etiam[c]) sanctae memoriae decessor noster scriptis suis[d]) Natali fratri coepiscopoque nostro interdixerat, ne predictum Honoratum archidiaconum invitum proveheret, neve dolorem conceptae ingratitudinis[e]) in corde retineret. Cumque[f]) et a me haec eidem summopere fuerint interdicta, non solum mandata Dei negligens sed et scripta nostra contempnens prefatum archidiaconum quasi ad[g]) fortiorem honorem provehens conatus est callide[h]) degradare. Unde actum est, ut eo de[i]) archidiaconatus loco summoto alium ascisceret[k]), qui eius obtemperare moribus potuisset. Quem Honoratum archidiaconem arbitramur[l]) antistiti suo aliunde displicere non posse[m]), nisi quod eum vasa sacra suis parentibus dare prohibebat. Quam causam subtili voluimus et tunc sanctae memoriae decessor meus et nunc ego indagatione perquirere[n]). Sed sui[o]) suorumque actuum conscius personam ad iudicium postposuit destinare. Unde[p]) experientiam tuam presentis precepti auctoritate duximus fulciendam, quatenus conveniens[q]) in Saloniam[r]) Natalem fratrem coepiscopumque nostrum saltim tot scriptis admonitum studeat adhortari, ut supra memoratum archidiaconum in suo statim loco suscipiat. Quodsi facere hoc contumaciter, ut consuevit, forte distulerit, usum ei pallii, qui ab hac sede est concessus, ex auctoritate sedis apostolicae contradicito. Quem si etiam amisso pallio adhuc in eadem pertinacia perseverare perspexeris, Dominici quoque corporis et sanguinis eundem antistitem participatione privabis.

C. 66. Quod archidiaconi[a]) res ecclesiae debent[b]) artius custodire. Gregorius[1] Honorato diacono[c]) Salonitano post quaedam.

Scire vero te volumus, quod a te districte quaesituri sumus, quomodo[d]) evl propriae ecclesiae vel ea quae de diversis ecclesiis cymilia[e]) sunt colleeta, sub omni nunc sollicitudine vel[f]) fide servantur. Quodsi quid ex eis[g]) neglegentia vel cuiusquam fraude perit[h]), tu in hoc reatu constringeris qui per archidiaconatus ordinem custodiae eiusdem ecclesiae artius implicaris.

---

a) ingratudinis *V₂ J.* b) perhibet *V₁.* c) iam *Greg.* d) *om. Ewald.* e) dintius *add. Greg.* f) Quoniam *Greg.* g) ad fort. *in marg. suppl. Ven.* h) arte callida *Greg.* i) *Ven. ex corr., om. Bb.* k) arcesseret *Ewald.* l) arbitramus *P.* m) potuisse *Greg.* n) discutere *Greg.* o) his ipse suorum sibi act. *Greg.* p) Proinde *Greg.* q) coniungens *Ewald.* r) Salonam *Greg.*

C. 66. a) archidiaconus *N, Ven.* b) debet *N, ex* debent *Ven.* c) archi *(post inser.)* diacono *P.* d) quia *Greg.* e) cy(i)miteria *G, N.* f) et *Greg.* g) vel *add. Greg.* h) *sec. N, P, Ven.,* peperit *G,* periit *V₁,* deperit *corr. Bb, Greg.*

1 Greg. I. Reg. I 10, t. I p. 11, Jaffé-W. 1077.

C. 67. De vicedomino episcopium disponente[a]. Gregorius[1] Clementinae patriciae post alia.

Diaconem[b] vero Anatholium, quem ad vos dirigi poposcistis[c], hoc nos facere non posse causae magis modus quam rigoris auctoritas[d] facit. Vice dominum enim[e] constituimus, cuius arbitrio episcopium[f] commisimus disponendum.

C. 68. Quod in Romana ecclesia ordinatus inde ulterius egredi non debeat[a]. Gregorius[1] papa Heliae presbytero et abbati[b].

Dulcissima sanctitatis vestrae scripta suscepi, in quibus mihi satisfecistis, ut contristari non debeam quod secundum desiderium meum ad[c] beati Petri apostolorum principis limina non venistis. Et ego quidem omnino videre vos volui, sed si molestia corporis aut aetas[d] impedimento extitit, hoc mihi sufficit, ut ubicumque tua sanctitas fuerit pro me sollicite oret. quia etsi locis corpore dividimur, caritate semper indisiuncti sumus. Evangelia autem sicut mandastis transmisimus. Filium vero vestrum Epiphanium[e] mandastis, ut ad[f] sacrum ordinem promovere[g] deberemus vobisque transmittere[h]. Sed in uno vos audivimus, in altero audire minime potuimus. Diaconus quidem factus est, sed quisquis semel in hac ecclesia sacrum ordinem acceperit, egrediendi ex ea ulterius[i] licentiam non habet. Si ergo videre vos non potui, hac ex re consolationem habeo, quia in filio vestro requiesco.

C. 69. De quodam quem fecit sanctus Gregorius acolythum et remisit[a] ad obsequendum episcopo suo. Gregorius[1] Petro[b] episcopo Corsicae inter cetera.

Latorem presentium per intercessionem sanctitatis vestrae acolythum fecimus, quem ad obsequia tua retransmisimus[c], ut si in lucrandis animabus amplius servierit, proficere amplius possit.

C. 67. a) Quod vic. est committendum *corr. Ven.*, V_2. b) diaconum *alii codd.*, *Greg.* c) poposcitis *P.* d) austeritas V_1, *P*, *Ven.*, *Bb*, *Greg.* e) eum V_1, *P*, eum *add. Ven.*, V_2, *Bb*,, *Greg.* f) episcopum *G*, *N.*

1 Greg. I. Reg. I 11, t. I p. 12, Jaffé-W. 1078.

C. 68. a) debet V_2. b) provinciae Isauriae *add. Greg.* c) abbeati V_2. d) aetatis *Ewald.* e) Epyphanium V_1, *P.* f) *postea inseruit* V_1, *P.* g) provehere *Greg.* h) retransmittere *Ven.*, V_2, V_3, *Greg.* i) locum atque *add.* V_2 *J*, V_3.

1 Greg. I. Reg. V 35, t. I p. 316, Jaffé-W. 1350.

C. 69. a) eum *add.* V_2 *J.* b) Pero V_2. c) transmisimus V_1.

1 Greg. I. Reg. VIII 1 i. f., t. II p. 2, Jaffé-W. 1488.

C. 70. Quod papa possit concedere clericos unius ecclesiae in alia ordinari. Gregorius[a])[1] Fortunato episcopo Neapolitano.

Fraternitatem tuam a nobis petisse recolimus, ⟨ut[b])⟩ Gratianum ecclesiae Enefranae[c]) diaconum tuae cederemus[d]) ecclesiae cardinandum. Et quoniam nec episcopum cui obsecundare debeat[e]) propria[f]) habet ecclesia hoste scilicet prohibente, quo[g]) suum debeat ministerium exhibere, petitionem tuam non providimus[h]) differendam; idcirco scriptis tibi presentibus eum[i]) necessario duximus concedendum habiturus[k]) licentiam diaconum illum nostra interveniente auctoritate ecclesiae tuae Deo propitio constituere cardinalem.

C. 71. Quid ab episcopo, quid a presbytero, quid a diacono suscipi debeat. Ex epistola Clementis[a])[1] papae.

Audire episcopum attentius oportet et ab ipso suscipere doctrinam fidei. Monita autem vitae a presbyteris inquirere, a[b]) diaconibus vero ordinem disciplinae[c]).

C. 72.[a]) Quod VII diaconi et totidem subdiaconi per civitatem Romam[b]) ordinati sunt. Fabianus[1] papa.

Septem diacones in urbe Roma per VII regiones civitatis, sicut a patribus accepimus, ordinavimus[c]), qui per singulas ebdomadas et dominicos dies atque festivitatum[d]) sollemnia cum subdiaconis[e]) et acolythis ac sequentium ordinum ministris iniuncta sibi observent[f]) ministeria.

C. 73.[a]) Eiusdem[1].

Denique VII similiter subdiacones ordinavimus, qui VII notariis imminerent et gesta martyrum veraciter[b]) integro colligerent nobisque[c]) rimanda manifestarent.

C. 70. a) papa *add.* V_2 *J*, V_3. b) *solus hab. Bb.* c) Benefr. *Greg.* d) concederemus *N, Bb'.* e) nec *Greg.* f) propriam . . . ecclesiam *Greg.* g) quomodo (modo *sup. lin. post script.*) *P.* h) praevidimus *Greg.* i) cum V_2 *J.* k) habituro *Ewald.*

² Greg. I. Reg. VI 11, t. I p. 389, Jaffé-W. 1390.

C. 71. a) *inscriptionem om.* V_2. b) *inser. P.* c) *ex capp. 60, 61, Bb' continuat:* propter quod — replete caritatem.

¹ Ps. Clemens c. 59, 60, p. 53.

C. 72. a) *Bb cap. 82 praemittit: Ps. Clem. c. 5—10* in vestro corde volvatis. b) Romanam V_1, *P.* c) *deest Ps. Fab.* d) festivitatem V_2 *J.* e) *om. G.* f) observant *Ps. Fab.*

¹ Ps. Fabian c. 2, Hinsch. p. 157.

C. 73. a) *rubrica deest G*, V_1, *L.* Quod septem subdiacones qui septem presint notariis gestaque martirum (nostra *N*) colligant in Romanam civitatem sunt ordinati *N, P.* Quod VII diac. ordinati sunt qui preessent notariis *Ven.* De VII subdiaconibus qui VII notariis imminerent *M*, V_2, V_3. De eadem re *Bb.* b) in *add. Ven.*, V_2, V_3. c) vobisque *Hinsch.*

¹ Ps. Fabian c. 3, p. 157.

C. 74.[a]) Gaius[b]) [1] papa Felici epicopo.

Regiones, sicut in hac urbe fecimus, per singulas urbes quae populosae sunr[c]), diaconibus dividantur[d]).

C. 75. Quod diaconus in sinistro humero debet stolam gestare. Ex concilio Toletano V. [1]

Unum orarium oportet levitam gestare in sinistro humero, propter quod orat i. e. predicat, dexteram autem partem oportet habere liberam, ut expeditus ad ministerium sacerdotale discurrat.

C. 76. Quod non debet diaconus in presbyterio sedere, cum divina celebrantur, neque corpus Domini prerogare presbytero presente. Gelasius [1] papa.

Quod[a]) non oportet[b]) in presbyterio diaconum residere, cum divina celebrantur vel ecclesiasticus[c]) habetur quicumque tractatus. Sacri corporis prerogationem sub conspectu pontificis seu presbyteri nisi his absentibus ius non habent exercendi.

C. 77.[a]) Ex concilio Laodicensi [1] cap. XXII.

Quod non oporteat[b]) subdiaconem uti orario nec ostia[c]) derelinquere. ltem[d]) cap. XXIII. Quod non oporteat lectores cantoresque[e]) orariis uti et ita legere vel psallere.

C. 74. a) *rubr. om. G, V_1, L.* Ut sicut Romanae urbis regiones diversae sunt (div. s. reg. *P*), sic aliarum populosarum civitatum dividantur *N, P.* Quod regiones magnarum civitatum dividendae sunt diaconibus *Ven.* Quod regiones sicut in urbe Roma (Romana V_3) per singulas urbes diaconibus dividantur V_2, V_3. Ut per singulas urbes regiones diaconibus dividantur *Bb.* b) Gagius V_1, *Ven.* c) fuerint *Ps. Gaius.* d) dividentur *Hinsch.*

1 Ps. Gaius c: 7 i. f., p. 218.

C. 75. a) oratorium *N.*

1 Immo Tolet. IV c. 40, Mansi t. X col. 630.

C. 76. a) Diaconi non presumant i. p. res. *Ven.* b) oporteat *N.* c) non *add. at post delevit Bb, item* V'_4.

1 Gelas. I epist. 14, c. 8, A. Thiel I p. 366, Jaffé-W. 636.

C. 77. a) *rubric. om. G, V_1, L.* De subdiacono, ut oeario non utatur *N, P.* Quod non oportet subdiaconum uta orario *Ven.* Quod subdiaconus orario non utatur nec hostiam derelinquat *M*, V_2, V_3. b) oportet *G.* c) hostia *G*, V_1, *P*, hostiam *N, Ven.* d) *in Ven. est novum cap. (82) cum rubrica:* Quod non oporteat lectores cantoresque orariis uti. e) cantatores *P*, aut cantores *Dion.*

3 Conc. Laodic. c. 22, 23, vers. Dionys. in coll. Hadriana, ed. Franc. Pithoeus, Par. 1687 p. 76, 77.

C. 78. Quod presbyteri maiores sunt[a] diaconibus, et quod olim idem presbyter qui[b] episcopus. Ex epistola Hieronymi[1] ad Eugelium ⟨l. Euangelum⟩ presbyterum.

Isai. Legimus in Ysaia[d]: Fatuus fatua loquitur[e]. Audio quendam in
32, 6. tantam erupisse vecordiam, ut diaconos presbyteris i. e. episcopis ante-
Act. 6. fèrret. Nam cum Apostolus perspicue doceat eosdem esse[f] presbyteros
quos episcopos, quid patitur mensarum et viduarum minister, ut super[g]
eos se tumidus efferat ad quorum preces Christi eorpus sanguisque con-
Phil. I. ficitur? Quaeris auctoritatem? Audi testimonium: Paulus et Timotheus
1. servi Christi Jesu omnibus sanctis in Christo Jesu qui sunt[h] Philippis
Acta cum episcopis et diaconibus[i]. Vis et aliud exemplum? In Actibus apo-
20, 28. stolorum ad unius ecclesiae sacerdotes ita Paulus loquitur: Adtendite
vobis et cuncto[k] gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, ut
regeretis[l] ecclesiam Domini quam adquisivit sanguine suo. Ac ne
quis contentiose in una ecclesia plures episcopos fuisse contendat, audi
et aliud testimontum, in quo manifestissime comprobatur eundem esse
Tit. episcopum atque presbyterum: Propter hoc reliqui te Cretae[m], ut quae
1, 5. 7. deerant corrigeres et constitueres per civitates presbyteros, sicut[n] ego tibi
mandavi. Si quis est[o] sine crimine unius uxoris vir filios habens fideles,
non in[p] accusatione luxuriae aut non subditos. Oportet enim[q] episcopum
I Tim. sine crimine esse quasi Dei dispensatorem. Et ad Timotheum: Noli negle-
4, 14. gere gratiam quae[r] tibi data est prophetiae per impositionem manuum
I Petr. presbyterii[s]. Sed et Petrus in[t] epistola: Presbyteros, inquit, in vobis
5, 1. precor conpresbyter et testis passionum Christi et futurae gloriae, quae
revelanda est[u], particeps regere gregem Christi et inspicere non ex necessi-
tate sed voluntarie iuxta Deum[v]. Quod quidem Graece significantius
dieitur επισχοπευοντες[w] unde et nomen episcopi tractum est. Parva
tibi videntur tantorum[x] testimonia. Clangat tuba evangelica, filius toni-
II. Joh. trui, quem Jesus[y] amavit plurimum, qui de pectore Salvatoris doctri-
1. narum fluenta potavit: Presbyter Electae dominae et filiis eius quos ego diligo
III. Joh. in veritate. Et in alia epistola: Presbytero[z] Gaio carissimo, quem ego
1. diligo in veritate. Quod autem postea unus electus est qui ceteris pre-

---

C. 78. a) sint *G in corp.* b) quod V_1, *P et alii codd.*, et *add. M*, V_2, V_3. c) *sic G, Ven.* Euangelium *N*, V_1, Eugelum *Bb.* d) Esara *G, pro* esara: fatuus *scribit* esaratatinis *N*, Ysaia V_1, *P*, Esaia *Ven.*, *Bb.* e) loquetur *Hier.* f) presb. esse V_1, *P.* g) supra *Hier.* h) in *add.* V_1, *P, Ven. Bb.* i) diaconis *Hier.* k) universo V_1. l) ad *add. G.* m) in Creta *Hier.* n) et *add.* V_2, V_3. *Hier.* o) *om. G.* p) *om.* V_1, *P.* q) *om.* V_1, *P.* r) quae in te est *add. Hier.* s) presbyteri V_2, V_3. t) prima *add. Hier.* u) et *add. N, P.* v) Dominum *P.* w) Enickoneyontec *G, N, Ven.*, επιc(εμc V_3, ενιc *Bb*) χον(χοιτ *Bb*) ευοντες V_2, V_3, *Bb*, επισχοποῦντες *Hieron.*, id est superintendentes *Vallarsi.* x) virorum *add. Hier.* y) Dominus V_1. z) presbyter *Vallarsi.*

1 Hieronimi Epist. 146.

poneretur[a]), in chrisma[b]), hoc remedio[c]) ⟨l. prepon. in schismatis remedium⟩ factum est, ne unusquisque ad se trahens[d]) Christi ecclesiam rumperet. Nam et Alexandriae a Marco evangelista usque ad Eraclium[e]) ⟨l. Heraclam⟩ et Dionysium episcopos presbyteri semper unum de[f]) se electum et in excelsiori gradu collocatum episcopum[g]) nominabant, quomodo si exercitus imperatorem faciat aut diaconi eligant de se quem industrem[h]) invenerint[i]) et archidiaconem vocent. Quid enim facit excepta ordinatione episcopus, quod presbyter non faciat? Nec[k]) alrera Romanae urbis ecclesia, altera[l]) totius orbis existimanda est, et Galliae[m]) et Britannia[n]) et Africa[o]) et Persis et[p]) omnes barbarae nationes unum Christum adorant, unam observant regulam veritatis. Si auctoritas quaeritur urbis[q]), orbis maior est urbe; ubicumque fuerit episcopus sive Romae sive Eugubii sive Constantinopoli[r]) sive Regii sive Alexandriae sive Thanis[s]), eiusdem[t]) meriti eiusdem est sacerdotii. Potentia divitiarum et paupertatis humilitas vel[u]) sublimiorem vel[v]) inferiorem episcopum ⟨non[w])⟩ facit. Ceterum omnes apostolorum successores sunt. *Et infra.* In ecclesia etiam Romae presbyteri sedent et stant diaconi. *Et paulo post.* Qui[x]) provehitur, a minori ad maius provehitur; aut igitur ex presbytero ordinetur diaconus, ut presbytero[y]) maior comprobetur, in quem crescit ex parvo, aut si ex diacono ordinatur presbyter, noverit se lucris minorem sacerdotio esse maiorem.

C. 79. Quod secundum canonica instituta inquirenda est vita ordinandi presbyteri, et quod in omni ecclesia necessarius est presbyter et minister. Gelasius papa Caelestino episcopo.

Presbyteri diaconi et universi clerici Stoniensium civitatis petitorio nobis suggessere porrecto in ecclesia beati[a]) martyris Eleutherii episcopi, quae in supradictae civitatis parrochia probatur esse constructa, presbyterum qui constitutus fuerat defecisse atque in eius locum Julianum diaconum ipsius ecclesiae[b]) debere pro celebritate[c]) ipsius loci quantotius[d]) ordinari. Et ideo, frater karissime, si de eius vita vel moribus nichil est quod contra canonum veniat constituta suprascriptum presbyterii honore[e]) deco-

---

a) proponeretur *P*, preponentur V_2. b) scismaticis *Bb.* c) remedium *Bb.* d) episcopi *add.* V_4. e) Heraclium V_1, *P*, *Ven.*, *Bb.* f) ex *Hier.* g) *om. N.* h) industrium *Vall.* i) noverint, *Bb.* k) ne *G.* l) *Ven. inseruit.* m) Gallia *N*, Galiae *Ven.* n) Britania *Ven.*, V_2, Britanniae *Vall.* o) Affrica *G*, *Ven.*, *Bb.* p) Oriens et India et *add. Hier.* q) *om.* V_2, *Vall. delevit* V'_4. r) Constantinopolim *P.* s) Thamis *P*, Tanis *Vall.* t) est *postea add. P.* u) et *N.* v) vel inf. *om N.* w) *add. Ven.* x) Quod V_1, *P.* y) presbyter minor diacono compr. *Hier.*

C. 79. a) batimaris *G.* b) loci *N*, basilicae V_1, *P*, *Ven.*, *Bb.* c) *ita correxi sec. Ven.*, V_2, V_3 celeritate *G*, *N*, V_1, *P (at corr. in* celebritate*)*, *Bb.* d) quam totius *G.* e) honorae *N*, honorem *P.*

1 Gelasius I, Fragmentum 5, A. Thiel p. 485, Jaffé-W. 677.

rabis[f] sciturus eum visitatoris te nomine non cardinalis creasse pontificis. Pariter etiam et[g] felicissimum diaconum in eius ecclesiae ministerio, si conversatio eius patitur, subrogabis, ut locus processionis celeberrimus ad ministeriorum consecrationem nec sacerdote indigeat nec ministro.

C. 80. Ut personae ad[a] sacros ordines promovendae diligenter inquirantur et presbyteri, semper recitent nomina Apostolici et[b] ordinatoris sui. Pelagius[c] [1] papa Laurentio episcopo Centumcellensi.

Principali devotissimorum militum qui illic in civitate Centumcellensi consistunt relatione ad nos directa sacram insinuant se clementissimi principis impetrasse, quae eis presbyterum diaconum et subdiaconum fieri debere preceperit. Ideo hortamur dilectionem tuam, ut personas ipsas videas et requiras diligenter, ne aliquid contra canones commisissent, et si eos inculpabiles repereris et vitae ipsorum[d] testimonium laudabile videris, veniente mediana ebdomada pascae, si Dominus voluerit et si vixerimus, unumquemque ad officia quae prediximus promovere non differas. Caveat[e] sibi presbyter ille numquam se[f] sine nostri et tui nominis recitatione sacra mysteria celebrare.

C. 81.[a] Ex concilio Neocaesariensi [1] cap. XI.

Presbyter ante tricesimum aetatis suae annum nullatenus ordinetur, licet valde sit dignus, sed hoc tempus observet. Nam Dominus noster tricesimo aetatis suae anno baptizatus est et[b] coepit docere.

C. 82.[a] Quod[b] in consecratione presbyteri debet episcopus et omnes presbyteri manus super caput eius ponere. Ex concilio Cartaginensi[1] cap. III.

Presbyter cum ordinatur episcopo benedicente et manum super caput eius tenente[c] etiam[d] omnes presbyteri[e] qui presentes sunt manus suas iuxta manum episcopi super[f] caput eius[g] ponant[h].

---

f) decorabitis V_2 *J.* g) *om.* V_1.

C. 80. a) ad sacr. ord. *om. M,* V_2, V_3. b) *expunxit P.* c) Gelasius *N.* d) temporum et *N.* e) caveatur? *Bb.* f) *om.* V_2 *J.*

1 Pelagius I, Coll. Britann. ep. 30, Jaffé-W. 1002.

C. 81. a) *rubricam om. G,* V_1. Quod presbyter minus XXX annorum non sit ordinandus *P.* Ut presbyter ante tricesium annum non ordinetur *Ven.* Quo aetatis *(om. M,* V_4*)* tempore presbyterum conveniat ordinari *M,* V_2, V_3, V_4. Presbyterum minus XXX annorum non ordinandum *Bb.* b) sic *add. Hadr.*

1 Vers. Dion., Coll. Hadrian. ed. F. Pithoenus p. 57.

C. 82. a) *alia duo capit. praemittit Bb, aliud substituit* V_3. b) Quod episcopo benedicente presbyterum omnes presbyteri tenent manus suas iuxta manum episcopi *Ven.* De ordinatione presbyterorum V_2; *minoribus litteris rubr. et capit. scribit* V_4. c) imponente V_4. d) et V_2, V_4. e) episcopi qui assunt V_2. f) *om.* V_1. g) illius *Stat.* h) teneant V_2, *Stat.*

1 Statuta ecclesiae antiqua c. 3, Hinsch. p. 303 ex coll. Hispana, Th. Bruns Canones I p. 141, Maassen Gesch. § 493 sequ.

C. 83. [a]) Item de ordinatione presbyteri ab episcopo sive monachi vel abbate. Ex Poenitentiali Theodori [1] cap. I.

In ordinatione presbyteri vel diaconi oportet episcopum missam cantare. Similiter Graeci faciunt, quanpo abbatem eligunt vel abbatissam. In monachi ordinatione abbas debet missam cantare et sex [b]) orationes complere super caput eius, et sex [c]) diebus ille monachus debet velare caput suum cum [d]) cucullo suo et VII. die abbas [e]) tollat velamen, sicut in baptismo presbyter tollit velamen infantis [f]) VII. die, ita debet [g]) abbas monacho [h]), quia secundus baptismus est iuxta iudicium [i]) patrum, et omnia ei peccata dimittuntur sicut in baptismo. In ordinatione abbatis missam debet episcopus complere et eum benedicere inclinato capite cum duobus vel tribus testibus de fratribus suis et dare ei baculum et pedules.

C. 84. Quod sacerdotes non propter aetatem sed propter sapientiam presbyteri dicuntur. Anacleti [a]) [1] papae cap. XXII.

Porro et Moysi precipitur, ut eligat presbyteros i. e. seniores, unde Num. 2, 33.
et in Proverbiis dicitur: Gloria senum est [b]) canities. Haec vero canities Prov. 20, 29.
sapientiam designat, de qua scriptum est: Canities hominum prudentia Eccli.
est [c]). Cumque DCCCC et amplius annos ab Adam usque ad Abraham 25, 6.
vixisse [d]) homines legamus [e]), nullus alius [f]) primus [g]) appellatus est presbyter i. e. senior [h]) nisi Abraham, qui multo paucioribus vixisse annis convincitur. Non ergo propter decrepitam [i]) senectutem sed propter sapientiam presbyteri nominantur.

C. 85. [a]) Quod si diaconi nolunt in presbyterii gradum promoveri, de acolythis et subdiaconibus qui sunt idonei ordinentur, et illis honore atque commodo preferantur [b]). Gelasius [1] Victori episcopo.

Consulit [c]) dilectio tua de suorum promotione clericorum perhibens quod diaconi ad presbyterii [d]) gradum, quo ecclesiam tuam memoras indigere, venire detractant [e]). Quapropter quia invitos fieri ecclesiastica mode-

---

C. 83. a) *cap. deest* V_2, V_3. b) tres *Greg.* c) septem dies velat cap. eius. d) cum cucullo suo *om. Greg.* e) abb. — die *om. Ven.* f) infantis *Greg.* g) et *add. Greg.* h) NB: monacho omnia pnccata dimitti sicut in babtismo *man. post. add. P.* i) iudicia *Greg.*

[1] Poenit. Theodori II 3 §§ 2, 3, 5, at capit. hoc desumtum est ex Canonibus Gregorii 1—3, in quibus sicut apud Anselmum § 4 Theodori deest. H. Wasserschleben Bußordnungen p. 204; H. Schmitz Bußbücher II p. 523.

C. 84. a) Anacletus papa V_2. b) *deest Ps. Anacl.* c) *om. G.* d) vixissent *Hinsch.* e) lexerimus *Ps. Anacl.* f) amplius *P.* g) *om. Bb.* h) *om. N.* i) aetatem atque *add.* V_2, V_3.

[1] Ps. Anaclet. c. 23, Hinsch. p. 78.

C. 85. a) *aliud cap. praefigit Bb.* b) prof. *G.* c) consuluit *Gelas.* d) prohibens *G*, V_2. e) detrectent V_1, *P*, *Ven.*, *Bb*, detrectant *Gelas.*

[1] Gelas. I Fragmentum 10, A. Thiel I p. 488, Jaffé-W. 668.

ratio gravitasque[f]) non patitur, ut ex nolentibus sint volentes, ordinatio illa potest perficere: scilicet si quos habes vel[g]) in acolythis vel in[h]) subdiaconibus maturiores[i]) aetate et quorum sit[k]) vita probabilis, hos in[l]) presbyterium[m]) studeas promovere, ut qui[n]) proficere noluerint[o]), reddantur suis inferioribus[p]) post minores, ipsaque commoda presbyteri[q]) propensius quam diacones consequantur, ut hac saltim ratione constricti et honorem quem refugerant appetere nitantur et quaestum.

C. 86. De clericis qui non obtemperant suis episcopis, dum volunt eos promovere. Ex concilio Carthaginensi[1].

Quicumque clerici vel diaconi pro necessitatibus ecclesiarum non obtemperaverint[a]) episcopis suis volentibus eos ad honorem ampliorem in sua ecclesia promovere, nec illi[b]) ministrent in gradu suo unde recedere noluerunt.

C. 87. Quod reconsecrari nullus possit. Gregorius[1] papa Johanni episcopo Ravennati.

Sicut baptizatus semel baptizari iterum non debet, ita consecratus[a]) semel in eodem ordine iterum non valet consecrari. Sed si quis cum levi[b]) culpa ad sacerdotium venit, pro culpa poenitentia indici debet, et[c]) tamen ordo servetur[d]).

C. 88. Ut nemo absolute ordinetur. Ex concilio Chalcedonensi[1] cap. VI.

Nullum absolute ordinari debere presbyterum aut diaconum nec quemlibet in gradu ecclesiastico nisi specialiter ecclesiae civitatis aut possessionis aut martyrii aut monasterii qui ordinandus est pronuntietur. Qui vero absolute ordinantur, decrevit sancta synodus, irritam haberi huiusmodi[a]) manus impositionem et nusquam posse ministrare ad ordinantis[b]) iniuriam.

---

f) et gravitas V_2, V_3. g) *om.* V_2, V_3. h) *G sicut Gelas., rell. codd. om.* i) maturioris aetatis *Gelas.* k) *om.* V_2. l) ad V_2, V_3. m) presbyteratum *Gelas.* n) in suis ordinibus *add. Gelas.* o) noluerunt *N, Ven., Bb.* p) minoribus post inferiores V_2, V_3. q) capituli *N.*

C. 86. a) obtemperant ipsis *G.* b) illic *Dion.* c) voluerunt *P.*

1 Conc. Carthagin. a. 419, c. 31 recensionis Dion., V. et J. Bibl. t. I p. 148.

C. 87. a) qui consecratus est *Ewald.* b) forsitan *add. Greg.* c) *pro*: et tam. *habet* iterum *N.* d) servari V_1, *P, Ven., Bb, Greg.*

1 Greg. I Reg. II 45, t. I p. 145, Jaffé-W. 1198.

C. 88. a) huiusmodi *v. Dion.* b) ordinandis V_2 *J.*

1 Conc. Chalcedon. c. 6, vers. Dion., Voell. et Just. Bibl. t. I p. 134.

C. 89. Quod presbyter in ea[a]) ecclesia qua ordinatus est permanere[b]) debet. Anacletus[c])[1] servus Christi Jesu in apostolica sede a Domino constitutus episcopis omnibus.

Presbyter ad qualemcumque locum vel ecclesiam in[d]) eo constitutam[e]) est preficiendus atque[f]) in ea diebus vitae suae[g]) perdurandus[h]).

C. 90. De his qui in ecclesiis quibus provecti sunt minime perdurant. Ex concilio Nicaeno[1] cap. XVI.

Quicumque temere[a]) ac periculose neque timorem Domini pre oculis habentes nec agnoscentes ecclesiasticam regulam discedunt ab[b]) ecclesia presbyteri aut diaconi, vel quicumque sub regula prorsus existunt, hi nequaquam debent in alia[c]) ecclesia recipi, sed omnem necessitatem convenit illis imponi, ut ad suas parrochias revertantur. Quod si non fecerint, oportet eos communione privari.

C. 91. Ut in[a]) duarum civitatum ecclesiis nullus clericus conscribatur. Ex concilio Chalcedonensi[1] cap. X.

Non licere clericum in duarum civitatum conscribi simul ecclesiis. Hoc[b]) autem facientes revocari debere ad suam ecclesiam in qua primitus ordinati sunt et ibi tantum[c]) ministrare[d]). Eos[e]) vero qui ausi fuerint[f]) post diffinitionem magnae et universalis synodi[g]) huius[h]) quicquam[i]) ex his quae sunt prohibita perpetrare decrevit sancta synodus a proprio gradu[k]) huiusmodi recedere.

C. 92.[a]) Ex[b]) concilio Chalcedonensi[1] cap. XX.[c])

Clericos in ecclesia ministrantes[d]), sicut iam constituimus, in alterius civitatis ecclesiam[e]) statutos fieri non oportet, sed contentos[f]) esse in

---

C. 89. a) qua eccl. ord. *G, M*, V_2. b) manere *P.* c) *inscriptio breviata eadem quam praefigit Coll. min.* d) in eo *om. 6,* quae in eo constituta est *Ps. Anacl.* e) constituta *5.* f) *om.* V_1, *P,* adque in eo V_2 *J.* g) *om. 5.* h) durandus *Ps. Anacl.*

[1] Ps. Anacl. c. 28, Hinsch. p. 82, Coll. min. c. 163.

C. 90. a) peric. ac tem. *G.* b) ad ecclesiam *N.* c) aliam ecclesiam *Dion.*

[1] Conc. Nicaen. I c. 16 vers. Dion. Voell. et Just. Bibl. t. I p. 118.

C. 91. a) induarum *Bb.* b) *post pauca.* c) tantummodo *vers. Dion.* d) meruerunt *eras. Ven.* e) *post pauca.* f) fuerant V_1. g) ecclesiae *N,* huius syn. *Ven., Dion.* h) huiusmodi *N.* i) quaequam V_2 *J.* k) huiusm. gr. *Dion.*

[1] Vers. Dion., Voell. et Just. Bibl. t. I p. 135.

C. 92. a) *rubricam om. G,* V_1. Quod minime clericos in aliam civitatem transmigrare liceat nisi eos qui proprias amiserint civitates *N, P.* Quod minime oportet clericos transmigrare *Ven., M,* V_2, V_3. Ut clericis minime transmigrare liceat *Bb.* b) ex eodem V_2, *inscript. om.* V_3. c) XV V_1. d) militantes *Bb.* e) ecclesia *Dion.* f) contemptes *N.*

[1] Vers. Dion., Voell. et Just. Bibl. t. I p. 136.

quibus ab initio ministrare meruerunt[g]. Si quis autem episcopus[h] susceperit clericum ad alium episcopum pernitentem, placuit et susceptum et suscipientem communione privari, donec is qui migraverit[i] ad propriam fuerit regressus ecclesiam.

C. 93. Ut clericus non connumeretur in duabus ecclesiis. Ex Synodo VI.[1]

Clericus[a] non connumeratur[b] in duabus ecclesiis; negotiationis enim est hoc et turpis commodi proprium et ab ecclesiastica consuetudine pe-
Matth. 6, 28. nitus alienum. Audivimus enim ex ipsa Dominica voce: quia nemo potest duobus dominis servire *et cetera.* Quae[c] enim per turpe lucrum in ecclesiasticis rebus efficiuntur aliena consistunt a Deo.

C. 94. Ut singula ecclesiarum officia singulis committantur personis. Gregorius[a] [1] omnibus episcopis.

Singula ecclesiastici iuris officia singulis quibusque personis singillatim[b] committi iubere[c] debemus. Sicut enim[d] in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita
Rom. 12. in ecclesia secundum veridicam Pauli sententiam in uno eodemque spiritu alii conferendum est hoc officium alii comittendum est aliud. Neque enim uni quantumlibet exercitatae personae uno tempore duarum rerum officia sunt committenda, quia si totum corpus oculus, ubi auditus? Sicut enim varietas membrorum per diversa officia et robur corporis servat et pulchritudinem representat, ita varietas personarum per diversa nichilominus[e] officia distributa et fortitudinem et venustatem sanctae Dei ecclesiae manifestat[f]. Et sicut indecorum est, ut in corpoxe humano alterum membrum alterius fungatur officio, tta nimirum noxium[g] simulque turpissimum, si[h] singula rerum ministeria personis totidem[i] non fuerint distributa.

---

g) exceptis illis qui proprias amittentes provincias ad aliam ex necessitate ecclesiam (ecclesiae V_4) transierunt *add.* V_2, V_3, V'_4 *ex Dion.* h) post hanc definitionam *add. Dion.* i) migraverat V_2, V_3.

C. 93. a) ab instante tempore *add. Anast.* b) connumeratur *G*, conversetur V'_4. c) *post pauca.*

[1] Immo VII., nempe Conc. Niceno II a. 787, c. 15, versio Anastasii, Mansi t. XIII col. 433.

C. 94. a) *collectio minor eamque secutus Anselmus narrationem Vitae mutant in epistolam decretalem.* b) singulatim V_1, *L*, *5*, *13*, *Vita.* c) debere iubebat asserens quia *Vita.* d) *deest in Vita.* e) nichil hominus V_2. f) *om. 13.* g) est *add. Ven.* h) *om. N.* i) si *supra inser. Ven.*

[1] Immo Johannis diaconi Vita Gregorii I. l. II. c. 54, ed. Bened. t. IV col. 65, Paris 1705, Coll. min. c. 258.

C. 95.[a]) Ex epistola Clementis[1] papae.

Ut presbyteri et diaconi et reliqui omnes nichil preter licentiam proprii episcopi agant.

C. 96.[a]) Quod ex monachis presbyteri ordinar possunt[b]) in ecclesiis. Gelasius[7] Bono episcopo Savinati.

In parrochia tua basilica sancti Laurentii, quae in possessione filii et consiliarii nostri viri magnifici Theodori fundata est, officium presbyteri[c]) deesse cognoscimus. . Et quia prefatus filius noster nobis retulit invenisse Rufinum[d]) quendam monachum olim sibi vita et moribus comprobatum, et hunc postulat ibi presbyterum consecrari. Quod subito fieri nos prerogata observantia non acquievimus[e]). Ideoque dilectio tua his acceptis sabbato[f]) veniente faciat eum diaconum[g]) et, si Deus voluerit et vixerimus, mediana[h]) ebdomada presbyterum fac[i]), quatenus superveniente[k]) festivitate paschali sacra mysteria in memorata basilica a persona competenti valeant adimpleri.

C. 97. Quod presbyteri ordinati ab his de quibus dubium est an episcopi essent, a catholico ordinentur episcopo, si tamen utiles sunt. Eiusdem[a])[1].

Presbyteri quos[b]) reperisti, si incogniti fuerint viri illi[c]) a quibus sunt ordinati, et dubium est eos[d]) episcopos fuisse an non qui eos ordinaverunt[e]), si bonae actionis et viri catholici sunt ipsi[f]) presbyteri et[g]) ministerio Christi omnique lege sancta edocti[h]), a patre vel episcopo suo benedictionem presbyteratus suscipiant et consecrentur et sic ministerio sacro fungantur.

C. 95. a) *rubricam om. G, V_1, L et P (in tab. rubr.).* Ut presbyteri diaconi omnesque clerici nichil (nil *N*) preter licentiam proprii episcopi agunt *N, P in corp.* Ut presbyteri et diaconi et reliqui omnes nichil agant preter licentiam *(sic) Ven.* Quod (ut *Bb*) clerici nichil preter proprii *(om. Bb)* episcopi licentiam agant *V_2, V_3, Bb.*

[1] Ps. Clemens c. 70 initio mutatis verbis, Hinsch. p. 57.

C. 96. a) *cap.* 'ex canone apostolorum' *praemittit Bb.* b) possint *N, P, Ven.* c) presbyterii *N.* d) Ruphinum *G, V_2.* e) adqu. *V_1, P, Ven.* f) sabbati *V_2.* g) subdiac. *V_1, P, Ven., Bb, Pelag.* h) medianam ebdomadam *V_2,* medlana quadragesimae ebdomadae *V_3.* i) *ex* facit *corr. P,* faciemus *Thiel.* k) supervenienti *V_1, Ven.*

[1] Pelagii I in Coll. Britann. epist. 23, Gelasio I attribuit A. Thiel I p. 454, Jaffé-W. 995.

C. 97. a) *om. Ven.* b) ibidem *add. Greg.* c) *deest Greg.* d) *om. V_2.* e) ordinaverint *V_2.* f) illi *Greg.* g) in *add. Greg.* h) atque apti *add. Greg.*

[1] Immo Gregor. III ep. a. 731, Mansi t. XII p. 285, Jaffé-W. 1198.

C. 98. Quod non debent sacerdotes sine sacerdotali ornatu extra domos apparere. Leonis[a)][1] papae cap. XII.

Sine ornatu sacerdotali extra domos sacerdotes apparere nullomodo convenit, ne, ut[b)] aliquis saecularium, iniurias patiantur. Contrarius[c)] denique inventus aut[d)] desinat aut canonicae subiaceat disciplinae.

C. 99. Quod[a)] officialem libellum debent presbyteri accipere ab[b)] episcopo instructi quando[c)] per parrochias ordinantur. Ex concilio Toletano[1] V. cap. XXVI.

Quando presbyteri in parrochiis ordinantur, libellum officialem a sacerdote[e)] suo accipiant, ut ad ecclesias sibi deputatas instructi accedant[f)], ne per ignorantiam etiam in[g)] ipsis divinis sacramentis offendant, ita ut, quando ad letanias vel ad concilium venerint[h)], rationem episcopo suo reddant, qualiter susceptum officium celebrent[i)] vel baptizent.

C. 100. Quod ignorantia[a)] maxime[b)] sacerdotibus vitanda est. Ex eodem[1].

Ignorantia mater cunctorum errorum maxime in sacerdotibus Dei vitanda est qai docendi officium in populis susceperunt. Sacerdotes enim
I Tim. legere sanctas[c)] scripturas admonentur Paulo apostolo dicente ad Timo-
4. theum: Intende lectioni, exortationi doctrinae, semper permane in his. Sciant igitur sacerdotes scripturas sanctas et canones, ut omne opus eorum in predicatione et doctrina consistat, atque aedificent cunctos tam fidei scientia quam operum[d)] disciplina.

C. 101. Quod intolerabilis est inscientia in sacerdotibus. Leo[1] episcopus Constantinopolitanis[a)].

Si[b)] in laicis intolerabilis inscientia[c)] videtur, quanto magis in his[d)] qui presunt, nec excusatione est digna nec venia.

C. 98. a) Leo papa V_2, V_3. b) ab aliquo *N.* c) *paucis verbis omissis.* d) deinceps *Conc.*

1 Syn. Romana Leonis IV a. 853, c. 12, Mansi t. XIV col. 1009, Jaffé-W. post. 2636.

C. 99. a) Quod presbyteri parrochiae dum ordinantur, libellum (*om.* V_3) officialem a suo sacerdote accipere debent V_2, V_3. b) eo *add. sed del. G.* c) qui *Ven.* d) parrochias *N, Ven.* e) sacerdotibus suis *N.* f) succedant *Mansi.* g) in ipsis *deest Mansi.* h) convenerint *N.* i) celebrant vel baptizant *Mansi.*

1 Immo Tol. IV c. 26, Mansi t. X col. 627.

C. 100. a) mater errorum *add.* V_2. b) a *add. N,* in *P.* c) sacras *N.* d) opere et *Ven.*

1 C. Tol. IV c. 25, l. c. col. 626.

C. 101. a) Constantinopolitanus *N,* C—no *10.* b) Si vix .. tolerabilis vid. inscitia *Leo.* c) inscitia *Coll. min., Leo.* d) eis *Leo.*

1 Leo I. epist. 59, Baller t. I col. 976, Jaffé-W. 447, Coll. min. c. 115.

C. 102. Quod nulli sacerdotum licet canones ignorare. Caelestinus[a)] [1] orthodoxis omnibus episcopis[b)].

Nulli sacerdotum[c)] liceat[d)] canones ignorare, nec quicquam[e)] facere quod patrum possit regulis obviare.

C. 103. Qui libri sacerdotibus sunt necessario discendi. Ex Dictis sancti Augustini[1].

Quae ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum: i. e. liber[a)] sacramentorum, lectionarius, antiphonarius[b)], baptisterium, compotus[c)], canon, poenitentialis, psalterium, homeliae per circulum anni dominicis diebus et singulis festivitatibus aptae. Ex quibus omnibus si unum defuerit, sacerdotis nomen vix in eo constabit, quia valde periculosae[d)] evangelicae[e)] minae sunt quibus dicitur: si caecus caeco ducatum praestet, ambo in foveam cadunt. Matth. 15, 14.

C. 104. Ut[a)] orationes semper dirigantur ad Patrem. Ex concilio Cartaginensi III.[1] cap. XXIII.

Nemo[b)] in precibus vel Patrem pro Filio vel Filium pro Patre nominet, et cum ad altare assistitur, semper ad Patrem dirigatur oratio. Et quicumque sibi preces alias[c)] describit non eis utatur, nisi prius eas instructioribus[d)] fratribus contulerit.

C. 105.[a)] Dionysius papa Severo epicopo.

Ecclesias singulis presbyteris dedimus. Require retro[1].

C. 102. a) *inscriptio solito more in Coll. min. mutata repetitur.* b) om. *5, 10.* c) suos *add. Cael.* d) licet *3, 4, 5, Cael.* e) quaequam *3.*

1 Epist. 5, P. Coustant. I col. 1072, Coll. min. c. 112, Jaffé-W. 371.

C. 103. a) libri V_2, sacramentarium *Haito.* b) antif. *N, Ven., Haito.* c) computus *N*, V_1, *P, Bb.* d) sunt *hic add. Haito, postea om.* e) *om.* V_1, *P, in marg. pon. Bb.*

1 Immo Haitonis episcopi capitula ecclesiastica c. 6. M. G. Capitularia ed. A. Boretius t. I p. 363. Decr. Burch. II c. 2. Ex dictis August.

C. 104. a) De precibus et orationibus *M*, V_2, V_3, *Hisp.* b) *in aliquot codicibus ut G*, V_1 *rubrica* (Ut — Patrem) *repetita antecedit, at subducta linea deest M.* Ut nemo *Hisp.* c) aliunde *Hisp.* d) instructionibus *G.*

1 In Coll. Hispana, Hinsch. p. 298, v. Maassen Gesch. § 139.

C. 105. a) *cap. spurium Pelagii II praecedit in* V_2*; rubricam profert Ven.:* Quod unusquisque terminus suis sit contentus. *Bb habet:* Ut singulis presbyteris singulae committantur ecclesiae. *Quam N huic cap. praescribit rubricam* (Ut nullus per aliquam dationem in ecclesia ordinetur) *ad capit. sequens pertinet.*

1 Lib. V c. 63.

C. 106.[a] Gregorius[1] Clementio episcopo primati Vizaceno[b].

Presentium latoris Adeodati querelam, qui se sui presbyteratus loco incongrue dicit expulsum, licet subditae tibi textus petitionis explanet, tamen paulo iudicavimus apertius retexendam. Asserit namque a Quintiano[c] fratre et[d] coepiscopo nostro in loco suo[e] quibusdam se suis[f] ordinandis negotiis relaxatum aegritudinisque causa per[g] duorum mensium spatium suae se ecclesiae defuisse, cuius rei occasionem captantem predictum fratrem nostrum alium loco eius illic presbyterum ordinare[h]. Hortamur igitur fraternitatem tuam, ut causam eius sollicite districteque perquiras. Et si manifestae[i] aegritudinis, sicut dicitur, causa ecclesiae suae eum defuisse repereris, nullum ei ex ordinatione alterius presbyteri permittas preiudicium generari, sed in loco suo sine aliqua eum fac dubietate restitui; sin autem aliter se res habere dicitur, quam porrecta ab eo videtur continere suggestio, causam eiusdem legitime canoniceque perquire. Et quicquid secundum Deum tibi visum fuerit[k], iuvante Domino ita stude decernere, ut nulla de hac re[l] ad nos ulterius quaestio revertatur. Illud autem caritatem tuam specialiter admonemus, ut si vera fuerit huius suggestio atque in suo ordine fuerit restitutus, de presbytero qui in loco eius ordinatus est subtiliter districteque debeas esse sollicitus[m]. Et si quidem sine datione aliqua ad eundem ordinem venit, ut in symoniacam heresim non potuisset incidere, in aliam quamcumque vacantem ecclesiam eum volumus ordinari. Sin autem in eum quippiam, quod avertat[n] Dominus, tale fuerit repertum, ipso etiam presbyteratus ordine privetur, quem non causa replendae[o] necessitatis ecclesiae sed sola comprobatur ambitione sumpsisse.

C. 107. De[a] his quibus chorepiscopi et presbyteri distant[b] ab episcopis. Leo[c][1] episcopus omnibus episcopis.

Quamvis chorepiscopis et presbyteris plurima cum episcopis ministeriorum communis sit dispensatio, quaedam tamen[d] sibi prohibita nove-

---

C. 106. a) *numerum et rubr. om. N hoc loco; rubr. deest etiam G, V_1, L.* Ut nullus per aliquam dationem in ecclesia ordinetur *N (v. cap. praeced. not. a.), P.* Iubet presbyterum restitui in ecclesia sua *Ven.* Quod symoniacus est qui ordinem emit, et ab ordine sui officii summoveri debet *M, V_2, V_3 (subm.).* b) Biz. *V_2, Greg.* c) Quintiniano *V_1, P.* d) atque *V_1, P, Ven., Bb, Greg.* e) suis *V_2,* pro *add. V_2, Greg.* f) fuisse *V_1.* g) pro *V_2.* h) ordinasse *Greg.* i) manifesta *Bb'.* k) ita *add. V_1, P.* l) *om. G.* m) solutus *N.* n) advertat *P.* o) explendae *N.*

1 Greg. I Registr. IV 13, t. I p. 246, Jaffé-W. 2184.

C. 107. a) De vana chorepiscoporum superstitione *N.* b) distantur *G.* c) *inscriptio ab orig. devians ex Coll. min. sumpta.* d) *om. P inser. 5,* auctoritate veteris legis, quaedam novellis et ecclesiasticis regulis *add. Ps. Leo.*

1 Ps. Leo, Hinsch. p. 628, Coll. min. c. 198.

rint, sicut est presbyterorum et diaconorum ac virginuum consecratio, sicut[e]) constitutio altaris ac benedictio vel unctio. Sic[f]) quinem nec erigere eis altaria nec ecclesias consecrare licitum[g]) est nec per impositionem[h]) manum fidelibus baptizatis[i]) vel conversis ex heresi paraclitum Spiritum sanctum tradere nec chrisma conficere nec chrismate baptizatorum[k]) frontes signare nec publice quidem[l]) in missa quemquam poenitentem reconciliare nec formatas cuilibet epistolas mittere. Haec enim[n]) omnia illicita sunt chorepiscopis qui ad exemplum et formam LXXII[o]) discipulorum esse nescuntur vel presbyteris[p]) qui eandem gestant figuram. Quoniam quamquam consecrationem habeant, pontificatus tamen apicem non habent. Quae nimirum[q]) omnia solis debere summis pontificibus[r]) precipitur, ut per hoc[s]) et discretio graduum et dignitatis fastigium summi pontificis demonstretur. Sed neque coram episcopo licet[t]) presbyteris in presbyterium[u]) introire nec presente antistite infantem tinguere[v]) aut signare nec poenitentem sine preceptione episcopi sui reconciliare nec eo presente nisi illo iubente sacramentum corporis et sanguinis Christi conficere nec eo coram posito populum[w]) docere vel benedicere aut salutare neque[x]) plebem utique exhortari.

C. 108. Ut[a]) chorpiscopi de officio quod ad summos sacerdotes pertinet nichil presumant. D a m a s u s [1] urbis Romae episcopus omnibus episcopis.

De chorepiscopis a[b]) predecessoribus nostris decretum reperimus, ut eis ad veniam nichil prorsus aliud reservetur quam privatio sacri misterii quod illicite assumpserunt, quia prohibiti[c]) tam[d]) ab hac sacra sede quam et[e]) a totius orbis fuerant[f]) epicopis. Nimis ergo eorum institutio improba, nimis est[g]) prava, quia ut[h]) de summo sacerdotii ministerio aliquid presumant omni[i]) auetoritate caret. Nam[k])[2] non amplius quam duos ordines inter discipulos Domini esse cognovimus[l]) i.[m]) e. XII apostolorum

---

e) sicut — benedictio *L inser.* f) siquidem *Coll. min., Ps. Leo.* g) lic. est *non habet Ps. Leo.* h) *sic G, N,* impositiones *alii codd., Coll. min., Ps. Leo.* i) rebapt. V_1, *P, Ven., Bb,* baptizandis *Ps. Leo.* k) baptizandorum *Ps. Leo.* l) *om. N.* m) quamquam poenitentes *N.* n) *om. N.* o) septuaginta *Coll. min., at* LXX duorum *3, 4, 5, 8.* p) *om. 3, 4, 5.* q) *om.* V_1, *L.* r) auctoritate canonica *add. Ps. Leo.* s) haec *3, 5.* t) licere *Ps. Leo.* u) baptisterium *Coll. min., Ps. Leo.* v) ungere V_1, unguere *P,* tingere V_3. w) plurimum N. x) nec *Coll. min., Ps. Leo.*

C. 108. a) Item de eadem re *N.* b) apud. dec. *N, corr. 10.* c) prohibitam V_1, *P (loco* prohibiti tam). d) *om. P.* e) *deest 12, Ps. Dam.* f) *om. 3, 5, 11, 12.* g) nim. est et pr. *G,* et nimis est pr. V_1. h) hi *add. Ps. Dom.* i) omnino *N, om. 12.* k) *pluribus omissis.* l) cognoscimus V_2, V_3, *12.* m) i. e. — discip. *des. Ps. Dam.*

1 Ps. Damasus, p. 510, Coll. min. c. 197. 2) p. 511.

et LXXII[n]) discipulorum. Unde iste[o]) tertius processerit, funditus ignoramus, et quod ratione caret exstirpare necesse est. Quod autem[p]) episcopi non sint qui minus quam a tribus[q]) sunt ordinati episcopis[r]) omnibus patet, quoniam, ut bene nostis, prohibitum a sacris[s]) est patribus, ut qui ab uno vel a duobus sunt ordinati episcopi[t]) non[u]) nominentur episcopi. Si nomen non habent, qualiter officium[v]) habebant[w])? Quicquid igitur[x]) inter episcopos aut de rebus ad eos solummodo pertinentibus egerint chorepiscopi[y]), necesse est ut[z]) irritum sit, quia quod non habent dare nequaquam possunt[a]).

C. 109. Ut[a]) presbyteri ad episcopale officium non aspirent. In[b]) decreto Gelasii[1] papae cap. VI.

Nec minus etiam presbyteros contra[c]) suum modum tendere prohibemus nec episcopali fastigio debita sibimet audacter assumere: non conficiendi chrismatis non consignationis pontificalis adhibendae sibimet arripere facultatem. Non presente quolibet antistite, nisi fortasse iubeatur, vel orationis vel actionis sacrae suppetere sibi presumat esse licentiam; neque sub eius aspectu, nisi iubeatur, aut sedere presumat aut venerabilia tractare mysteria. Nec sibi meminerit ulla ratione concedi sine summo pontifice diaconem[d]) subdiaconem[e]) acolythum ius habere faciendi nec prorsus dubitet[f]), si quicquam ad episcopale ministerium specialiter pertinens suo motu putaverit exequendum continuo se presbyterii dignitate et sacra communione privari. Quod fieri necesse est censeamus, si eius presule deferente huiusmodi fuerit prevaricatio comprobata.

C. 110. Item[a]) de eadem re. Damasus[1] papa inter cetera.

Nullus ex LXXII[b]) discipulis, quorum speciem chorepiscopi antequam prohiberentur, in[c]) ecclesia gerebant, nichil de hoc quod apostolis eorumque successoribus specialiter debebatur legitur assumpsisse. Nec in lege Domini, quae Moysi[d]) ab ipso Domino legitur dicata[e]), de his quae summis sacerdotibus, id est Moysi et Aaron, erant specialiter concessa, filii Aaron quicquam presumebant. Nulli enim ducium est[f]) quod Moyses

---

n) sæptuaginta *1.* o) *om. 1, at est in 3, 4, 12.* p) enim *Ps. Dam.* q) vel qui ab uno vel a duobus *add. Ps. Dam.* r) *om. 5, 12,* episcopis — ordinati *om. N.* s) sanctis V_1, *P.* t) episcopis *Coll. min., Ps. Dam.* u) nec *Coll. min., Ps. Dam.* v) non *add. N.* w) habent *5, 12.* x) enim *Ps. Dam.* y) *deest Ps. Dam.* z) *paucis verbis om.* a) possint V_1.

C. 109. a) De his quibus chorepiscopi et presbyteri distant ab episcopis *N.* b) *inscript. om.* V_2 *J.* c) ultra *Gel.* d) *deest Gel.* e) aut *add. Gel.* f) addubitet *Gel.*

[1] Epist. 14, A. Thiel I p. 365, Jaffé-W. 636.

C. 110. a) Ut chorepiscopi de officio quod ad summos sacerdotes pertinet nichil presumant *N.* b) LXX V_1, *P,* septuaginta *Ps. Dam.* c) *4 verbis omissis.* d) *om. N.* e) dictata *Ps. Dam.* f) *om. Ps. Dam.*

[1] Ps. Damasus p. 511, continuat cap. 108.

et Aaron soli precipiente Domino in tabernaculo Dei erigebant, altare soli unguebant, soli sacerdotes sacra unctione instituebant, et alia quae ad summum sacerdotium[g]) pertinebant. Sic[h]) et modo, quia umbra[i]) legis transiit et lux evangelii super nos gratia[k]) Dei manifeste coruscat, de his quae[l]) summis sacerdotibus i. e. episcopis concessa[m]) sunt, quorum Moyses et Aaron tenuerunt formam[n]) illi qui LXXII[o]) discipulorum formam gestant, in quorum videlicet typo filii Aaron erant nichil presumere debent, sicut nec illi quicquam de summi sacerdotii ministerio attingebant. *Et post aliqua*[2]. Quod vero eis non liceat sacerdotes consecrare nec diacones[p]) nec subdiacones nec virgines nec altare erigere nec unguere nec sacrare nec ecclesias dedicare nec chrisma conficere nec chrismate baptizatorum frontes[q]) signare nec publice quidem in missa quemquam poenitentem[r]) reconciliare nec formatas epistolas mittere nec populum benedicere nec ante episcopum in baptisterio[s]) aut in[t]) sacrario introire nec presente episcopo infantem tingere[u]) aut signare nec poenitentem[v]) sine episcopi sui preceptione reconciliare nec eo presente nisi illo iubente sacramentum corporis et sanguinis Christi conficere nec eo coram posito populum docere aut salutare nec plebem exhortari. Quae omnia solis pontificibus pertinere[w]) tam ex superioribus quam ex aliis patrum constitutis atque sacris canonibus edocti estis. Similiter et de presbyteris haec habeantur et sine iussu proprii episcopi nichil agant. *Post pauca.* Benedictionem quam predicti chorepiscopi ante suam prohibitionem per manus impositionem dabant magis nobis videtur vulnus inferre quam salutem. Et[3] ubi vulnus infixum est, necesse est medicinam adhibere qua infixa sanetur macula, i. e. reiterari necesse est quod legitime actum aut collatum minime approbatur, si perfectum esse debet[x]). Nam[y]) quomodo honorem possit retinere qui ab illo[z]) acceperit qui potestatem dare non habuit[a]), legitime invenire non possum.

C. 111. Ut presbyteri baptizatos chrismate tangant in fronte, ubi episcopi desunt. G r e g o r i u s[1] Januario episcopo Karalitano.

Pervenit quoque ad nos quosdam scandalizatos fuisse quod presbyteros chrismate tangere eos qui baptizati[a]) sunt prohibuimus. Et nos

---

g) saserdotem V_1. h) *post pauca.* i) verba l. transierunt *N.* k) gratiam *G.* l) in *add. Ps. Dam.* m) conc. sunt *om. Hinsch.* n) *om. Hinsch.* o) LXX V_1, *P et alii codd., Ps. Dam.* p) diaconum . subd . . um *N.* q) fronte *N.* r) in poenitentiam *Ps. Dam.* s) baptistaerio *G,* baptismo V_2. t) *om.* V_1, *P.* u) tinguere V_1, *P, Ps. Dam.* v) *ex* poenitentiam *L.* w) deberi *Ps. Dam.* x) debebit *Ps. Dam.* y) non *Hinsch.* z) eo *N,* ipso V_2, V_3. a) habuit *G.*

2 p. 513. 3 p. 514.

C. 111. a) baptizandi *Ewald.*

1 Greg. I. Reg. IV. 26 i. f., t. I p. 261, Jaffé-W. 1298.

quidem secundum usum veterem ecclesiae nostrae fecimus. Sed[b]) si omnino hac de re aliqui contristantur, ubi episcopi desunt, ut presbyteri etiam[c]) in frontibus baptizatos[d]) chrismate tangere debeant concedimus.

C. 112. Quod idem olim episcopus qui et presbyter. Hieronymus[1] super[a]) epistolam ad Titum.

Idem[b]) presbyter[c]) qui et episcopus, et antequam diaboli instinctu
I Cor. studia in religione fierent et diceretur in populis: Ego sum Pauli ego
1, 12. autem Cephae[d]), communi presbyterorum consilio ecclesiae gubernabantur. Postquam autem[e]) unusquisque eos quos baptizaverat suos esse putabat non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus[f]) de presbyteris[g]) super poneretur ceteris, ad quem omnis cura ecclesiae pertineret et scismatum semina tollerentur. *Et paulo post.* Sicut ergo presbyteri sciunt se ex ecclesiae consuetudine[h]) ei qui[i]) sibi prepositus fuerit esse subiectos, ita episcopi noverint se magis consuerudine[k]) quam dispositionis Dominicae veritate presbyteris esse maiores et in commune debere ecclesiam regere.

C. 113. Quod presbyteri qui corpus Christi perficiunt[a]) etiam populum benedicere ac[b]) predicare possunt. Hieronymus[1] ad Rusticum Narbonensem episcopum.

Ecce[c]) ego dico presentibus episcopis suis[d]) atque astantibus in[e]) altario[f]) presbyteros posse sacramenta conficere, sed[g]) quia scriptum est:
I Tim. Presbyteri duplici honore honorentur, maxime qui laborant in verbo Dei[h])
5, 17. predicare eos decet. Utile est benedicere, congruum confirmare, convenit reddere communionem, necesse est visitare infirmos, orare pro invalidis atque omnia Dei sacramenta complere. Nemo[i]) hic[k]) episcoporum invidia diabolicae temptationis infletur[l]), irascatur[m]) interdum[n]) si presbyteri exhortentur plebem, si in ecclesiis predicent, si plebi[o]), ut scriptum est, benedicant. Etenim obvianti[p]) mihi ista sic dicam, qui non vult presbyteros facere quod[q]) iubetur[r]) a Deo, dicat qui maior est Christo, aut quid

---

b) et *add. N.* c) et *Ewald.* d) bapticandos *Ewald., signum notae adpon. Ven.*

C. 112. a) super — Titum *om.* V_2. b) Jeronimus *praemitt. G, item Ven. sed eras. et ex* i *corr. J, om. P,* est *add. Bb,* est ergo *Hier.* c) episcopus ... presbyter V_1. d) Cethae *Ven.* e) vero *Hier.* f) tunc *Ven.* g) electus *add. Hier.* h) ... ne — consuetudi *inser. L.* i) quae *Ven.* k) *om. G, N.*

1 Commentarius in epist. ad Titum I 5. Op. t VII p. 1 col. 694, 695.

C. 113. a) conficiunt V_1, *sup. ras. Ven.* b) et V_1. c) nec *Libell.* d) *deest Libell.* e) *deest Libell.* f) altari *Libell.* g) *post pauca,* et *Libell.* h) Domini *Libell.* i) *post pauca.* k) hinc *Libell.* l) inflatus *Libell.,* nemo *add. M,* V_2, V_3. m) irascitur in templo *Libell.* n) si presbyteri interdum *Libell.* o) plebibus *Libell.* p) abnuenti *Libell.* q) quae *Libell.* r) iubetur V_1.

1 Libell. spur. t. XI p. 2, col. 120.

poterit corpori eius aut sanguini eius anteponi? Si presbyter Christum consecrat, cum in altario Dei sacramenta benedicit, benedicere populum[t]) non debet, quia[u]) Christum[v]) meruit consecrare? Circa[w]) laicos ac[x]) mulieres iubentibus[y]) vobis iniustissimi[z]) sacerdotes[a]) presbyter Dei benedictionis perdit officia[b]) amittit linguae opus non habet confidentiam predicandi: truncatus[c]) omni parte virtutum solum presbyteri nomen[d]) habet plenitudinem[e]) ac perfectionem quae consecrationi eius competit non retentat. Qui[f]), hic rogo[g]), sacerdotes honor vester est, ut dampnum[h]) gibbi[i]) ⟨l. gregibus⟩ inferatis, quoniam, cum pastoribus per potentiam[k]) aufertur Deo digna diligentia, contagium quoddam et calamitas crescit in gregibus? Adeo[l]) non patrimonii dampna conquiritis, dum soli vultis in ecclesiis potentari? Presbyteri ab[m]) initio[n]) negotiorum iudices esse mandati sunt, presbyteri sacerdotum interesse concilio[o]). Quoniam et ipsi presbyteri, ut legimus, episcopi nominantur[p]), secundum quod dictum[q]) est
ad episcopum[r]), quae[s]) tibi data est per impositionem manuum presbyterii[t]). I Tim. 4, 14.
Et[u]) alibi ad maiores natu: qui[v]) vos posuit episcopos regere ecclesiam[w]) Act.
suam. Sed[x]) oderunt hoc superbi[y]) sacerdotes in presbyteri[z]) nomine qui 20, 28.
nolunt hoc esse quod Christus, qui discipulorum pedes lavit, qui baptizatus a[a]) Johanne est, licet baptizandum se esse[b]) Johannes a Domino proclamaret. Quod[c]) propterea scribo, ut et[d]) si preteriti temporis error iam non potest revocari vel ad presens in ecclesiis[e]) faciant quod Romae sui[f]) ⟨l. siue⟩ quod in Oriente ⟩sui⟨ quod[g]) in Africa quod in Hispania quod in Britannia quod[h]) in Gallia quod in omnibus locis, ubi humilitas perseverat[i]), quod in coelis[k]) quod maius est, ubi sedes eorum legis esse disposita ⟨l. dispositas⟩.

---

s) quis *Libell.* t) populo *Libell.* u) *ex* quia *corr.* qui *P,* qui *Ven., Libell.* v) *add.* etiam *Libell.* w) *post pauca.* x) et *Libell.* y) in *add.* V_2. z) iniustissime *Libell.* a) sacerdotibus non recte *Libell.* b) officium *Libell.* c) est *add. Libell.* d) non *add. Ven.* e) per benitudinem *P, L.* f) Quis *Libell.* g) o *add. Libell..* h) damna *Libell.* i) gybbi V_2, V_3. k) vestram *add. Libell.* l) ac Deo nostro non patr. sui *(et* V_2*)* damna *Libell.* m) *om.* presbyt. *Libell. post pauca.* n) ut legimus *add. Libell.* o) consilio *Libell.* p) nuncupantur *Libell.* q) scriptum V_1, *P, Ven., Bb, Libell.* r) Titum *Libell.* s) qui *G, N, L, ex* qui *corr. P, Ven.*; quae — presbyterii *des. Libello.* t) presbyteri *M,* V_2. u) *post aliqua alia.* v) quid V_2. w) ecclesiae suae *N,* Philippis *add. Libell.* x) *post pauca.* y) sac. sup. *Libell.* z) presbyterii *G,* presbyteris nomen *Libell.* a) est a Joh. *Libell.* b) *deestLibell.* c) Propterea haec scr. *Libell.* d) *om. Bb, Libell.* e) servetur humilitas, ut presbyteri hoc in ecclesiis suis *add. Libell.* f) fuit *N.* g) *aliquibus verbis omissis.* h) quod etiam ex parte per Gallias *Libell.* i) *ex* perseveret *G.* k) fit *add. Libell.*

C. 114. Ut episcopi clericos et clerici[a]) honorent episcopos. Hieronymus[b]) [1] ad Nepotianum.

Esto subiectus pontifici tuo et quasi animae parentem ama[c]). Sed[d]) et[e]) episcopi sacerdotes se sciant[f]) esse[g]) non dominos, honorent clericos quasi clericos, ut[h]) ipsis episcopis honor deferatur. Scitum[i]) est illud oratoris Domitii[2]: Cur ergo[k]), inquit, te habeam ut principem, cum tu me non habeas ut[l]) senatorem. Quod et[m]) Aaron et filios eius hoc esse episcopum et presbyteros noverimus[n]) unus[o]) dominus, unum templum, unum sit[p]) ministerium. Recordemur semper quod[q]) apostolus Petrus
I Pet. precipit sacerdotibus: Pascite eum qui in vobis est gregem Domini pro-
5, 2. videntes[r]) non coacte sed spontanee secundum Deum neque turpis lucri gratia sed voluntarie neque ut dominantes in clero[s]) sed forma facti gregi[t]) ex animo[u]), ut cum apparuerit princeps pastorum, percipiatis inmarcescibilem[v]) coronam. Pessimae consuetudinis est in quibusdam ecclesiis tacere presbyteros et presentibus episcopis non loqui, quasi[w]) eis invideant
I Cor. aut dignentur[x]) audire. 'Et si alii', inquit apostolus Paulus, 'fuerit reve-
14, 30. Prov. latum sedenti, prior taceat'. Gloria[y]) patris est filius sapiens, gaudeat
10, 1. episcopus in[z]) iudicio suo, cum tales[a]) elegerit sacerdotes.

C. 115. Qualiter episcopi et presbyteri ligare ac solvere debent[a]). - Hieronymus[1] super Matthaeum:

Quodcumque ligaveris *et cetera.* Istum[b]) locum episcopi et presbyteri non intelligentes aliquid sibi[c]) de Phariseorum sumunt[d]) supercilio, ut[e]) vel dampnent innocentes vel solvere se noxios arbitrentur, cum apud Deum non sententia sacerdotum[f]) sed rerum ⟨l. reorum[g])⟩ vita quaeratur. Legimus in Levitico de leprosis, ubi iubentur, ut ostendant se sacerdotibus, et si lepram habuerint, tunc a sacerdote immundi fiant, non quod[h]) sacerdotes inmundos[i]) faciant leprosos sed quod[k]) habeant notitiam

---

C. 114. a) presbyteros cler. (cler. presb. *P*) hon. *N, P.* b) t. II f. 91 XCV di *(Dist. 95) m. rec. in marg. N.* c) suscipe *Hier.* d) Illud etiam dico quod episcopi *Hier.* e) *om. N.* f) noverint *Hier.* g) *om.* V_1, *P.* h) et *add. Hier., om.* episcopis. i) *in* scutum *corr. Ven.* k) ego *Hier.* l) *om.* V_1. m) *om. N,* V_1, *P, Ven.* n) novimus *N, Bb.* o) unde *G, Bb.* p) etiam *Hier.* q) quid . . . praecipiat *Hier.* r) previdentes V_1. s) saeculo *M,* V_2, clerum *Hier.* t) gregis *Hier.* u) et *G.* v) gloriae *add. Hier.* w) aut *Hier.* x) *ita N,* dignentur *G,* non dign. V_1, *P, Ven., Hier.* y) *post pauca.* z) *deest Hier.* a) Christo *add. Hier.*

¹ Hieron. epist. 52, Op. t. I p. 2 col. 260. ² Ad hoc nomen legas quod notant edit. Maurini.

C. 115. a) debeant *N.* b) et istum *Bb.* c) de Phar. sibi V_1. d) assumunt supercilio *Hier.* e) ut — Deum *in marg. suppl. Ven.* f) sacerdotis V_1. g) reorum *Bb.* h) quo *Hier.* i) leprosos faciant et immundos *Hier.* k) quo *Hier.*

¹ Hieron. comment. in Matth. 16, 19, Op. t. 7 p. 1 col. 124, 1.

leprosi et possint discernere qui mundus quive inmundus sit. Quomodo ergo ibi leprosum sacerdos[l]) inmundum facit, sic et hic alligat vel solvit episcopus et[m]) presbyter non eos qui insontes sunt vel innoxii ⟨l. noxii⟩ sed[n]) pro officio suo, cum peccatorum audierint[o]) varietates, sciunt[p]) qui ligandus sit[q]) qui solvendus[r]).

C. 116.[a]) Quod clerici monachis presunt. Hieronymus[1] ad Heliodorum episcopum.

Sed et alia causa[b]) monachi est[c]) alia[d]) clericorum Clerici oves pascunt, ego pascor; illi de altario vivant, mihi quasi infructuosae arbori securis ponitur ad radicem, si munus ad altare non defero, nec possum obtendere paupertatem, cum in Evangelio anum viduam duo, quae sibi Luc.
sola supererant, aera mittentem[e]) laudat[f]) Dominus. Michi ante presbyterum 21, 2. 4. I Cor.
sedere non licet, illi si peccavero licet tradere me sathanae in interitum 5, 5.
carnis, ut spiritus salvus sit in[g]) die Domini. Et in veteri quidem lege Deut.
quicumque sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus lapi- 17, 12.
dabatur a populo aut gladio cervice subiecta contemptum expiabat cruore[h]). Nunc vero inobediens spirituali animadversione[i]) truncatur aut eiectus de ecclesia rabido daemonum ore decerpitur. Item[2] idem ad Furiam. Quodcumque[k]) dicitur ad monachos redundat in clericos qui[l]) patres sunt monachorum. Detrimentum gregis[m]) ignominia est magistri, sicut e regione illius monachi vita laudanda est qui veneratione[n]) habet Domini[o]) sacerdotes et non detrahit gradui, per quem factus est christianus.

C. 117. Quod[a]) non licet missas cantare nisi in locis sacratis. Ex epistola Clementis[1] papae, verba Petri apostoli: quod[b]) non licet missas cantare nisi in locis sacratis.

In aliis locis sacrificare et missas celebrare non licet nisi in his in quibus episcopus proprius iusserit aut ab episcopo regulariter ordinato[c]) consecrata[d]) fuerint[e]). Aliter enim non sunt haec agenda nec rite cele-

---

l) mundum vel *add. Hier.* m) vel *N, om.* V_1, *erasit P.* n) *om. N.* o) audierit *Hier.* p) scit *Hier.* q) quia *Vallarsi.* r) sit *add.* V_1, *P.*

C. 116. a) *aliud capitul. ex Hieron, praecedit in Bb.* b) mon. est causa *Hier.* c) et *inser P.* d) ut ante perstrinxi *add. Hier.* e) admittentem V_2, in gazophylacium *add. Hier.* f) laudaverit *Hier.* g) in d. D. *des. Hier.* h) cruorem V_1, *P.* i) mucrone *Hier.* k) et non quicquid in mon. dic. redundet *Hier.* l) quia (a *inser.*) *P, Bb* (?). m) pecoris pastoris *Hier.* n) venerationi V_1, *P.* o) sacerdotes Christi *Hier.*

1 Hieron. ep. 14 Op. t. I p. 1, col. 33 n. 8. 2 ep. 54 Op. t. I p. 1, col. 283.

C. 117. a) rubr. *om. Ven.* b) quod — sacratis *subducta linea delevit M, penitus om.* V_2, *Bb.* c) tenente videlicet civitatem *add. Ps. Clem.* d) consecratus *Hinsch.* e) fuerit *G, N.*

1 Ps. Clemens c. 70 i. f. p. 58.

branda docente nos novo et veteri Testamento: Haec apostoli a Domino acceperunt et nobis tradiderunt.

C. 118.[a]) Silvester[1] papa in generali synodo residens[b]) dixit:

Nullus presbyter missas celebrare presumat nisi in sacratis ab episcopo[c]) locis qui sui particeps de cetero voluerit esse sacerdotii.

C. 119. Quod solum sacrati sacerdotes debent missas[a]) cantare et non nisi in loco sacrato. Felix[b]) [1] episcopus[c]) omnibus[d]) orthodoxis.

Sicut non alii quam sacrati[e]) Domino sacerdotes debent missas cantare[f]) nec sacrificia super altare offerre, sic nec in aliis quam[g]) Domino sacratis locis id est in[2] tabernaculis divinis precibus a[h]) pontificibus dicatis et in mensis Domino sacratis et sacra unctione a pontificibus delibatis[i]) missas[3] cantare aut[k]) sacrificia offerre Deo[l]) licet, nisi summa cogerit[m]) necessitas. Satius est ergo missam[n]) non cantare aut non audire quam in his locis ubi fieri non oportet, nisi pro summa contingat necessitate, quoniam necessitas legem non habet. Unde scriptum est: Vide non offeras holocausta tua in omni loco quem videris sed in loco quem elegerit dominus Deus tuus; in[4] domibus tamen ab episcopis sive presbyteris oblationes celebrari nullatenus licet.

Deuter. 12, 13.

C. 120. Quod presbyteri soli non debent missas cantare nec in quolibet loco. Anacletus[1] papa.

Sacerdotes quando Domino[a]) sacrificant non soli hoc agere debent, sed testes secum adhibeant, ut Domino perfecto in sacratis Deo sacrificare locis probentur[b]). Ait namque auctoritas[c]): Vide ne offeras holocausta tua[d]) in omni loco quem videris, sed in loco quem elegerit dominus Deus tuus. Episcopus[e]) [2] sacrificans testes habeat[f]) plures quam alius sacerdos.

Deuter. 12, 13. 14.

C. 118. a) *rubr. deest G, V_1.* De eadem re *P, Bb. Capituli 117 rubr. ad hoc adfert Ven.* b) *om. 7.* c) episcopis *7.*

1 Ps. Silvester c. 9, Hinsch. p. 450; Coll. min. c. 203.

C. 119. a) missam *V_1, P.* b) IIII. *add. 3, 4, 13.* c) papa *Coll. min.* d) *om. 3.* e) a *add. 1.* f) celebrare *supra* vel cantare *5.* g) in *add. 5,* in prefatis *Ps. Fel.* h) *deest Ps. Fel.* i) delibutis *Coll. min., Ps. Fel.* k) nec *Ven.* l) *om. V_1, P, Ven., V_2, Bb', Coll. min., Ps. Fel.* m) coegerit *Ven.* n) missas *V_1, P.*

1 Ps. Felix IV, Hinsch. p. 701, 700, Coll. min. c. 204. 2 p. 700 i. f. — 701, lin. 1 dominus Deus tuus. 3 *ita continuat* — licet *textus p. 701 post* sacratis locis. 4 Conc. Laodic. c. 58.

C. 120. a) *om. V_1, P.* b) prohibentur *V_1.* c) legis divinae *add. Ps. Anacl.* d) *om. G, V_1.* e) Deo *add. V_1, P, Ven., Bb.* f) secum hab. et *Ps. Anacl.*

1 Ps. Anaclet. c. 9, 10. p. 70. 2 cf. supra l. VI c. 126 pr.

C. 121. Ut si presbyter conceptum[a]) non potest explere[b]) efficium, alius pro eo presbyter expleat. Ex concilio Toletano[1].

Censemus[c]) ut cum a sacerdotibus missarum tempore sacra[d]) mysteria consecrantur, si aegritudinis accidat quilibet[e]) eventus et[f]) conceptum[g]) nequeat[h]) consecrationis explere <l. expleri> mysterium[i]), sit liberum episcopo vel presbytero, ut[k]) alter consecrationem expleai officii coepti[l]): Non enim aliud ad supplementum[m]) initiatis mysteriis[n]) competit quam aut incipientis aut subsequentis complenda[o]) benedictio sacerdotis, quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur. Cum enim simus omnes[q]) in Christo, nichil contrarium diversitas format ubi efficaciam prosperitatis unitas fidei representat. Quod etiam consultum cuncti ordinis clerici[r]) inditum[s]) vel indultum sibi esse non ambigant, sed, ut permissum[t]) est, precedentibus statim[u]) alii pro complemento[v]) succedant. Nec[w]) tamen quod naturae languoris causa consulitur in presumptionis perniciem convertatur.

C. 122. Ut preter Domini sacerdotes nullus audeat predicare. Leo episcopus Theodorico[a]) episcopo.

Specialiter statuentes iubemus, ut preter Domini sacerdotes nullus audeat predicare seu monachus sive ille[b]) laicus qui cuiuslibet scientiae nomine glorietur[c]).

C. 123.[a]) Ex epistola Pauli[b])[1] ad Timotheum.

Qui bene presunt presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime quia[c]) laborant in verbo et doctrina. Dicit enim Scriptura: Non infre- Deut. 25, 4.

C. 121. a) coeptum V_1, *P*, inceptum *Ven.* (*ex* concept. *corr.*), V_2, V_3. b) implere V_2, V_3. c) igitur convenire *add. Conc.* d) sancta *Conc.* e) cuiuslibet *Conc.* f) quo *Conc.* g) inceptum *N*, ex conceptum *corr.*coeptum *P.* h) nequeant *P.* i) ministerium *Ven.*, *Mansi.* k) alteri consecrationem exequi officii coepti *Mansi.* l) excepti *G.* m) sui *add. Conc.* n) ministeriis *Conc.* o) completa *Conc.* p) perfecte *G.* q) unum *add. Conc.* r) Dei V'_4. s) inditum vel *om. Conc.*, individuum *Coll. Hispana.* t) praemium *Conc.* u) libenter *Mansi.* v) supplemento V'_4. w) ne *Conc.*

1 Conc. Tolet. VII c. 2, Mansi t. X col. 767.

C. 122. a) Theoderico *N*, Theodorito *Coll. min.*, Theoderito *3, 4.* b) *inter* ille *et* laicus *spatium 5 litteris relinquit P*, ille sit laicus *Leo*, laicus ille *G, 4.* c) *3 (in textu), 13 (in marg.) add.* Idem sanctus Leo (papa 13) scribens ad Maximum Antiocenum episcopum precipit, ne quis preter sacerdotes audeat predicare.

1 Leo I, Epist. 120 c. VI, Baller. t. I col. 1227, Jaffé-W. 495, Coll. min. c. 242.

C. 123. a) *rubr. deest G*, V_1, *Ven. et in tab. rubr. etiam P.* Quod presbyteri accusare non possint minus duobus vel tribus testibus *P in corp. densius scripta.* Presbyteri qui bene presunt duplici honore digni habeantur *M, codd. bB.* b) *inscr.* V_3 *in marg.*, V_3. c) qui V_1, *Vulg.*

1 Paulus apost. ep. I ad Timoth. 5, 17—19, cf. II 69.

I Cor. 9, 9. nabis[d]) os bovi trituranti, et: Dignus est operarius mercede sua. Adversus presbyterum accusationem noli recipere nisi sub duobus aut tribus testibus[e]).

C. 124. Quod presbyteri[a]) et diaconi, qui per[b]) parrochias constituuntur, debent episcopo professionem castitatis facere. Ex concilio Toletano V.[c]) [1].

Quando presbyteri et diaconi per parrochias constituuntur, oportet eos professionem episeopo suo facere, ut caste et pure vivant sub Dei timore: ut dum eos talis[d]) professio obligat[e]), vitae[f]) sanctae disciplinam retineant.

C. 125. Ut presbyteri et levitae non misceantur cum uxoribus suis Innocentius[1] papa Victorio episcopo cap.[a]) VIIII.

Preterea quod dignum[b]) et pudicum et honestum est tenere ecclesia omnimodo debet, ut sacerdotes et levitae cum uxoribus suis non misceantur[c]), quia ministerii cotidiani necessitatibus occupantur. Scriptum est
Lev. 11, 44. enim: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum dominus Deus vester. Nam si priscis temporibus de templo Dei sacerdotes anno vicis suae non disce-
Luc. 1, 23. debant, sicut de Zacharia legimus nec domum[d]) suam omnino tangebant, quibus utique propter sobolis successionem uxoris[e]) usus fuerat relaxatus, quia[f]) ex alia tribu et preter ex semine Aaron ad sacerdotium nullus[g]) fuerat preceptus[h]) aceedere[i]), quanto magis hi sacerdotes vel levitae puditiciam ex die ordinationis suae servare debent quibus[k]) sacerdotium vel ministerium sine successione est, nec preterit dies qua vel a saerificiis
I Cor. 7, 5. divinis aut[l]) a[m]) baptismatis officio cessent[n]). Nam si Paulus ad Corinthios scribit dieens? ʻAbstinete vos ad tempus, ut vacetis orationiʼ et hoc utique laicis precipit, multo magis sacerdotes quibus et orandi et sacrificandi iuge sacrificium[o]) est, semper debebunt ab huiusmodi consortio abstinere.

---

d) alligabis *Vulg.* e) constituitur *in marg. apponit Ven.*

C. 124. a) et diacones et presbyteri *N.* Quod oportet presbyterum vel diac., quando per parrochias constituuntur, professionem facere castitatis V_2, V_3 *cap. 108.* b) *om. P.* c) *om. N,* ex eodem cap. XXVII V_3 *in marg.,* k. XXVII *Bb super linea.* d) tali professione V_2, V_3, *quod in verba textus corr.* V_3. e) obligaverit V_2, V_3. f) sub sancta disciplina teneantur V_2, *quod eodem modo corr.* V_3.

1 Conc. Tolet. V c. 27, Mansi t. X col. 627.

C. 125. a) c. VIIII *in marg.* V_3. b) dign. est et p. et h. tenere *Ven.* c) coeant *Inn.* d) domus suas *Inn.* e) suae *add. sed delev. G,* uxorius *Inn.* f) qui V_2 *J.* g) nulli *Inn.* h) preceptum *Inn.* i) ecclesiae *G.* k) vel *add. Inn.* l) vel V_1, *P, Inn.* m) *om. N.* n) vacent *Ven., Bb', Inn.* o) officium *Inn.*

1 Innocent. I ep. 2, P. Coustant t. I col. 752, Jaffé-W. 286.

C. 126.[a] Interdixit per omnia magna synodus. Require in superiori libro[b] de[1] episcopis.

C. 127.[a] Quod nec habitare cum mulieribus diaconi debent. Gregorius[1] Januario episcopo Caralitano.

Fratris et coepiscopi nostri Felicis et Quiriaci[b] abbatis relatione cognovimus eo quod in insula Sardinia sacerdotes a laicis iudicibus opprimantur, et fraternitatem tuam ministri sui despiciant. Dumque solum simplicitati a vobis studetur, quantum videmus, disciplina neglegitur. *Et post pauca.* Archidiaconum vero tuum, ut audio, habitare cum mulieribus prohibuisti et nunc usque in ea prohibitione despiceris. Qui nisi iussioni tuae paruerit, eum sacro ordine volumus esse privatum.

C. 128. Quod subdiaconi carnale connubium non debent habere. Leo[1] papa.

Cum extra clericorum ordinem constitutis nuptiarum societati et procreationi filiorum studere sit liberum arbitrium[a], ad exhibendam tamen perfectae continentiae puritatem nec subdiaconibus quidem connubium carnale[b] conceditur.

C. 129. Item[a] de eadem re. Gregorius[1] Leoni episcopo Catinensi[b] cap. CCXXII.

Multorum relatione comperimus hanc apud vos olim consuetudinem tenuisse, ut subdiaconi suis licite miscerentur uxoribus[c]. Quod ne denno quisquam presumeret a Servo dei sedis nostrae diacono, ex auctoritate est nostri decessoris isto modo prohibitum, ut eodem tempore hi qui iam uxoribus fuerant copulati unum e duobus eligerent, id est aut a[d] suis uxoribus abstinerent aut certe ministrare nulla ratione presumerent. Et quantum dicitur, Speciosus tunc[e] subdiaconus hac pro re ab administrationis se suspendit officio et usque in obitus sui tempora notarii qui-

---

C. 126. a) *rubr. habent soli codd. M,* V_2, V_3*:* De subintroductis mulieribus *et Bb:* Ut nullus clericorum cum mulieribus habitet; *inscriptionem*: Ex concilio Niceno c. 3, *soli* V_2, V_3 *(in marg.); sequentis capituli rubr. in hunc locum transfert N.* b) proximo *add. Ven.*

[1] cf. supra lib. VI c. 183 pr.

C. 127. a) *numerum cap. et rubr. om. N.* Quod diaconus sacro ordine privandus est, si cum mulieribus habitat. *Ven.* b) Cyriaci *Greg.*

[1] Greg. I reg. IV 26, t. I p. 260, Jaffé-W. 1298.

C. 128. a) *om. Ball.* b) carnalem *P.*

[1] Leo I. ep. 14 c. 4, Ballèr. t. I col. 687, Jaffé-W. 411.

C. 129. a) *om. N,* V_2. Quod subdiaconi aut a suis uxoribus se abstineant aut ministrare nullomodo presumant *Ven.* b) Catenensi *Greg.* c) coniugibus V_1, *Greg.* d) *om.* V_2. e) *om. G.*

[2] Greg. I reg. IV 34 t. I p. 269, Jaffé-W. 1306.

dem gessit officium et a ministerio, quod subdiaconum[f] oportuerat exhibere, cessavit. *Et post aliqua.* De cetero vero fraternitas tua sit omnino sollicita, et quos ad hoc officium contigerit promovere hoc quam maxime diligenter inspiciat, ne, si uxores habent, miscendi se cum eis licentia potiantur. Sed ad similitudinem apostolicae sedis eos cuncta observare sua nichilominus districtione constituat.

C. 130. Ut clerici soli ad feminarum tabernacula non accedant nec confabulentur cum eis soli. Es epistola Clementis[1] papae[a]).

Clericus solus ad feminae tabernaculum non accedat nec properet neque[b]) sine maioris[c]) natu et[d]) senioris[e]) iussione, nec presbyter solus cum sola femina fabulas[f]) misceat nec archidiaconus aut[g]) diaconus sub pretextu humilitatis aut[h]) officii frequenter[i]) intret[k]) domicilia matronarum aut forte per clericos aut domesticos[l]) matronae mandent[m]) secreti[n]) aliquid. Si agnitum[o]) fuerit, et ille deponatur et illa a liminibus arceatur ecclesiae, sed si[p]) forte aliqua intercessio fuerit, episcopo suggeratur, et si talis est ad quam ire debeat, ipse per[q]) interventum pergat; sin autem, de latere suo dirigat cum duobus aut tribus ⟨qui hoc debeant scire (debent sanare *Ps. Clem.*). Sane ad visitandam mulierem infirmam nullus clericus ingrediatur nisi cum duobus aut tribus⟩ testibus[r]), nemo tamen cum extranea habitet femina, nisi soror aut proxima fuerit, et hoc cum magna sollicitudine fiat; non enim[s]) ignoro[t]) malitias[u]) satanae.

C. 131. Ut concubinae clericorum venundentur, clericis vero poenitentia imponatur. Ex concilio Toletano[1].

Quidam clerici legitimum non habentes coniugium extranearum mulierum vel ancillarum suarum interdicta sibi consortia appetunt[a]). Ideoque quaecunque clericis taliter coniunctae[b]) sunt[c]) ab episcopo auferantur et venundentur, illis pro tempore religatis ad poenitentiam quos sua libidine infecerunt.

---

f) subdiaconus *N, Ewald,* subdiacono *Ven.*

C. 130. a) II *add. G,* secundi *add.* V_2; secunda V_3. b) *om. Hinsch.* c) sui *add. Hinsch.* d) *pro* et sen. *hab.* principis *Ps. Clem.* e) sacerdotio V_1, *P, Ven., Bb'.* f) fabula *P.* g) aut diac. *Ven. in marg., om.* V_2. h) *deest Ps. Clem.* i) frequentet dom. *Ps. Clem.* k) in *add. N.* l) eius *add. Hinsch.* m) mandet *N.* n) secretim *Hinsch.* o) cognitum *Hinsch.* p) *ex* V_1, *P, Bb' inserui.* q) pro interventu V_1, *P, Ven., Bb,* pio interventu *Hinsch.* r) *deest Ps. Clem. hoc loco. Quae uncis inclusa sunt per homoioteleuton:* tribus . . . tribus *codd. omittunt, excepto Ven., qui in marg. inferiore ea supplet* 'testibus' *addito.* s) *om. Ps. Clem.* t) ignoramus *Ps. Clem.* u) malitiam V_1, *P,* malitiae *Hinsch.*

1 Ps. Clemens cap. 46, p. 48.

C. 131. a) appetierint *N.* b) adiuntae *Conc.* c) *ex* fuerint *P.*

1 Conc. Tolet. IV c. 34, Mansi t. X col. 630.

C. 132.[a]) Siricius[1] papa Himerio[b]) episcopo cap. XII.

Feminas non alias patimur esse in domibus clericorum, nisi eas tantum quas propter solas necessitudinum causas habitare cum iisdem synodus Nicaena permisit.

C. 133.[a]) Ex concilio Cartaginensi[1] cap. XVIIII.

Placuit ut lectores, cum ad annos pubertatis venerint, coartentur uxores ducere aut continentiam profiteri.

C. 134.[a]) Ex eodem[1].

Ut clerici vel continentes ad viduas vel virgines nisi ex iussu vel permissu episcoporum aut presbyterorum non accedant et hoc non soli faciant sed cum clericis[b]) vel cum his[c]) quibus episcopus aut presbyter iusserit, nec episcopi aut[d]) presbyteri soli habeant accessum ad huiusmodi feminas sed ubi aut clerici presentes sint[e]) aut graves aliqui Christiani.

C. 135. Quod maior a minore non debet benedici. Nicolaus[1] papa ad Michaelem[a]) imperatorem.

Denique si[b]) in epistola ad Hebraeos legimus quod minor a maiore benedicatur ⟨restat[c]) profecto, ut exigente ratione etiam maledicatur⟩. Si quidem haec utique prenoscentes periculosa tempora illi qui ante nos fuerunt providam in[d]) ecclesiis consuetudinem tradiderunt[e]) hodieque in Romana ecclesia, quae magistra est omnium ecclesiarum, inpretermisse servatur, ita ut nullus sacerdos maiore suo non innuente[f]) consacerdote Hebr. 7, 7.

C. 132. a) *rubric. om. G, V_1.* De feminis qui (*sic*) cum clericis debeant habitare *P.* De clericis quibus cum feminis deb. hab. *N.* Quod cum clericis feminae minime habitare debent *Ven.* Ut in clericorum domibus mulieres non habitent, preter quas synodus Nicaena permittit *M, V_2, V_3.* Quod (Quae *recte in tab.*) feminae cum clericis habitent *Bb.* b) Ymerio *V_1, P.*

1 Siricius epist. 1 c. XII, P. Coustant t. I col. 635, Jaffé-W. 255.

C. 133. a) *rubr. om. G.* Ut (Quod *M*) clerici cum *(deest V_2)* ad pubertatem venerint aut coniugium aut castitatem profiteantur *N, P, M, V_2, V_3.* Quod lectores aut uxores ducant aut continentiam polliceantur *Ven.* Ut lectores eastitatem profiteantur *Bb.*

1 Conc. Carth. a 397 Aug. 28 cap. 19 in Coll. Hispana, P. Hinsch. Decret. Ps. Isidor. p. 298, Maassen Gesch. § 140.

C. 134. a) *rubr. om. G, V_1, Ven.* Ne clerici continentes ad virginem vel viduas ⟨viduam *N* in tab.⟩ soli habeant accessum *N, P.* Ut clerici vel continentes ad virgines vel viduas soli non accedant *V_2, V_3* (. . . ad vid. vel virg. . . .). b) conclericis *Conc.* c) cum *add. Conc.* d) vel *V_1, P.* e) sunt *Conc.*

1 Cap. 25 in Coll. Hisp. l. c.

C. 135. a) Michahelem *N, Ven.* b) *om. Mansi.* c) *uncis inclusa per homoioteleuton* (dicatur) *omissa sunt.* d) *om. N, P.* e) acceperunt *N.* f) inbuente *N.*

1 Mansi t. XV, col. 198, Jaffé-W. 2796.

cuilibet rei benedicere nitatur, sed[g]) anterior stans ad pronuntiandum[h]) aliquam lectionem benedictionem quidem postulat sed ei quilibet[i]) inferior non audet[k]) benedicere. Cur hoc? Numquid benedicere peccatum est?
I Cor. 6, 10. Absit! De maledicis enim non de[l]) benedicis dicit Apostolus, quia regnum Dei non possidebunt, sed per hoc innuitur quantae censurae freno inferiores quique[m]) ad suos iudicandos prepositos cohercendi sunt, si his ⟨l. hi⟩ nec etiam benedicendi ius ullum penitus obtineant.

C. 136. Quod non est quaerendum quis predicet, sed quem quisque predicet. Anastasius[1] papa Anastasio imperatori.

Quicquid ad hominum[a]) profectum[b]) quilibet in ecclesia minister pro officio suo videtur[c]) operari, hoc totum[d]) contineret[e]) implendo[f]) divinitatis affectum[g]), ita ille per quem loquitur Christus affirmat Paulus:
I Cor. 3, 6. 7. Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit. Ita[h]) neque qui plantat est aliquid[i]) neque qui rigat sed qui incrementum dat[k]) Deus. A Deo[l]) autem non quaeritur[m]) quis vel qualis predicet[n]), sed[o]) quem predicet, ut invidos etiam bene Christum predicare confirmet[p]), quo malo diabolus ipse[r]) predicare[s]) non desinit.

C. 137. Quod prepositi sua quaerentes mercennarii sunt. Augustinus[1] episcopus.

Sunt in ecclesia quidam prepositi de quibus apostolus Paulus dicit:
Phil. 2, 21. 'sua quaerentes non quae Jesu Christi'. Quid est: sua quaerentes? Non Christum gratis diligentes, non Deum propter Deum quaerentes, temporalia commoda consequentes[a]), lucris inhiantes, honores[b]) ab hominibus appetentes. Haec quando amantur a preposito et propter hoc[c]) servitur Deo, quisquis talis[d]) est mercennarius est, inter filios se non computet.

---

g) et *add. Mansi.* h) pronuntiandam *Mansi.* i) quislibet *Mansi.* k) penitus *add. Mansi.* l) *om. Mansi.* m) quoque V_1.

C. 136. a) humanum *3, 4, 5, 12, 13.* b) perfecrum *6.* c) videatur *6.* d) *ita correxi* tamen *G, N et* tantum *Coll. min.* (tantum *expuncta lit.* 'n' *1*) *sec.* V_1, *P, Ven., Bb et 6.* e) contine V_2, continere V_3, contineri *Anast.*, pertinere *6.* f) adimplendum *6.* g) affecti *6,* effectu *Anast.* h) Itaque *Anast.* i) aliquis *N.* k) dedit *et om.* Deus *N.* l) ab eo *N.* m) quaerit *12.* n) predicetur *G,* predicent *N.* o) sed (si *5*) qu. pred. *om. 1.* p) confirmet — predicare *om. 1.* q) *om. 13.* r) ipso *Anast.* s) praecipitare *Anast.*

1 Anastasius papa II, epist. 1 c. VII, A. Thiel I p. 622, Coll. min. c. 241, Jaffé-W. 744.

C. 137. a) consectantes *Aug.* b) honorem *P.* c) haec *Aug.* d) t. e. *Aug.*

1 August. in Johannis evang. c. 10 tractatus 47, Op. ed. Maurin. t. III p. 2 col. 604.

C. 138. Quod omnia quae episcopi vel presbyteri vel quicumque clerici in qualibet ecclesia ordinati adquisierint debeat esse eiusdem ecclesiae. In concilio Carthaginensi[1] cap. XXXVIII.

Placuit ut episcopi presbyteri diaconi vel quicumque clerici, qui nichil habentes ordinantur, et[a]) tempore episcopatus vel clericatus sui agros vel quaecumque predia nomini ⟨l. nomine⟩ suo vel[b]) per alium excusandum comparant, tamquam rerum dominicarum invasione[c]) criminali teneantur, nisi admoniti in ecclesiam eandem[d]) ipsa contulerint. Si autem ipsis[d]) propria[f]) liberalitate[g]) alicuius vel successione cognationis aliquid obvenerit, faciant inde quod eorum proposito congruit. Quodsi a suo proposito retrorsum exorbitaverint[h]), honore ecclesiastico tamquam[i]) indigni arceantur.

C. 139. Ut clerici res ecclesiae non vendant nescientibus episcopis, nec episcopi inconsultis presbyteris. In concilio Carthaginensi[1] cap. XXXVIIII.

Item[a]) etiam placuit ut presbyteri non vendant rem[b]) ecclesiae, ubi sunt constituti, nescientibus episcopis suis, quomodo nec[c]) episcopis licet vendere predia ecclesiae[d]) inconsulto[e]) concilio vel cuncto[f]) presbyterio sine[g]) ulla necessitate[h]).

C. 140. Quod sacerdotes cupidi non[a]) debent esse. Leo[1] episcopus Anatolio episcopo.

Virum catholicum et precipue Domini[b]) sacerdotem sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari[c]) dicente sancta[d]) Scriptura: Post concupiscentias[e]) non eas. Mens[f]) enim potentiae avida Eccles. 18, 50.
nec abstinere novit[g]) vetitis[h]) nec gaudere concessis nec[i]) pietati adhibere consensum[k]).

C. 138. a) ut *G.* b) vel p. a. exc. (excusando V_1, *P* ad excusanduno V_2 *J*) *deest Conc.* c) invasionis crimine *Conc.* d) eadem *Conc.* e) temporis *N.* f) proprium *Bb,* proprie *Conc.* g) libertate *N,* aliquid lib. . . . cognat. obven. *Conc.* h) exorbitaverit *N, Ven.* i) indigni tamquam reprobi iudicentur *Bb, Conc.*

1 A. 419, coll. Dion. c. 32 V. et J. Bibl. t. 1 p. 148. De hoc canone vide Maassen Gesch. p. 176.

C. 139. a) ita V_1, *P, Ven.,* V_2, V_3, *Bb.* b) res *N.* c) et ep. non l. *Conc.* d) *om.* V_2 *J.* e) ignorante *Conc.* f) presbyteris suis *Conc.* g) Non habente ergo necessitatem nec episcopo liceat matricis ecclesiae nec presbytero rem tituli sui usurpare *Conc.* h) nec episcopo liceat rem matricis ecclesiae tituli sui usurpare *add. Ven.* Item nec ep. lic. matricis ecclesiae restituti sibi (l. res tituli sui) usurpare presbyteri (l. presbytero) *add. Bb.*

1 c. 33 l. c.

C. 140. a) e. n. d. V_1, *P.* b) Dei *3, 4, 5, 12.* c) corrumpi *Ball.* d) sacra *G.* e) suas *5.* f) *post pauca,* m. etiam *G, 6.* g) a *add. Coll. min.* at *om. 3, 4, 6, 12.* h) veteris *N.* i) nec — consensum *om. Ball.* k) concessum *N, Coll. min. at* consensum *3, 4, 7, 12.*

1 Leo I, epist. 106, Baller. t. I col. 1159, Jaffé-W. 483, Coll. min. c. 237.

C. 141. Quod clericus nec per se nec per alium foenus debet attemptare. Leo[a]) papa.

Sicut non suo ita nec alieno nomine aliquis clericorum exercere foenus adtemptet, indecens enim est crimen suum commodis alienis impendere.

C. 142.[a]) Ex concilio Carthaginensi[1] cap. XV.

Placuit ut epissopi presbyteri diaconi non sint conductores aut procuratores neque ullo turpi negotio vel[b]) inhoneste victum quaerant.

C. 143. Ut[a]) clerici usuram non accipiant.

Placuit[b])[1] ut clericus, si commodaverit[c]) pecuniam, pecuniam[d]) accipiat, si speciem, eandem speciem quantum[e]) dederit accipiat.

C. 144.[a]) Quod clerici debent papae[b]) intimare, si viderint episcopum suum contra ipsius precepta[c]) quid agere aut dampnum in ecclesia. Gelasius[1] papa.

Si quid in ecclesia dampni[d]) aut in his quae sunt preceptionis nostrae prohibita pontificem vestrum videritis admittere, mox nostris auribus relatione signate, ut quid fieri debeat censeanus.

C. 145. Quod clerici si viderint episcopum vel presbyterum vel diaconum excedere statuta Romani pontificis, ipsi debent indicare. Gelasius[a])[1] urbis Romae episcopus omnibus episcopis.

Non[b]) confidat quisquam[c]) se apostolicae[d]) offensae futurum immunem, si in[e]) his quae salubriter sequenda[f]) apostolica depromsit aucto-

---

C. 141. a) *ad hoc cap. adnot. Ven.*: Quod episcopus usuram (*ex* pecuniam) non debet exercere.

1 Epist. 4 c. IV, Baller. t. I p. 615, Jaffé-W. 402, Coll. min. c. 238.

C. 142. a) *rubr. om. G, V_1.* Ut (Quod *M, V_2, V_3*) clerici non sint conductores vel negotiatores (*ex coll. Hisp. ad c. 15*) *N, P, M, V_2, V_3.* De eadem re *Ven.*
b) et inhonesto *Conc.*

1 Conc. Carth. a. 419, c. 16 in Coll. Dionys. V. et J. Bibl. t. I p. 146.

C. 143. a) Quod *etc. M,* De eadem re *Bb.* b) *inscript:* Et (Item *P*) in eodem *praefigunt V_1, P, Ven.* c) commendaverit *P, Bb.* d) *om. N.* e) quantam *Dion.*

1 Conc. eiusd. c. 16 med.

C. 144. a) *aliud cap. praemittit Bb.* b) *om. M.* c) preceptum agere *V_2 J., V_3.* d) damni 'p' *eras. Ven.*

1 Gelas. I. Cf. Coll. Deusd. III c. 114 (96), i. f. ed. Wolf-Glanvell, Paderborn 1905, p. 319, Jaffé-W. 687.

C. 145. a) Idem in generali decreto *Bb.* b) *cod. 5 Coll. min. in marg. adfert:* hic apostolica auctoritate concessum immo preceptum, ut subditi suum episcopum accusent, si in decreta Romanorum (*supple* pontificum) prevaricari viderint. c) clericorum *add. Coll. min., Gel.* d) sedis *add. Coll. min., solum* huius *Gel.* e) *om. V_1, P.* f) *om. 5,* deprompsimus sive *prosequitur Gel.*

1 Gelasii I epist. 14 c. XXVIII, A. Thiel p. 378, Jaffé-W. 636, Coll. min. c. 182.

ritas sive episcopum sive[g]) presbyterum sive[h]) diaconum viderit excedentem et[i]) non protinus ad aures Romani[k]) pontificis deferre curaverit probâtionibus duntaxat competenter exhibitis, ut transgressionis[l]) ultio fiat ceteris interdictio delinquendi. Sin[m]) vero modis omnibus erit unusquisque pontificum ordinis et honoris elisor, si cuiquam[n]) clericorum vel ecclesiae tofius auditui haec putaverit supprimenda.

C. 146. Quod oportet presbyteros et diaconos scire omnia quae sunt ecclesiae. In concilio Antiocheno[1] cap. XXIIII.

Probata autem et certa debent esse quae sunt ecclesiae cum notitia presbyterorum et diaconorum, et omnia eos scire et non[a]) ignorare quae sunt propria ecclesiae[b]) et nichil[c]) eos lateat, ut, cum venerit episcopum[d]) exire de saeculo, scientes ea quae sunt ecclesiae per neglegentiam perire minime patiantur[e]).

C. 147.[a]) Anastasius[b])[1] urbis Romae episcopus omnibus episcopis.

Audivimus[c]) quosdam sacerdotes in ecclesia, quando evangelia[d]) leguntur, sedere et domini Salvatoris verba non stantes sed sedentes audire. Quod[e]) nullatenus ut[f]) deinceps fieri sinatis, apostolica auctoritate mandamus; sed dum sancta evangelia in ecclesia recitantur, sacerdotes et ceteri omnes non sedentes sed venerabiliter curvi et[g]) in conspectu evangelii stantes Dominica verba intente[h]) audiant et fideliter >audiant et< adorent.

C. 148. De superbientibus clericis contra episcopum suum, et ut monasterium conditiones episcopo reddat, quas fundator tempore consecrationis disposuit. Pelagius[a])[1] papa.

Eleutherius frater et coepiscopus noster queritur clericos suos sibi contra canones superbire et id quod nobis iubentibus facta in scrinio cautione

---

g) sive presb. *om. P.* h) seu *Coll. min.* i) *deest Gel.* k) nostras *Gel.* l) transgressoribus *V₁*, transgressoris *P.* m) sin *V₁*, *Coll. min.*, *at* sui *5, 10.* n) cui *V₁*, *P.*

C. 146. a) *om. N.* b) *deest vers. pr.* c) in *add. P.* d) episcopus *v. pr.* e) patientur *v. pr.*

1 Conc. Antiocheni c. 24, versio prisca, V. et J. Bibl. t. I p. 295, Maassen Gesch. § 91.

C. 147. a) *cap. (167) praemittit Bb'*; *rubric. om. G, V₁.* Ut (Et ut *N*) evangelia stantes et curvi audiamus *N, P.* b) *inscript. a Ps. Isid. dixersam Coll. min. suppedit avit.* c) Significatis enim *Ps. Anast.* d) legitur evangelium *3, 4, 5, 12, 13.* e) *post pauca.* f) *deest Ps. Anast.* g) *deest Coll. min., Ps. Anast.* h) int. et fid. aud. et ador. *V₂, V₃*, int. aud. et fid. ador. *Coll. min., Ps. Anast.*

1 Ps. Anastas. p. 525, Coll. min. c. 212.

C. 148. a) Gelasius *N*, Pellag. *V₂*, Pelag. *V₃*.

1 Pelagius I, Jaffé-W,1003, 960. Cf. Decr. Grat. Dist. 91 c. I. C. 18 qu. 2 c. XXX.

promisit, ut[b] cotidianis diebus vigiliae in eius celebrentur[c] ecclesia, illis contempnentibus implere non posse, sed magis unumquemque suis postposito[d] ecclesiae servitio vacare negotiis. Et ideo experientia tua eos quos tibi esse ostenderit contumaces debita obiurgatione conpesce[e] et modis omnibus vigiliis vacare compelle[f]. Queritur etiam quod Petronius[g] presbyter suus, cum quo apud delegatos a nobis iudices causam se dixisse commemorat, id quod ab ipsis iudicibus prolata sententia constitutum est implere contempnit, quod ut similiter tua experientia requisita veritate exigat adimpleri[h] modis omnibus[i] admonemus. His autem querimoniis etiam illud a memorato episcopo adiicitur[k], quod mater eius in casa quae castellum dicitur oratorium construxisset ac dedicaverit et[l] in eodem loco monachos constituerit ex quibus unus est presbyter. Hoc autem tempore dedicationis inter episcopum Cardelum, cuius ipsa diocesis est, et matrem suam[m] asserit convenisse, ut quicquid dedicationis vel natali[n] martyrum die, quorum in eius monasterio reliquiae sunt, per fidelium oblationes intraverit, medietatem quidem monasterium ipsum habeat, medietas autem episcopo offeratur[o]. Contra quam conventionem Marium presbyterum sive sciente sive nesciente episcopo suo monachis ipsis[p] vel presbytero qui ex eis monachis[q] est vim dicitur intulisse et frequentes molestias generare, ita ut memoratum presbyterum prope caeciderit et missas eum facere nullo modo permittat[r] dicens ut quasi pensionis nomine aliquid statuere debeat. Haec igitur omnia diligenter te examinare iubemus, et si apud te evidenti veritate constiterit, quia tempore quo dedicatum est ipsum monasterium conditiones[s] superius positae convenerunt, servari eas ex nostra auctoritate precipimus nec amplius aliquid exinde ab aliquo temptetur exigere. Sin vero nichil tale convenit mediante te[t] quid episcopo ipsi eulogiae[u] nomine offerri debeat inter ipsos monachos et presbyterum volumus definiri, salvo tnmen eo, ut presbyter Gaudentius, qui etiam monachus est, missas ln monasterio suo, sicut consuevit, facere a nullo ulterius debeat prohiberi.

C. 149. Ut nemo ex ordine clericorum intret in curiam. Silvester[1] papa.

Nemo clericus vel diaconus vel[a] presbyter propter quamlibet causam intret in curiam nec ante iudicem[b] causam[c] suam[d] dicere presumat,

b) vel *G.* c) celebrarentur V_1. *P.* d) prepos. *N,* propos. V_2. e) compescere *N.* f) compellere *N.* g) Petronus V_2, V_3. h) *om.* V_2. i) *om. G.* k) addicitur V_1, *P.* l) ut V_2, V_3. m) *om. N.* n) natalis *N, Bb'.* o) affer. *N,* effer. *Bb.* p) *ex* suis *P.* q) monachus V_1, *P, ex* monachis *corr. Ven.* r) permittas *N.* s) *ex* conditionis *G.* t) med. quidem ep. *N.* u) Eulogio *N,* eulogii *Bb* (gii *in ras.*)

C. 149. a) aut *N, Ps. Silv.* b) cinctum (uitictum *10*) *add. Coll. min., Ps. Silv.* c) caus. s. d. praes. *om. 3, 4, 5, 11, 13.* d) *deest Ps. Silv.*

1 Ps. Silvester c. 5 p. 449, Coll. min. c. 61.

quoniam omnis curia a cruore dicitur[e]. Et si quis clericus accusans clericum in curiam[f] introierit, anathema suscipiat.

C. 150.[a] Quod[b] clericus sui episcopi insidiator curiae sit tradendus[c]. Fabianus[d][1] urbis[e] Romae[f] episcopus omnibus episcopis.

Statuimus ut si aliquis clericorum suis[g] episcopis infestus aut insidiator fuerit[h], mox ante examinatum[i] iudicium submotus a clero curiae tradatur, cui diebus vitae suae deserviat, et infamis absque ulla restitutionis spe permaneat.

C. 151. Ut clerici preter Romanos mappulis[a] non utantur. Gregorius[1] papa Johanni Ravennati episcopo.

Illud autem quod[b] pro utendis a clero vestro mappulis scripsistis, a nostris[c] clericis fortiter est obviatum dicentibus nulli hoc unquam alii[d] cuilibet concessum fuisse ecclesiae, nec Ravennates clericos vel illic vel in Romana civitate tale aliquid cum[e] sua conscientia presumpsisse, nec, si temptatum esset, ex furtiva usurpatione sibi preiudicium generari; sed[f] etiamsi[g] in qualibet ecclesia hoc presumptum fuerit, asserunt emendandum quod non concessione Romani pontificis sed sola subreptione presumitur.

C. 152. Ne quis clericum alicuius episcopi illo invito suscipiat. Leo[a][1] episcopus Rustico Narbonensi episcopo.

Alienum clericum invito episcopo ipsius nemo suscipiat nemo sollicitet, nisi forte ex placito caritatis id[b] inter dantem[c] accipientemque[d] convenerit[e]. Igitur[f] si intra provinciam res agitur, transfugam clericum

---

e) et immolatione simulacrorum *add. Ps. Silv.* f) in cur. *om. G, solum* in *5, 11,* incuria *N, Ven.,* in cur. *post inser. P.*

C. 150. a) *duo capit. praemittit Bb.* b) Ut *M.* c) tradatur *M, V_2, V_3.* d) papa *add. V_1, P.* e) urb. R. ep. *om. N.* f) *om. 3, 5.* g) suo episcopo *5.* h) eosque (eumque *5*) criminari temptaverit aut conspirator fuerit *add. Coll. min., Ps. Fab.;* ut *add. Coll. min. praeter 13, Hinsch.* i) fuerit *add. 1 (ex corr.) et 13.*

1 Ps. Fabianus c. 21 p. 165; Coll. min. c. 67.

C. 151. a) *ex* manipulis *P.* b) quae *Ewald.* c) est *hoc loco habent N, Ven., V_2, V_3. Bb, Greg.* d) aliae *Ewald.* e) *om. N.* f) et *add. G, V_1.* g) etiam *Ewald.*

1 Greg. I Reg. III, 54, t. I p. 214, Jaffé-W. 1259.

C. 152. a) Leo papa Anastasio episcopo Thessalonicensi *Bb'.* b) *om. 5.* c) dant. et accipientem *N, 3, 4, 5.* d) *pro syllaba* 'que' *add.* quod *N.* e) Nam gravis iniuriae reus est qui de fratris ecclesia id quod est utilius aut pretiosius audet vel abiicere (allicere *Baller.*) vel tenere *add. Bb.* f) *omissis quae not. e allata sunt,* itaque *V_1, P, Ven., V_2, V_3 Bb, Coll. min., Leo.*

1 Leo I epist. 14 c. IX ad Anastas. Thessal. ep., Baller. t. I col. 691, Jaffé-W. 411, Coll. min. 229 (Rustico Narbonensi episcopo).

ad ecclesiam suam[h]) metropolitanus redire[i]) compellat[k]), si autem longius recessit[l]) sui[m]) precepti auctoritate revocabitur, ut nec cupiditati[n]) nec ambitioni occasio relinquatur.

C. 153.[a]) Ex[b]) concilio Chalcedonensi[1] cap. XIII.

Peregrinos clericos et lectores in alia civitate preter commendatitias litteras sui episcopi nusquam penitus ministrare debere.

C. 154. Ut abiciantur clerici[a]) scurriles[b]). Ex[c]) concilio Agathensi[1].

Clericum scurrilem et verbis turpibus iocularem ab officio retrahendum.

C. 155. Si quis potens[a]) clericum exspoliaverit et pro[b]) episcopo non emendaverit, ab omnibus episcopis provincialibus excommunicetur. Ex[c]) concilio Toletano cap. XI.

Si quis de potentibus clericum[d]) aut quemlibet pauperiorem aut religiosum exspoliaverit, et mandaverit[e]) eum ad se venire episcopus ut audiatur[f]) et[g]) contempserit, invicem mox scripta percurrant per omnes provinciae episcopos et quoscumque adire potuerint, ut excommunicatus habeatur, donec audiatur et[h]) reddat aliena.

C. 156.[a]) De ieiunio clericorum ante pascha vel[b]) ante natalem[c]) Domini. Telesphorus[1] Romanae[d]) urbis archiepiscopus[e]) omnibus episcopis.

Statuimus ut VII. ebdomadas plenas[f]) ante sanctum pascha omnes clerici in[g]) sorte Domini vocati a carne ieiunent, quia sicut discreta

---

h) *om. N,* ad suam eccl. *Leo.* i) ire V_1. k) compellet *Leo.* l) recesserit *N.* m) tui *Leo.* n) cupiditate *Coll. min., at* c . . . ti *7, 13.*

C. 153. a) *rubr. om. G,* V_1. Quod non oporteat extraneos clericos sine commendatitiis litteris ministrare *N, P.* Quod peregrini clerici non suscipiantur preter commendaticias litteras sui episcopi *Ven.* Quod non oportet peregrinos clericos sine comm ministr. *M,* V_2. De eadem re *Bb.* b) *inscript. om.* V_2.

1 V. et J. Bibl. t. I p. 135.

C. 154. a) clericum scurrilem *N.* b) ex scurrilem *Ven.* c) *inscript. om.* V_2.

1 Immo Statuta eccl. antiqua c. 73 rec. Gallic., c. 60 Hisp., sed legitur in capitulis conc. Agathensi adiunctis c. 70, v. Maassen Gesch. p. 203 n. 3, Mansi t. VIII col. 336.

C. 155. a) potentum quemlibet *M,* V_2, V_8 queml. (clericum) V_3. b) admonente episcopo non reddiderit excommunicetur *M,* V_2, V_3. c) *inscript. om.* V_2.

d) clericis *N.* e) mand. ad ipsum ep. *Mansi.* f) eum audiat *Conc.*

g) si *add. Conc.* h) ut *Conc.*

1 C. Tolet. I c. 11, Mansi t. III col. 1000.

C. 156. a) *in Bb' antecedunt 4 cap. (179—182), quorum ultimum Alexandri papae II est.,* 'Nota' *adiung. P in marg.* b) et de missa in nat. Domini (in nocte nativitate Do. V_2, nativitatis V_3) *add. M,* V_2, V_3. c) natale V_1, *P.* d) urbis Romae *3, 4, 5.* e) episcopus *3,* ecclesiae ep. *6.* f) *om.* V_2. g) servitute *pro* in s. *N.*

1 Ps. Telesphorus c. 1, 2, p. 109; Coll. min. c. 239.

debet esse vita clericorum[h] a laicorum conversatione, ita et in ieiunio debet fieri[i] discretio. Has[k] ergo VII[l] ebdomadas omnes clerici a carne et deliciis ieiunent et hymnis et vigiliis atque in[m] orationibus[n] inhaerere die[o] noctuque studeant. Nocte vero sancta[p] nativitatis domini Salvatoris missas celebrent et hymnum[q] angelicum in eis collempniter decantent, quoniam et[r] eadem nocte ab angelo pastoribus est nuntiatus[s].

C. 157. De tempore quadragesimae. Ambrosius[a] [1] in libro sermonum.

Quadtagesima sex septimanas habet, cui addidit Telesphorus pontifex septimam ebdomadam, et vocatum est hoc tempus quinquagesima[b].

C. 158.[a] Gregorius[b] [1] papa[c] Bonifatio Moguntino[d] episcopo.

Pro[e] obeuntibus quippe consuluisse dinosceris, si liceat oblationes offerre[f]. Sancta sic tenet ecclesia, ut quisque[h] pro suis mortuis vere[i] Christianis offerat oblationes atque presbyter eorum faciat memoriam. Et quamvis omnes peccatis subiaceamus, congruit ut sacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat et intercedat, non tamen pro impiis quamvis christiani fuerint tale quid agere licebit.

C. 159. Quare dies tertius[a], septimus, tricesimus et[b] quadragesimus pro mortuis celebretur. Ambrosius[c] [1] in libro de obitu Theodosii imperatoris.

Quia alii tertium[d] diem alii[e] trigesimum alii septimum et quadragesimum[f] consueverunt[g] in officiis mortuorum, quid doceat lectio con-

---

h) cleri *5*. i) esse *5*. k) *post pauca.* l) igitur *4*. m) *om. V₂, Coll. min., Ps. Tel.* n) Domino *add. Ps. Tel.* o) diu *V₁*. p) sanctae *V₂*. q) unum *5*. r) in *add. Hinsch.* s) annuntiatus *3, 4, 5*.

C. 157. a) *inscript. om. V₂*. b) *sec. V₁ et alios codd.*, quadrages. *G*.

1 Sermo XV (Dominica in Sexagesima) iam ed. Maur. a S. Ambrosio abiudicatus. Ed. P. A. Barberini Mediol. 1886, Vol. VI col. 438.

C. 158. a) *cap. Urbani papae II praeponit Bb'.* b) *rubric. om. G, V₁* Quod sancta ecclesia pro catholicis mortuis oblationes offerant *(sic)*, pro impiis vero minime *N, P.* Quod pro mortuis catholicis memoria facienda est *Ven.* Quod quisque pro suis mortuis vere Christianis offerat oblationes eorumque presbyter faciat memoriam *M, V₂*. c) III *add. Bb'.* d) Mogant. *G, V₂*, Magunt. *ex corr. Ven.*, Mogunt. *Bb'.* e) *om. Bb'.* f) offerri *V₂, V₃*. g) teneat *N.* h) quisquis *V₁*. i) v. Chr. *om. G, N.* k) subiacemus *Ven.*

1 Gregorius III ep. 24, Ph. Jaffé, Biblioth. Rerum Germ. t. III p. 93, Jaffé-W. 2239.

C. 159. a) *numeris scrib. G.* b) et quadr. *om. V₂, sed habet in tab. rubric.* c) *inscript. om. V₂*. d) alii VII *add. V₂, V₃*. e) et *Ambr.* f) *post inser. M.* g) consuerunt *G*, cens. *V₁*.

1 S. Ambros. Op. ed. P. A. Ballerini Vol. V col. 122.

Gen. 50, 2. sideremus. Defuncto[h], inquit[i], Jacob precepit Joseph[k] pueris suis sepultoribus, ut sepelirent eum, et sepelierunt[l] sepultores Israel et repleti[m] sunt[n] XL dies. Sic enim dinumerantur[o] dies sepulturae. Et luxit eum ⟨Aegyptus⟩ VII[p] diebus. Haec ergo sequenda sollempnitas quam prescribit
Deut. 34, 8. lectio, sed etiam[q] in Deuteronomio scriptum est quia[r] planxerunt filii Israel Moysen diebus triginta et consummati sunt dies luctus; utraque ergo observatio habet auctoritatem, quia necessarium pietatis impletur officium.

C. 160. Quibus defunctis sacrificia vel[a] orationes prosint viventium. Augustinus[b] in Enchiridion[c] [1].

Tempus quod inter hominis mortem et ultimam resurrectionem interpositum est animas abditis receptaculis continet[d], sicut quaeque[e] digna est vel[f] requie vel aerumna pro eo quod sortita est in carne cum[g] viveret; neque negandum est defunctorum animas pietate suorum viventium relevari, cum pro illis sacrificium mediatoris offerunt[h] vel elemosynae fiunt[i] in ecclesia. Sed eis haec prosunt, qui cum viverent[k] haec sibi ut postea possent prodesse meruerunt. Est enim quidam vivendi modus nec tam bonus, ut ista non requirat post mortem, nec tam malus, ut ei ista post mortem non prosint. Est vero talis in bono ut haec[l] non requirat, et est rursus talis in malo, ut nec his valeat, cum haec[m] vita transierit, adiuvari. Quo circa omne[n] hic meritum comparatur, quo possit post vitam[o] relevari quispiam vel gravari. *Et post pauca.* Cum sacrificia[p] altaris sive quarumcumque elemosynarum[q] pro baptizatis defunctis hominibus[r] offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones sunt, pro non valde malis propitiationes[s] sunt, pro valde malis etiamsi nulla sunt adiumenta mortuorum, tamen[t] vivorum consolationes sunt[u]. Quibus autem prosunt aut ad hoc prosunt, ut sit plena remissio, aut certe ut tolerabilior fiat ipsa dampnatio.

---

h) Def. itaque Jacob praecepit, inquit, Joseph *Ambr.* i) itaque *P sup. rasura.* k) *om. G.* l) eum *add. Ven.* m) impleti *Bb.* n) ei *add. Ambr.* o) denum. *G,* dies numerantur V_1. p) septuaginta *Ambr.* q) et V_1, *P.* r) quod *N.*

C. 160. a) vel or. *om. M.* b) *inscript. om.* V_2. c) encher. *G.* d) continent V_2 *J.* e) unaquaeque *Aug.* f) *om. Ven.* g) dum V_1. h) offertur V_1, *P, Bb', Aug.* i) fuerint *N.* k) viv. ut haec sibi postea *Aug.* l) ista *Aug.* m) ex hac vita *Aug.* n) hic o. m. *Aug.* o) vitam *om. N, Ven.,* hanc vit. *hab. Aug.* p) sive *add. Aug.* q) quae *inser. P.* r) omnibus *Aug.* s) propitiationis — etsi *Ven. in marg.* t) qualescumque *Aug.* u) *addidi ex* V_1, *P et al. codd.*

1 Num. 29, Op. ed. Bened. t. VI col. 174.

C. 161. Quod non sit nimium de amicis mortuis contristandum. Anastasius[1] papa.

Habent forsitan illi iustam longi doloris excusationem qui vitam alteram nesciunt, qui de hoc saeculo ad melius esse[a]) transitum non confidunt. Nos autem qui novimus qui hoc credimus et docemus contristari nimium de obeuntibus non debemus, ne quod apud alios pietatis tenet speciem, hoc[b]) magis nobis[c]) in culpa sit. Nam diffidentiae quodammodo genus est contra hoc quod quisque predicator quaerit iustitiam amans, dicente Apostolo: Nolumus autem vos ignorare de dor- I Thes.
mientibus, ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent. 4, 13.

C. 162. Ut episcopia vel monasteria nemo faciat communia diversoria. Ex Synodo VI.[1] cap. XIII.

Quoniam[a]) a quibusdam viris quaedam venerabiles domus surripiuntur[b]) tam videlicet episcopia quam monasteria et facta sunt communia diversoria siquidem voluerint hi qui retinent haec[c]) reddere ea, ut secundum antiquitatem instaurentur bene[d]) et optime. Alioquin si[e]) de sacro[f]) catalogo fuerint, hos deponi precipimus; si vero monachi vel laici, excommunicari. Quos nimirum constat condempnatos esse a Patre et Filio et Spiritu sancto, et deputantur[g]) ubi vermis eorum[h]) non morietur[i]) et ignis non extinguetur[k]), quia Deo[l]) adversantur qui dicit: Nolite facere Joh.
domum patris mei domum negotiationis. 2, 16.

C. 163. Quod presbyteri et diaconi non debent monasteriis preesse, nisi vitam mutaverint. Gregorius[1] Maximiano[a]) Syracusano episcopo.

Presbyteros diaconos ceterosque cuiuslibet ordinis[b]), qui in[c]) ecclesiis quoquomodo[d]) militant, abbates per monasteria fieri non permittas, sed aut omissa clericatus militia monachicis[e]) provetiantur ordinibus, aut si in abbatis loco permanere decreverint, clericatus nullo[f]) modo permit-

---

C. 161. a) *om. G.* b) haec *N,* hoc nobis magis i. c. fiat *Ps. Anast.* c) in nobis culpa *V_1, P.*

1 Ps. Anastas. p. 526.

C. 162. a) *om. G, N, addidi ex V_1, P, Ven.* b) subreptae sunt *Anast.* c) hoc *N.* d) bonae *G.* e) *om. N.* f) sacrato *Anast.* g) deputentur *Anast.* h) *deest. Anast.* i) moritur *Anast.* k) exstinguitur *Anast.* l) ideo *N,* voci Domini . . . quae *Anast.*

1 Immo VII., Conc. scil. Nicaen. II a. 787 c. 13, vers. Anast., Mansi t. XIII col. 432.

C. 163. a) Maximo *Ven.* b) clericos *add. Coll. min., at 3, 4, 6, 10, 12 habent tantum* et ceteros clericos; ceterosque clericos *Ewald.* c) *om. V_1, P, Ven., Bb, Coll. min., Greg.* d) *deest Greg.* e) monachis *G,* monachi eius *P,* monasticis *1.* f) *ita G, N* nullatenus *alii codd., Coll. min., Greg.*

1 Greg. I Reg. IV, 11, t. I p. 244, Jaffé-W. 1282, Coll. min. c. 43.

tantur habere militiam. Satis enim[g] incongruum est, si cum[h] unum ex his pro sui magnitudine diligenter quis non possit explere, ad utrumque videatur[i] idoneus, sicque invicem et ecclesiasticus ordo vitae monachicae[k] et ecclesiasticis utilitatibus regula monachatus impediat[l].

C. 164. Ut in monasterio abbas[a] non alius eligatur nisi qui dignus sit actibus et moribus. Gregorius[1] urbis Romae[b] episcopus Castorio episcopo[c].

Abbatem cuilibet monasterio non alium sed quem dignum moribus atque actibus[d] monasticae disciplinae omnium[e] communi consensu congregatio[f] poposcerit ordinari[g] voulumus. Missas autem[h] publicas pei cpiscopos[i] vel clericos in monasteriis fieri omnino[k] prohibemus, ne in servorum Dei recessibus popularibus prebeatur[l] occasio ulla convenientibus[m] et simpliciores[n] ex hoc animas plerumque, quod absit, in scandalum trahat.

C. 165. Ut si quis in monasterio converti voluerit, prius diligenter probetur. Gregorius[1] generali synodo presidens dixit[a].

Multos ex ecclesiastica familia novimus ad omnipotentis Dei servitium festinare, ut ab[b] humana servitute liberi in divino[c] servitio[d] valeant in monasteriis conservari[e]. Quod[f] si passim[g] dimittimus, omnibus fugiendi[h] ecclesiastici iuris dominium[i] occasionem prebemus. Si vero festinantes ad omnipotentis[k] servitium incaute retinemus[l], illi invenimur[m] negare quaedam qui dedit omnia. Unde necesse est, ut si quis[n] ex iuris[o] ecclesiastici vel[p] saecularis militiae servitute ad Dei servitium converti desiderat, probetur prius in laico habitu constitutus, et si mores eius atque conversatio bono desiderio illius testimonium ferunt[q], absque ulla retractatione servire in monasterio omnipotenfi Domino[r])

---

g) *om. 3, 4, 5, 12.* h) *ita* sicut *G et aliorum codd. emendavi sec. Ven., in quo ex* si ut *correctum videtur, et Bb.* i) iudicetur *Greg.* k) monast. *6.* l) inpendat *6.*

C. 164. a) non ab. el. abb. *N.* b) Romanae *5.* c) *om. 5, 11.* d) aptum *Ewald* (actuum). e) *deest Coll. min., Greg.* f) tota *add. Greg.* g) ordinare te *Ewald.* h) illic *Greg.* i) episcopum *Greg., et desunt* vel — mon. k) omnimodo *Greg.* l) perhibeatur *3.* m) conveniendi *Ven., 5, 10;* conventibus V_3, *Bb, Coll. min., Greg.* n) et add. *N.*

1 Greg. I Reg. V 49, t. I p. 349, Jaffé-W. 1362, Coll. min. c. 40.

C. 165. a) cap. VI *Bb,* ait *3, 4, 13.* b) *om. 3, 4, 5, 23.* c) divina servitute *3.* d) servi V_2. e) conversari *5, 7, 13, Conc.* f) Quos *Conc.* g) sparsim *G,* V_1, V_2, V_3 *Bb.* h) fugientibus *N.* i) dominum *10.* k) Dei *add. Coll. min., Conc.* l) tenemus *3, 4, 13,* retineamus *Conc.* m) invenimus *3* (*ex* invenire), *13,* videmur *7.* n) quisquis *Conc.* o) viris *3, 7,* ex iure ecclesiasticae servitutis *Conc.* p) v. s. m. *add. Joh. diac.* q) fertur *8.* r) Deo *N,* V_1.

1 In concilio Romano a. 595 Jul. 5, c. VI, Reg. V 57a, t. I p. 365; Coll. min. c. 232; cum additamento Johannis diaconi.

permittatur[s], ut ab humano servitio liber[t] recedat qui divino[u] amore[v] districtiorem subire appetit servitutem. Si[2] autem et[w] in monachico habitu secundum patrum regulas inreprehensibiliter fuerit conversatus, post[x] prefixa saris canonibus tempora[y] licenter iam ad quodlibet[z] ecclesiasticum officium provehatur[a], si tamen illis non fuerit criminibus maculatus quae in testamento veteri morte multantur[b].

C. 166. Quod pro suo arbitrio non debent monachi expellere aut ordinare sibi[a] abbates[b]. Pelagius[c][1] papa Oppilioni[d] defensori.

Nullam potestatem de cetero nullam licentiam monachis relinquinus pro arbitrio suo aut expellere abbates aut sibimet alios[e] ordinare, quia nulla auctoritas remanebit abbati, si monachorum coeperit potestati subiacere, ut de cetero fideliter et studiose universa quae vel[f] ad divini cultus reverentiam vel ad utilitates[g] eiusdem monasterii pertinent, abbatis sollicitudo, ad quem potestas[h] tota pertinere convenit, debeat adimplere.

C. 167. De abbatis[a] electione qualiter fieri debeat. Pelagius[b][1] papa Milleo[c] subdiacono.

Abbatem in monasterio illum volumus ordinari quem sibi de sua congregatione et monachorum electio et possessionis dominus, et quod magis observandum est, ordo vitae ac meritum poposcerit ordinari.

C. 168. Ut contentiosi monachi etiam a laicis constringantur. Pelagius[1] papa Paulino Solatino.

Probinum Sariae[b] et Milianum atque Probianum vel alios pseudomonachos Johanni defensori precipimus, ut eos debeat detinere, quatenus si quam desiderant[c] contentionis suae cognoscere rationem, ad nos ut[d] informentur debeant exhiberi. Certe si sola obstinatione ab ecclesiastico corpore sunt scissi[e], in Reatina, sicut petisti, insula ut exulentur[f] predicto defensori duximus iniungendum.

---

s) et *add. 3, 4.* t) libere *Coll. min., at* liber *6, 13.* u) divini obsequii *3, 4, 13.* v) obsequio *Greg.* w) *om. 5.* x) *om. G,* post fixa V_1. y) susceperit priusquam biennium in conversatione *N, v. cap. 171 prooem.* z) quol. *1.* a) promoveatur *Ven.,* V_2. b) muictantur *N, Ven.*

² Quae sequuntur, addit Johannes diaconus II, 16.

C. 166. a) *om. G.* b) abbates *G.* c) Gelasius *N.* d) Opilioni V_1, *Coll. Brit.* e) *om. cod.* A^2. f) vel ad *om. codd.* A^2. g) utilitatem *N, Bb.* h) *ex* potestatis *P.*

¹ Pelag. I ep. 29, Coll. Britann., Jaffé-W. 1001.

C. 167. a) in monasterio *add. Ven.* b) Gelasius *N.* c) Milleno *N.*

¹ Pelag. I ep. 15, Coll. Britann., Jaffé-W. 987.

C. 168. a) Gelasius *N.* b) Samiae *N.* c) desiderat *N,* V_2. d) ad V_2 *J.* e) scisi V_2 *J.* f) expulerentur *N, ex* exultentur *corr. P, Ven.*

¹ Jaffé-W. 968. Cf. Decr. Grat. C. 16 qu. 1 c. XVIII.

C. 169. De clericis monachorum appetentibus propositum. In Toletano[1] concilio.

Clerici qui monachorum propositum appetunt[a]), quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos[b]) eis ab episcopo in monasteriis[c]) largiri oportet ingressus, nec interdici propositum eorum qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

C. 170. Ut serviles personae in monasteriis non teneantur extra voluntatem dominorum suorum. Gelasius[a]) omnibus episcopis.

Quisquis episcopus presbyter diaconus vel eorum qui monasteriis preesse noscuntur serviles[b]) personas apud se tenentes non restituendas patronis aut deinceps vel ecclesiasticae servituti vel religiosis[c]) congregationibus putaverint applicandas[d]), nisi voluntate[e]) dominorum suorum[f]) sub scripturae[g]) testimonio primitus absolutas vel[h]) legitima transactione[i]) concessas periculum se proprii honoris nostraeque[k]) communionis non ambigat subiturum, si super hac re cuiusquam[l]) verax nos[m]) querela pulsaverit.

C. 171.[a]) Gregorius[1] papa Fortunato episcopo Neapolitano.

Monasteriis omnibus fraternitas vestra districtius interdicat, ut eos quos ad conversionem susceperint, prius quam biennium in conversatione compleant, nullo modo audeant tonsorare; sed hoc spatio vita moresque eorum sollicite comprobentur, ne quis eorum[b]) aut non sit contemptus[c]) quod voluit, aut ratum non habeat quod elegit[d]). Nam dum grave sit inexpertos hominum obsequiis sociari, quis possit dicere quanto sit gravius ad Dei servitium improbos applicare. Miles vero si converti voluerit, prius quam nobis[h]) renuntietur, nullus eum sine nostro consensu qualibet presumat ratione suscipere.

C. 169. a) appetierint *N.* b) libros *1.* c) monasterium *3, 4, 5, 13.*

1 Conc. Tolet. IV c. 50, Coll. min. c. 312.

C. 170. a) papa *add.* V_1, *P.* b) huiusmodi *Gel.* c) religionis *Coll. min.* d) applicandam *3.* e) forsitam *add. Gel.* f) *om.* V_1. g) subscriptae *expunctis litteris* 'ur' *corr. P.* h) aut *Gel.* i) *ex* translatione *P.* k) nostrae *G;* non ambigant communionisque subituras *Gel.* l) cuius *3,* cuiusque *10.* m) vos *Ven.*

1 Gelas. I ep. 14, c. XIV, A. Thiel I p. 371, Jaffé-W. 636, Coll. min. c. 231.

C. 171. a) *rubr. om. G,* V_1. Ut venientes ad monasterium, priusquam biennium in conversatione compleant, abbas eos nullo modo audeat tonsorare (*ex* tonsorato *corr. P*) *N, P.* Quod hi qui ad conversionem suscipiuntur nullo modo ante biennium tonsorentur *Ven.* Quod conversi in monasteriis ante biennium non tonsurentur V_2, V_3. Ut in monasteriis nemo recipiatur nisi probatus, nec miles recipiatur sine consensu papae *Bb'.* b) sollicite comprobe *add. P. protinus del.* c) condempnatus *N,* contentus V_1, *P, Bb', Hartm.* d) elegerit *N.* e) omnium *N.* f) improbatos *Hartm.* g) applicari *Greg.* h) vobis *G.*

1 Greg. I Reg. X 9 t. II p. 244, Jaffé-W. 1776.

C. 172.[a] Gregorius[1] papa Januario episcopo Caralitano.

Quia ingredientibus monasterium convertendi gratia ulterius nulla sit testandi licentia sed ut res[b] eorum eiusdem monasterii iuris fiant, aperta legis diffinitione[c] decretum est.

C. 173. Ut[a] monachi commatres sibi non faciant. Gregorius[1] papa Valentino abbati.

Pervenit ad nos[b] quod in monasterio tuo passim mulieres ascendant, et quod adhuc gravius est[c] monachos tuos mulieres sibi commatres facere et ex[d] hoc incautam[e] cum eis communionem habere. Ne[f] ergo hac occasione humani generis inimicus sua eos, quod absit, calliditate decipiat, ideoque huius te precepti serie commonemus, ut neque mulieres in monasterio tuo deinceps qualibet excusatione[g] permittas ascendere neque monachos tuos commatres sibi facere[h].

C. 174.[a] Gregorius[b] [1] Vitali[c] defensori Sardiniae.

Cognovimus quod monasteria servorum Dei vel etiam feminarum pro suo quisque[d] libitu et diversarum causarum executione perturbent, quod omnino non grate suscepimus[e] tuamque ex hoc experientiam commonemus, ne[f] quemquam hoc[g] usurpare denuo accepta nostra auctoritate permittas, sed episcopo loci illius[h] sub cuius degunt moderamine

---

C. 172. a) *hoc cap. om. Ven., rubr. om. G,* V_1. Quod ingredientibus monasterium convertendi gratia ulterius nulli sit testandi licentia sed res eorum eiusdem monasterii iuris fiant *N, P.* Quod cum aliquis sit monachus, omnes res iuris monasterii fiant. V_2. Ut conversis in monasterio nulla sit ulterius testandi licentia *Bb'.* b) *deest Greg.* c) distinctione V'_4.

[1] Greg. I Reg. IX 196 t. II p. 185, Jaffé-W. 1724.

C. 173. a) Ut monachi commatres sibi, *reliqua erasit Ven.; rubr. M man. 2 subducta linea del.* b) eo *Bb.* c) *om.* V_2. d) *om. N.* e) in causam *N.* f) nec *L.* g) *in* occasione *corr. M m. 2,* occasione *Ven. Ewald.* h) V_1 *in marg. addit, P et L ac Bb suo loco continuant:* Nam si hoc denuo (denique *Bb)* ad aures nostras quocumque (quoquo *Bb*) modo pervenerit, sic te severissime noveris ultioni subdendum ut emundationis (emencationis *Bb, Greg.*) tuae qualitate *(om. Bb)* ceteri sine dubio corrigantur (exemplo *add. Bb*).

[1] Greg. I Reg. IV 40, t. I p. 276, Jaffé-W. 1312.

C. 174. a) *cap. aliud praemitt. Bb.* b) *rubr. om. G,* V_1, *L, Bb.* Quod nulli liceat causas monasteriorum disponere nisi episcopo, in cuius diocesi esse noscuntur *N, P.* Ut episcopo sub cuius moderamine monachi degunt curae sit causas utilitatesque disponere *Ven.* Quod monasteria nemo perturbet sed episcopo loci illius curae sit causas (causa V_4) util. eorund. disp. *M,* V_2, V_4. c) Vitalio V_1. d) *sec.* V_1, *P,* quoque *G,* quique *N, Ven., Bb.* e) suscipimus V_1. f) nequaquam A^2, *M.* g) *om. P,* experientiam *iterum add. N.* h) ipsius *Greg.*

[1] Greg. I Registr. IX 203 t. II p. 191, Jaffé-W. 1730.

curae sit causas utilitatesque disponere. Valde est enim incongruum[i], ut omisso eo alius quilibet illorum se causis admisceat; sed ille eorum vitas[k] competenti regularique debet moderamine[l] disponere qui pro commissis eorum[m] animabus compellitur reddere rationem.

---

[i] *om. G, N, V_1, habent Pm, L, M, V_2 V_3 Greg.,* contrarium *Bb.* [k] vitam *Greg.* [l] moderatione *V_1, P, Ven., Bb, Greg.* [m] vel ei *suprascrips. P et add.* animarum, *quod delevit,* sibi *add. Greg.*

Incipiunt capitula libri octavi.*)

*) *Ex codice Graecensi (G).*

XXIIII. Quomodo hi qui iniuste depositi sunt ab episcopis coram altari debeant instaurari.

XXV. Ut temere quis non communieet lapsis.

XXVI. De lapsis quibus pro tempore per poenitentiam et manus impositionem communio periclitantibus concedebatur.

XXVII. Quod vigor antiquitatis servetur in lapsis usque ad auctoritatem et consilium papae.

XXVIII. De his qui ex fuga comprehensi sunt et per vim pagani ritus aliquid pertulerunt, ut a communione non voveantur ⟨l. moveantur⟩.

XXVIIII. Qui a melioribus, quae deliberant succumbunt coram oculis Dei ceciderunt.

XXX. Quod plurimum ⟨possunt⟩ pro lapsis merita sanctorum presertim cum dies iuditii advenerit.

XXXI. De his qui ideo se ab officio non subtrahunt, quia occulta sunt crimina quae fecerunt.

XXXII.

XXXIII.

XXXIIII. Qui reparari possunt post lapsum, et qui minime.

Incipit[a] Liber octavus*)

de lapsis.

C. 1. Ut[a]) qui ex clero lapsi fuerint pauperrimis monasteriis ubi poeniteant tradantur ipsi et res ipsorum[b]), aut si parentes habuerint[c]) ipsi res accipiant ac sufficientiam eis provideant. Gregorius[1] papa Petro subdiacono.

Da lapsis sacerdotibus ac levitis vel quolibet ex clero observare te volumus ut in rebus eorum nulla contaminatione miscearis. Sed pauperrima regularia monasteria require, quae secundum Deum[d]) vivere sciunt, et in eisdem monasteriis ad poenitentiam lapsos trade, et res lapsorum[e]) in eo loco proficiant, in quo agere poenitentiam traduntur, quatenus ipsi ex rebus illorum[f]) subsidium habeant, qui de correptione[g]) eorum sollicitudinem gerunt. Si vero parentes habent, res eorum legitimis parentibus dentur, ita autem, ut eorum sipendium, qui in poenitentia[h]) dati fuerint, sufficienter debeant 〈l. debeat〉 procurari. Si qui vero ex familia ecclesiastica sacerdotes vel levitae vel monachi vel clerici vel quilibet alii lapsi fuerint, dari eos in poenitentiam volumus, sed res eorum ecclesiastico iuri non subtrahi, ut[i]) usum tamen[k]) suum accipiant, unde ad poenitendum subsistant, ne si nudentur[l]), locis in quibus dati fuerint onerori sint[m]). Si qui parentes in possessione[n]) habent ipsis[o]) res eorum tradendae sunt, ut in ipsis iuri ecclesiae conserventur.

---

a) *hunc titulum praetermittit M.*

C. 1. a) *rubr. deest Ven. (in tab. etiam numerus).* b) eorum V_1. c) habeant *N*, habent V_1. d) *L inser., Ven. ex corr., om.* V_2. e) ipsorum *N*. f) *om.* V_2, V_3, V_4. g) correctione *G*. h) poenitentiam *Ewald.* i) ad *ex* ut *corr. Ven.,* ad *Greg.* k) inde *codd.* A^2. l) nudi dantur *Ewald.* m) fuerint *T.* n) possessionem *G.* o) *ex* ipsi *N*, ipsi *L*.

1 Greg. I Reg. I 42, t. I p. 67, Jaffé W. 1112.

---

*) *Ex codice Graecensi (G).*

C. 2. Quod si[a]) ministri altaris post ordinationem cum suis uxoribus miscentur, sacrarium non intrent nec altare contingant, minora tamen[b]) officia gerant i. e. aquam sacerdotibus porrigant et talia. Ex epistola Clementis[1] papae secunda.

Ad dominica tales eligantur ministeria[c]) qui ante ordinationem coniuges suas[d]) caste rexerunt, vel absque coniugibus abstinentes vixerunt. Quodsi post ordinationem ministro contigerit propriae[e]) uxoris invadere cubile, sacrarii non intret limina nec sacrae[f]) rei vel sacrificii portitor[g]) fiat nec altare contingat, nec ab offerentibus holocausti oblationem suscipiat, nec ad Dominici corporis portionem accedat[h]), aquam sacerdotum porrigat manibus[i]), minora gerat officia, urceum sane ad altare vel[k]) calicem non suggerat.

C. 3.[a]) Augustinus[1].

Ut autem constitueretur in ecclesia, ne quisquam post alicuius criminis poenitentiam clericatum accipiat vel ad clericatum redeat vel in clericatu[b]) maneat, non desperatione indulgentiae sed rigore factum est disciplinae; alioquin contra claves datas ecclesiae disputabitur, de quibus
Matth. dictum est: 'Quae solveritis in terra soluta erunt in[c]) coelo et in terra'.
16, 19. Sed ne forsitan etiam de[d]) ceteris criminibus spe honoris ecclesiastici animus intumescens superbe ageret poenitentiam, severissime placuit, ut post actam de crimine dampnabili poenitentiam nemo sit clericus, ut desperatione temporalis altitudinis medicina maior et verior esset humili-
II. Reg. tatis. Nam et sanctus David de criminibus mortiferis egit poenitentiam
12, 13. et tamen in honore suo perstitit, et beatum[e]) Petrum, quando[f]) amaris-
24, 17. simas lacrimas fudit, utique Deum[g]) negasse poenituit et tamen apostolus mansit. Sed non ideo supervacua putanda est posterior ⟨l. posteriorum⟩ diligentia, qui[h]), ubi saluti nichil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt[i]), quo salus tutius muniretur, expertis[k]), credo, aliquorum fictas poe-

---

C. 2. a) a quibus officiis se ministri altaris contincant, si post ordinem cum suis uxoribus miscentur quibusve utantur *M*, V_2, V_3, V_4. c) mysteria *Ps. Clem.* d) noverint *add. Ps. Clem., ita ut reliqua:* caste — vixerunt *desint.* e) proprium *Hinsch.* f) s. r. v. *des Ps. Clem.* g) portio *Hinsch.* h) sed *add. Hinsch.* i) ostia forinsecus claudat *add. Ps. Clem.* k) vel calicem non *om. Hinsch.*

1 Ps. Clemens c. 46, p. 48.

C. 3. a) *rubr. om. G*, V_1, *Ven., in tab. rubr. etiam N*: Quod (Cur *P*) constitutum sit, ut nullus post poenitentiam clericatnm accipiat *N, P.* Quod nemo post poenitentiam sit clericus rigore disciplinae non indulgentiae desperatione statutum est *M*, V_2, V_3, V'_4. *Rubricam in corpore omittens habet Ven. in tabula:* Quod constitutum est ne quisquam post poenitentiam clericatum accipiat non desperatione indulgentiae sed rigore factum est disciplinae. b) clericatum *N.* c) et in coelo, *om.* et in terra *Aug.* d) detectis *Goldb.* e) beatus Petrus *N.* f) quoniam V_1. g) Dominum *Aug.* h) quae V_1. i) addiderit V_1. k) expertus V_2 *J*, V_3 experti *corr. P, Aug.*

1 Epist. 185 c. X n. 45, Scr. eccl. lat. Vol. 57 p. 39.

nitentias per affectatas[l]) honorum potentias. Cogunt enim multas invenire medicinas multorum experimenta morborum.

C. 4. Ut viduram mariti et numerosa habentes coniugia ab omnibus ecclesiasticis officiis arceantur. Leo[a]) [1] episcopus omnibus episcopis.

Quicumque viduarum mariti vel habentes numerosa coniugia ad sacerdotium promoti fuerint, ad omnibus[b]) ecclesiasticis officiis et a[c]) sacerdotali nomine apostolicae sedis auctoritate debemus[d]) ariere.

C. 5. De eadem re. Siricius[1] episcopus[a]) Eumerio[b]) episcopo Tarraconensi[c]).

Quisquis clericus aut viduam aut certe secundam duxerit uxorem[d]) omnis[e]) ecclesiasticae dignitatis privilegio mox denudetur[f]) laica tantum[g]) sibi communione concessa quam ita demum possidet[h]), si nichil postea propter quod hanc perdat admittat[i]).

C. 6. Quod papa[a]) poenitentibus bigamis et viduarum maritis gradus quos tunc habebant concessit, precipiens ne[b]) ultra tales promoverentur. Siricius[1] papa[c]) Imerio episcopo cap. XV[d]).

Quicumque[e]) poenitens quicumque bigamus[f]) quicumque viduae maritus ad sacram militiam indebite et incompetenter irrepserit[g]) hac sibi conditione a nobis[h]) veniam intelligat relaxatam[i]), ut in magno debeat computare beneficio si adempta sibi omni spe promotionis[k]) in hoc quo invenitur[l]) ordine perpetua stabilitate permaneat. Scituri post[m]) hoc provinciarum omnium summi antistites, quod si ultra ad sacros ordines quemquam de talibus crediderint assumendum et de suo et de eorum statu quos contra canones et interdicta nostra provexerint congruam ab apostosede promendam esse sententiam.

---

l) affectas *G, N.*

C. 4. a) *inscriptio Coll. minori consona ab originali dissentit.* b) *deest ep. Leonis.* c) *om. N, 5, 12.* d) iubemus arceri *Coll. min., Leo.*

[1] Initium capituli argumentum habet ex Leonis I ep. 4 c. 2. Baller. t. I col. 614, Jaffé-W. 402; verba deprompta sunt ex Coll. min. c. 151.

C. 5. a) papa *V_1, P.* b) Himerio *3, 4, 5, 13, Sir.* c) Terrac. *V_1, Ven., 3, 4, 6.* d) coniugem *Coll. min., Sir.* e) omnino *G.* f) nudetur *Sir.* g) tamen *N.* h) possidere poterit *Ven. (corr.), Coll. min., Sir.* i) amittat *N, 6,* ammittat *13.*

[1] Epist. 1 ad Himerium c. XI, P. Coustant t. I col. 635, Jaffé-W. 255; Coll. min. c. 139.

C. 6. a) Sy (Si V_2) ricius *add. M, V_2, V_3, V_4.* b) *in tabula, sed hic om. V_2, V_3.* c) episcopus *V_1, P et alii.* d) cap. XV *om. V_2, V_3, V'_4.* e) quic. poen. *om. F.* f) digamus *Ven., V_2.* g) irrepsit *V_1, Sir.* h) vobis *V_1.* i) relatam *V_1,* laxatam *V_3.* k) provectionis *Sir.* l) invenietur *Sir.* m) posthac *Sir.*

[1] Ep. cit. c. XV, col. 636.

C. 7.[a]) Ne sacerdotes vel levitae uxoribus suis misceantur, quia[b]) cotidiano ministerio occupantur. Innocentius[1] papa Victorio[c]) episcopo cap. VIIII.

Si sacerdos aut levita contaminatus fuerit carnali concupiscentia quo pudore >vel< sacrificare forsitam[d]) usurpabit? aut qua conscientia quove merito exaudiri[e]) se posse[f]) credit, cum dictum sit: 'Omnia munda mundis, coinquinatis autem[g]) et infidelibus nichil est[h]) mundum'? Sed fortasse licere hoc, credit quia scriptum est: Unius uxoris virum. Non permanentem in concupiscentia generandi dixit sed propter continentiam futuram, neque[i]) integros corpore non admittit[k]) qui ait: 'Vellem autem eos[l]) omnes sic esse, sicut et ego'. Et apertius declarat[m]) dicens: 'Qui autem in carne sunt Deo placere non possunt', vos[n]) autem iam non estis in carne sed in spiritu.

Tit. 1, 15. Tit. 1, 6. I Cor. 7, 7. Rom. 8, 8.

C. 8. De[a]) eadem re. Innocentius[1] papa Esxuperio episcopo cap. I.

Proposuisti quid de his[b]) observari debeat quos in diaconii ministerio aut in[c]) officio presbyterii positos incontinentes esse aut fuisse generati filii prodiderunt. De his et manifesta divinarum legum est disciplina et beatae recordationis viri Siricii[2] episcopi monita evidentia commearunt ut incontinentes in officiis talibus positi omni honore ecclesiastico privarentur, nec[d]) admittantur[e]) ad tale[f]) ministerium quod sola continentia oportet impleri. Est enim vetus admodum sacrae legis auctoritas iam inde ab initio custodita, quod in templo anno vicis suae habitare precepti sunt sacerdotes ut servientes sacris oblationibus puros et ab omni labe purgatos sibi vendicent divina mysteria neque eos ad sacrificia fas sit admitti qui exercent vel cum uxore carnale consortium, quia scriptum est: Sancti estote, quia ego sanctus sum dominus Deus vester. Quibus utique propter sobolis successionem propterea uxoris[h]) usus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu ad sacerdotium nullus fuerat preceptus accedere, quanto magis[i]) sacerdotes vel levitae pudicitiam ex die ordinationis suae servare

Lev. 11, 44. 20, 7.

C. 7. a) *cap. abest a* V_2, V_3, *praemisso alio eapitulo ut 7, ambo cap.* (V_2 *et G) praebct* V'_4 *ut 7 et 8; rubricam om. M.* b) qui a *G*, qui cot. *N.* c) Victorino *N*, Victricio *Inn.* d) *deest Inn.* e) exaudire V_1, *P.* f) *om. Coust.* g) *om. N.* h) esse *G, om.* V_1, *P, Ven., Inn.* i) enim *add. Inn.* k) admisit V_1, *P, Inn.* l) *deest Inn.* m) sic *add. Inn.* n) *haec sup. ras. in Ven.*

1 Innocentius I ep. 1 c. IX, P. Coustant t. I col. 753, Jaffé-W. 255.

C. 8. a) V'_4 *repetit rubr. praecedentem, sine num. cap.* b) eis *Ven.* c) *om. N.* d) ne *N.* e) accedere *Inn.* f) *om. Coust.* g) ministeria *Coust.* h) uxorius *Inn.* i) *hii Ven. (superscrib.), Inn.*

1 Ep. 6 c. I col. 790, Jaffé-W. 293. 2 epist. 1 c. VII col. 629, et epist. 5 col. 655.

debent, quibus vel sacerdotium vel ministerium sine successione est nec
preterit dies, qua vel a[k]) sacrificiis) divinis vel[l]) baptismatis offlcio vacent?
Nam sic[m]) Paulus ad Corinthios scribit dicens: Abstinete vos ad tempus, I Cor.
ut vacetis orationi, et[n]) utique laicis precepit, multo magis sacerdotes, 7, 5.
quibus et orandi et sacrificandi iuge officium[o]) est, semper debebunt[p]) se[q])
ab huiusmodi consortio abstinere. Quodsi[r]) contaminatus fuerit carnali
concupiscentia, quo pudore vel sacrificare forsitam[s]) usurpabit? Aut qua
conscientia quove merito exaudiri se posse[t]) credit, cum dictum sit: 'Omnia Tit.
munda mundis, coinquinatis autem et infidelibus nichil mundum'? Sed 1, 15.
fortasse hoc licere credit quia scriptum est: Unius uxoris virum. Non I Tim.
permanenti[u]) in concupiscentia generandi hoc dixit, sed propter continen- 3, 2.
tiam futuram. Neque enim integros corpore non admisit, qui ait: 'Vellem I Cor.
autem omnes sic esse sicut et ego'. Et apertius declarat dicens: 'Qui 7, 7. Rom.
autem in carne sunt, Deo placere non possunt, vos autem iam non estis 8, 8. 9.
in carne sed in spiritu', et habentem filios non generantem dixit. Sed ea I. Tim.
plane dispar et divisa sententia est. Nam si ad aliquos forma illa eccle- 3, 4.
siasticae vitae pariter et disciplinae, quae ab episcopo Siricio ad provincias[v]) commeavit, non probabitur pervenisse his ignorationis venia remittetur, ita ut de cetero penitus incipiant[w]) abstinere. Et ita gradus suos in quibus iuventi fuerint sic retentent, ut eis non liceat ad potiora conscendere quibus in beneficio esse debet, quod hunc ipsum locum quem retinent non amittant[x]). Si qui autem scisse formam vivendi missam a Syricio deteguntur[y]) neque statim cupiditates libidinis abiecisse, illi sunt modis omnibus submovendi, qui post ammonitionem cognitam preponendam arbitrati sunt voluptatem[z]).

C. 9. Ut clerici excommunicentur qui se post tertiam ammonitionem non continuerint[a]) a suspitiosa conversatione.

Si[1] quispiam sacerdotum, id est presbyter vel diaconus vel subdiaconus, de quacumque femina crimine fornicationis suspicatus post primam secundamque et tertiam ammonitionem inveniatur fabulari cum ea vel aliquomodo conversari excommunicetur[b]), femina canonice iudicetur.

---

k) *om.* V_2, V_3. l) *add. Inn.* m) sicut V_1, si *Inn.* n) hoc *add.* V_1, *P, Ven., Inn.* o) sacrificium V_1. p) debeant V_2 *J*, debent V_3. q) se *deest Inn.* r) Qui si V_1, *P, Inn.*, Quis *Ven.* s) *deest Inn.* t) *deest Inn.* u) *ita* V_1, *P, Ven.*, permanendi *G, N*, permanentem *Inn.* v) provinciam *N.* w) *in:* incipiat *corr. P.* x) amittunt V_1, *P, Inn.* y) detegentur *Inn.* z) voluntatem *N.*

C. 9. a) continent V_2, *et rel. om.* b) excomm., fem. *des. Conc.*

1 Conc. Romanum a. 826 c. 15 forma minor, ed. A. Werminghoff, M. G. Conc. Aevi Karolini t. I p. 2, p. 574.

C. 10. De dampnatione incontinentis presbyteri. Silvester[1] papa omnibus episcopis.

Nemo presbyter a[a]) die honoris[b]) presbyterii sumat coniugium. Quodsi[c]) quis hoc neglecto aliter[d]) egerit, XII annis eum dicimus[e]) privari honore. Quodsi quis contra hoc chyrographum presens[f]) et publice dictum egerit, dampnabitur[g]) in perpetuum.

C. 11. De his qui ad presbyterium promoventur et ante ordinationem peccatorum sibi sunt conscii[a]). Ex concilio Neocaesariensi[1] cap. VIIII.

Presbyter si preoccupatus corporali peccato provehatur[b]) et confessus fuerit de se, quod ante ordinationem deliquerit, oblata non consecret maneus in reliquis officiis propter studium bonum. Quodsi[c]) de se non fuerit ipse confessus et argui manifeste nequiverit, potestatis suae iudicio relinquatur.

C. 12.[a]) Gregorius[1] Andreae episcopo Tarentino.

Tribunal iudicis aeterni[b]) securus aspiciet, quisquis reatus sui conscius digna eum modo poenitentia placare contendit. Habuisse te siquidem concubinam manifesta veritate comperimus, de qua etiam contraria[c]) est quibusdam nata suspicio. Sed quia in rebus ambiguis absolutum non debet esse iudicium, hoc conscientiae tuae eligimus[d]) committendum. Qua de re si in sacro ordine constitutus[e]) eius te permixtione[f]) recolis maculatum, sacerdotii honore deposito ad amministrandum nullo modo presumas accedere sciturus in animae tuae[g]) periculo ministrare et Deo nostro te sine dubio reddere rationem, si huius sceleris conscius in eo quo es ordine celans veritatem permanere volueris. Unde iterum adhortamur ut

---

C. 10. a) a diebus *10.* b) ordinationis suae *5, 12.* c) Quod ut si *Ps. Silv.* d) *deest Ps. Silv.* e) iubemns *5.* f) praesentem ac *Ps. Silv.* g) condemnetur *Ps. Silv.*

1 Constitutum Silvestri c. 19, P. Coustant App. col. 51; Coll. min. c. 170.

C. 11. a) cap. IX *rubro colore add. N (cf. G in tab. rubr.).* Quod preoccupatus corporali peccato oblata non consecrēt *Ven.* b) proveatur *G, V_2, V'_4,* provideat *N,* promoveatur *Ven.* c) *post pauca.* d) potestati *V_1.*

1 V. et. J. Bibl. t. I p. 122 et Coll. Dion. Hadriana ed. F. Pithoeus Par. 1687 p. 56.

C. 12. a) *rubr. om. G, V_1.* De quodam qui ante ordinationem habuit concubinam et post ordinationem (postea *add. P*) diffamatus fuerit (est *N*) *N, P.* Quod b). Greg. precipit cuidam episcopo ne presumat accedere ad ministrandum, si cognoscit se maculatum concubinae peccato *Ven.* Quod episcopi fornicantes deponendi sunt *M, V_2, V_3, V_4.* b) *om. V_2, V'_4.* c) certa iam *G.* d) elegimus *Ewald.* e) institutus eius perm. recolit maculatus *N.* f) promixt. *G,* esse *add. Ewald.* g) eligimus *add. N.*

1 Greg. I Reg. III 44, t. I p. 200, Jaffé-W. 1249.

si te deceptum hostis antiqui calliditate cognoscis, competenti eum dum licet poenitentia superare festines, ne cum eo particeps, quod non optamus, in die iudicii deputeris. Si vero[h] huius reatus tibi conscius non[i] es, necesse est quo es ordine permanere.

C. 13. De his qui ad honorem presbyterii sine examinatione prevecti sunt. Ex concilio Niceno[1] cap. VIIII.

Si qui presbyteri sine examine[a] provecti sunt vel, cum discuterentur peccata sua, confessi sunt et homines contra canones commoti manus confessis imponere temptaverunt, tales regula non admittit, quia quod inreprehensibile est catholica defendit ecclesia.

C. 14. Ut presbyteri qui expurgare se fornicationis[a] non possunt a ministerio amoveantur[b]. Innocentius[1] Maximo[c] et Severo episcopis.

Maximilianus[d] filius noster agens in rebus zelo[e] fidei ac disciplinae ductus non patitur ecclesiam pollui ab indignis presbyteris quos in presbyterio filios asserit[f] procreasse. Quod non liceret[g] exponere, nisi[h] nossem vestram prudentiam legis totius habere notitiam. Et ideo, fratres karissimi, eos[i] qui talia perpetrasse dicuntur iubete[k] in medio collocari discussisque obiectionibus quae ipsis presbyteris iniunguntur[l], si[m] convicti[n] fuerint a sacerdotali removeantur officio, quia qui sancti non sunt sancta tractare[o] non possunt, atque alieni efficiantur a ministerio quod vivendo illicite polluerunt.

C. 15. Ut conspiratores adversus episcopos suos ab omni gradu abiciantur[a]. Ex concilio Chalcedonensi[b][1].

Si qui clerici[c] vel[d] monachi reperti fuerint coniurantes aut conspirantes aut insidias ponentes episcopis aut clericis, gradu proprio penitus[e] abiciantur.

---

h) *om. N.* i) in eo te *add. Greg.*

C. 13. a) examinatione *G, V_2, V_3, V'_4.*

1 Vers. Dion. V. et J. Bibl. t. I p. 117.

C. 14. a) a fornicatione *N,* de forn. *V_2 (tab. rubr.) V'_4.* b) mov. *V_2,* remov. *V_3, V'_4.* c) Maximiano *Ven.* d) Maximianus *N,* Maximillianus *G, V, Inn.; signum notae adfert Ven.* e) *post pauca.* f) genuisse *3, 4, 5.* g) licere exponerem *recte Coll. min. (at male atque valde obscure postea in* liceret exponera *mutavit 1), Inn.* h) si *V_1, P.* i) *post pauca.* k) iubere *1,* iubebitis *Inn.* l) impinguntus *Coll. min.* (*at* intinguntur *10*) *Inn.* m) si convinei potuerint *Coust.* n) sicut victi *G,* si coniuncti *10.* o) tentare *Coust.*

1 Epist. 38, P. Coustant col. 913, Coll. min. c. 171. Jaffé-W. 315.

C. 15. a) removeantur *M, V_2* (*in tab.* abic.), *V'_4.* b) cap. XVIII *add. V_1, P.* c) mon. vel cler. *G.* d) aut *V. Dion.* e) penitens *N.*

1 Cap. XVIII. Vers. Dion., V. et J. Bibl. t. I p. 136.

C. 16. Ut[a]) qui calumpniam[b]) vel insidias vel convicia suo episcopo intulerit depositus curiae tradatur. Pius[1] papa.

Si quis sacerdotum vel reliquorum[c]) suo episcopo inobediens fuerit aut ei[d]) insidias paraverit aut contumeliam aut[e]) calumpniam vel[f]) con-
Col. vitia intulerit, mox depositus[g]) curiae tradatur. 'Qui autem facit iniuriam
3, 25. recipiet[h]) hoc quod inique gessit'.

C. 17.[a]) Ex concilio Toletano[1].

Si clerici aut monachi inventi fuerint conspirantes[b]) aut[c]) per coniurationem calumniam machinantes[d]) episcopis vel clericis[e]), proprium amittant gradum.

C. 18. De[a]) clericis in heresim lapsis et post[b]) conversis. Leo[1] episcopus Januario episcopo.

Omnis cuiuslibet ordinis clericus qui catholicam deserens communionem[c]) hereticae se communioni miscuerit[d]), si ad ecclesiam reversus fuerit et[e]) prius errores suos et ipsos auctores erroris dampnatos a se sine ambiguitate confessus fuerit, in eo gradu in quo erat sine promotione permaneat. Qui[f]) pro magno habeat beneficio, si adempta[g]) sibi omni spe promotionis in quo invenitur ordine perpetua manet stabilitate.

C. 19. Ut ex sacris ordinibus lapsi ad sanctum[a]) ministerium nec[b]) post poenitentiam revocentur. Gregorius[1] papa. Januario episcopo Caralitano.

Pervenit ad nos quosdam de sacris ordinibus lapsos vel post poenitentiam vel ante poenitentiam ad ministerii sui officium revocari, quod

---

C. 16. a) De eadem re *Ven.* b) calumnias V_1, *P.* c) clericorum *add. Ps. Pius.* d) si *N.* e) *om.* V_1, *P.* f) et convinci poterit *Ps. Pi.* g) *deest Ps. Pi.* h) recipiat *Ps. Pi.*

1 Ps. Pius c. 10 p. 120.

C. 17. a) *rubr. om. G,* V_1, *M.* De clericis vel monachis contra episcopos conspirantibus *N.* Ut conspiratores adversus episcopos suos ab omni gradu abiciantur *P.* Si clerici aut monachi inventi fuerint conspirantes, gradum amittant *Ven.* Quod clericus vel monachus, si conspiraverit vel calumpniam suo episcopo vel clericis machinatus fuerit (episcopis clericis fecerint V_4), proprio cadat gradu. V_2, V_3, V_4. b) coniurati *V. prisca.* c) et *V. pr.* d) facientes *V. pr.* e) quibuslibet cler. *V. pr.*

1 Immo Conc. Chalced. c. 18, Versio prisca, V. et J. Bibl. t. I p. 299; cf. supra c. 15.

C. 18. a) *rubr. aliam inchoatam non perfecit Ven.* b) postea *N,* V'_4. c) *deest Dion.* d) ad misc. *3.* e) et — fuerit *deest Dion.* f) quod *G,* Qui — stabilitate *al. man. in marg. infer. suppl. 1,* ut in m. habeant b., si . . . . inveniuntur o., stab. perp. maneant *Leo.* Qui — stabilitate. g) adepta *G, 3, 5.*

1 Epist. 18, Baller. t. I p. 730, Coll. min. 223, Jaffé-W. 416. Prima vero pars capit. usque ad 'permaneat' nihil fere aliud est quam rubrica (XIV) huic decretali a Dionysio in collect. canonum data. Cf. lib. XII cap. 38 huius coll.

C. 19. a) sacrum *Ven.* b) etiam p. p. non *Ven.*

1 Greg. I Reg. IV 26, t. I p. 261, Jaffé-W. 1298.

omnino prohibemus et in hac re sacratissimi quoque canones contradicunt. Qui igitur post acceptum sacrum ordinem lapsus in peccato carnis fuerit sacro ordine ita careat, ut ad altaris ministerium ulterius non accedat.

C. 20. De[a]) quodam presbytero si postquam depositus est missam celebravit, communione corporis et sanguinis Christi[b]) usque ad diem obitus sui privetur. Gregorius[1] papa Venantio episcopo Lunensi.

Accedens ad Gorgonam insulam fraternitas vestra[c]) discutiat id quod ad nos de Saturnino expresbytero[d]) est perlatum. Pervenit namque ad nos quia, postquam pro[e]) crimine lapsus sui sacerdotii ordine est deiectus, ad[f]) id[g]) ipsum presbyterii ministerium presumpsit accedere et omnipotenti Deo hostias immolare. Quod si ita factum fraternitas vestra[g]) repererit, eum sacri corporis et sanguinis Domini[i]) participatione privatum in poenitentiam redigat, ita ut usque ad diem obitus sui in eadem excommunicatione permaneat et viaticum tantummodo exitus sui tempore[k]) percipiat. Sin autem eum talem poenitentiam agere fraternitas tua cognoverit, ut ei iuste ad recipiendem communionem inter laicos et ante exitum debeat, misereri hoc in tuae fraternitatis ponimus potestate.

C. 21. De diacono et presbytero[a]) lapsis, ut ad sacros ordines amplius non redeant et subdiaconi lapsi inter laicos communionem habeant[b]). Gregorius[1] papa Venantio Lunensi episcopo.

Preterea ad fraternitatis tuae consulta respondentes statuimus diaconem et abbatem quem de Portu-Veneris indicas cecidisse, ad sacrum ordinem non debere vel posse aliquo modo revocari. Quem quidem sacro ordine privatum in poenitentia deputare te[c]) convenit . . . Cuius si postea actus conversatioque meruerit[d]), priorem inter alios monachos ubi[e]) tu[f]) tamen decreveris standi locum obtineat. Subdiaconos quoque quos similis culpa eonstringit, ab officio suo irrevocabiliter depositi inter laicos communionem accipiant; in Portu autem Veneris loco lapsi diaconi[g]) alium qui hoc officium implere debeat ordinabis. Satirum[h]) vero expresbyterum[i]), ut numquam ad sacri ordinis ministerium presumat accedere, scriptis cavere

---

C. 20. a) Ut presbyter qui postqu. .... celebraverit *M, V_2, V_3*. b) *om. N, V_1, P, Ven.,* Domini *M, V_2*. c) tua *V_1, P.* d) presbytero *N.* e) post *P.* f) ad explendum *Greg.* g) *om. N.* h) tua *G,* nostra *N.* i) Dominici *Greg.* k) *om. N.*

[1] Greg. I Reg. V 5, t. I p. 285, Jaffé-W. 1321.

C. 21. a) presbyteris *N.* b) accipiant *N*; *loco* comm. hab. *pro minore spatio abbreviat* maneant *V_2 J.* c) deputari *G.* d) meruit *N.* e) nisi (?) tu inde *N.* f) tutam *G,* tutum *V_1, P,* tu tamen *recte Pm, Ven. V_2, V_3*. g) diaconis *Ewald.* h) Saturum *V_1, P, Ven., V'_4, Greg.* i) expresbytero *G.*

[1] Greg. I Reg. V 17 p. 298, Jaffé-W. 1331.

decrevimus. Sed eum in insula Gorgona[k] atque[l] Capraria sollicitudinem de monasteriis gerere et in eo quo est statu sine cuiusquam adversitate manere permittimus[m]. Fraternitas ergo tua commissos[n] sibi vigilanti cura custodiat a malis artibus sua, ut valet, predicatione corripiat, quatenus et officii sui[o] inveniatur, sicut decet[p], implere propositum et Deum sibi retributorem suae faciat actionis existere. Nos vero omnino videre vos cupimus atque in Deum de cura[q] presenti et salute gaudere. Vestem vero eius[r] qui baptizandus est direximus, atque ut nobis talia scribatis semper[s] optamus. Codicem vero Regulae pastoralis domno Columbo presbytero transmittendum per harum portitores direximus, quem vos nolite detinere. Nam alium sub celeritate usui vestro transmittemus[t].

C. 22.[a] Ut in loco lapsi episcopi alius restituatur. Eiusdem[b][1].

Postquam quemquam criminaliter cadentem[c] in loco[d] de quo lapsus est nulla permittit ratio revocari, et ultra tres menses ecclesiam vacare pontifice statuta sacrorum canonum non permittunt, ne cadente pastore Dominicum gregem antiquus, quod absit, hostis insidiando dilaniet, fraternitas vestra deprecationi eorum consentire et in loco lapsi debet episcopum ordinare.

C. 23.[a] Gregorius papa Saviniano[b] episcopo[c] Ladertino[d].

Presbyterum vero, de quo nos[e] fraternitas tua latoris presentium relatione consuluit, nulla ratione in sacro ordine post lapsum aut permanere aut revocari posse cognoscas.

C. 24. Quomodo hi[a] qui iniuste depositi sunt ab episcopis coram altari debeant restaurari. Ex concilio Toletano[1].

Episcopus presbyter aut diaconus si a gradu suo iniuste[b] deiectus est[c] et in secunda synodo innocens reperiatur, non potest esse quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat coram altario de manu episcoporum[d]: si[e] episcopus est, orarium annulum et baculum; si presbyter orarium et

---

k) Gorgonia *1*. l) *om. N*. m) *reliqua om.* V_2, V_3, V'_4, *praebet vero et M, signo crucis notat Ven. haec nova esse*. n) commisso V_1, *P*, de commisssi *Greg*. o) ut *add.* V_1. p) debet *N*. q) vestra praesentia *Greg*. r) ei quae baptizanda *Greg*. s) super V_1, *P*. t transmittimus *Ewald*.

C. 22. a) *duo capit. praemittit* V_2. b) *ante rubr. in P*. c) excedentem *Greg*. d) locum *Greg*.

1 Greg. I Reg. VII 39 t. I p. 488, Jaffé-W. 1485.

C. 23. a) *rubr. om. G*, V_1, *Ven*. Quod sacerdos (presbyter V_2, V_3, V'_4.) post lapsum neque revocari neque permanere in ordine (in sacro ord. nec perm. nec rev. V_2, V_3, V'_4) potest *N*, *P*, V_2, V_3, V'_4. b) Sabiniano *Greg*. c) *om. G, N*. d) Jadertino *Greg*. e) *om.* V_1.

1 Greg. I Reg. VIII 24, t. II p. 26, Jaffé-W. 1513.

C. 24. a) hii V_2 *J*. b) *om. G*. c) est et *deest Conc*. d) episcopi *Mansi*. e) Si episcopus est *om. Mansi*.

1 Conc. Tol. IV c. 28, Mansi t. X col. 627.

planetam; si diaconus orarium et albam; si subdiaconus patenam et calicem. Sic et reliqui gradus in reparationem sui recipiant, quae cum ordinarentur perceperant[f]).

C. 25. Ut temere quis non communicet lapsis. Cyprianus[1] Antoniano inter cetera.

De eo tamen quod statuendum esset circa causam lapsorum distuli, ut cum quies[a]) et transquillitas data esset et cpiscopos[b]) in unum convenire indulgentia divina permitteret, tunc communicato et librato de omnium collatione consilio statuerem[c]) quid fieri oporteret. Si quis vero ante consilium nostrum et ante sententiam de omnium consilio statutam[d]) lapsis temere communicare voluisset, ipse[e]) a communione[f]) abstineret[g]). Quod etiam Romam ad clerum tunc adhuc sine episcopo agentem et ad confessores[h]) Maximum presbyterum[i]) et ceteros in custodia constitutos nunc[k]) in ecclesia cum Cornelio iunctos[l]) plenissime scripsi. Quod me scripsisse de eorum rescriptis potestis[m]) agnoscere[n]).

C. 26. De lapsis quibus pro tempore per poenitentiam et manus impositionem communio periclitantibus concedebatur. Cyprianus[1] presbyteris et diaconibus Romae consistentibus fratribus salutem.

Quoniam comperi, fratres karissimi, minus simpliciter et minus fideliter vobis renuntiari quae hic a nobis[a]) gesta[b]) sunt et geruntur, necessarium duxi has ad vos litteras facere quibus vobis actus nostri et disciplinae et[c]) diligentiae ratio redderetur. *Et infra*[2]. Bis ad clerum litteras feci et legi eis mandavi, ut si[d]) qui libello a martyribus accepto de saeculo excederent, exomologisi[e]) facta et manu eis in poenitentia imposita[f]) cum pace sibi a martyribus promissa a[g]) Domino[h]) remitteretur ⟨l. remitterentur⟩. Nec in hoc legem dedi aut me auctorem temere constitui, sed cum videretur et honor martyribus habendus et eorum qui[i]) omnia turbare cupiebant impetus comprimendus, et cum preterea vestra scripta legissem quae[k]) ⟩hoc[l])⟨ ad clerum nostrum per Crementium hypodiaconum[m]) nuper[n])

---

f) perceperunt *Conc.*

C. 25. a) quies transquillitatis *N.* b) episcopis *Cypr.* c) statuere *P*, statueremus *Hartel.* d) statuendam *N.* e) *pro* ipse a *scrib.* ipsa *N.* f) communicatione *Cypr.* g) abstineretur *Hartel.* h) confessorem *N.* i) episcopum *N.* k) autem *add. G et alii, excepto N.* l) uictos *P.* m) potes *Cypr.* n) noscere *Hartel.*

1 Epist. 55 rec. Guil. Hartel, Corp. SS. eccl. lat. t. III p. II, p. 6-6.

C. 26. a) et *add. Cypr.* b) congesta V_2 *J*, V_3. c) ac V_2. d) *post pauca.* e) exhumologni si *N.* f) posita V_1, *P.* g) ad *Cypr.* h) Dominum *Hartel.* i) quae *G.* k) de *inscr. Ven.,* ad *add.* V_2. l) *om. Hartel, forte leg.* huc. m) yppodiaconum *G*, V_1.

1 Epist. 20 l. c. p. 527 sq. 2 p. 528.

feceratis, ut his qui post lapsum infirmitate apprehensi essent et poenitentes communionem[n] desiderarent subveniretur, statuendum[o] putavi et cum vestra[p] sententia, ne actus noster qui adunatus esse et consentire[q] circa omnia debet in aliquo discreparet, ut[r] cum pace a Domino nobis data plures prepositi in unum convenire coeperimus communicato etiam vobiscum consilio disponere singula et[s] reformare possimus. Opto vos, fratres karissimi, semper bene valere.

C. 27. Quod vigor antiquitatis servetur in lapsis usque[a] ad auctoritatem et consilium papae. Cypriano[1] papae presbyteri et diacones[b] Romae consistentes salutem.

Illud vero quod[b]) vestra[c]) fraternitas asserit predicare, parvulos aeternae vitae premiis etiam sine baptismate[d]) posse donari perfatuum[e]) est. Nisi enim manducaverint carnem filii hominis et biberint eius sanguinem, non habebunt vitam in semet ipsis. (Joh. 6, 54.) Qui autem hanc eis[f]) sine regeneratione defendunt videntur mihi ipsum baptismum velle cassare[g]), cum predicant hoc habere quod nos[h]) credimus non nisi baptismate conferendum.

---

f) n. h. *om. P.* g) pontificium *Coust.* h) solum *G.* i) deberi *Inn.* k) confingerent *N.* l) sanctam *add. N.* m) sive . . . sive *Inn.* n) om. *G, N, addidi ex* V_1, *Ven.* o) *om. 5, 10,* ex *add. Inn.* p) sanctum *add. 5, 12.*

C. 23. a) *inscr. breviata sicut in Coll. min.* b) episcopis *Coll. min.* c) De his vero super quibus rogitastis vos informari *Ps. Melch.* d) impositio *Coll. min., Ps. Melch.* e) ut *1.* f) si *3.* g) ut *10.* h) alio V_1. i) rite — sine alt. *om. Ven.*

1 Ps. Melch. c. 6 pr., p. 245, Coll. min. cap. 215; in 3 cap. 215 et 216 in unum coniuncta sunt.

C. 24. a) Ut *M*, V_1, *P.* b) eos *add. Inn.* c) *om.* V_2 *J*, V_3. d) baptismatis gratia *Inn.* e) prephatum *N.* f) et *add.* V_2 *J*, V_3. g) cessare *G.* h) in eos creditur *Inn.*

1 Epist. 30, P. Coust. t. I col. 898, Jaffé-W. 322,

C. 25. Quod corpore et sanguine Domini parvulus participat, cum membrum Christi in baptismo efficitur[a]). Augustinus[b])[1] episcopus[c]).

Nulli est aliquatenus ambigendum tunc unumquemque fidelium corporis sanguinisque domini[d]) participem fieri, quando in baptismate membrum corporis Christi efficitur nec alienari ab illius ponis calicisque consorcio, etiamis antequam panem illum comedat et calicem bibat, de hoc saeculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat. Sacramenti quippe illius participatione ac beneficio non privatur, quando ipse hoc quod ipsum sacramentum est invenitur.

C. 26. Quod manus impositio repeti potest. Eiusdem[a])[1].

Manus autem impositio non sicut baptismus repeti non potest. Quid est enim aliud nisi oratio super hominem?

C. 27. De removando chrismate singulis annis et vetere cremando. Fabianus[a])[1] episcopis omnibus.

Sicut[b]) paschalis[c]) sollempnitas per singulos annos[d]) est agenda et de anno in annum[e]) est renovanda et[f]) tradenda, ita[g]) chrisma, quia novum sacramentum est, et[h]) per singulos annos[i]) innovandum et vetus in sanctis ecclesiis cremandum. Ista[k]) a sanctis apostolis et successoribus eorum accepimus vobisque tenenda mandamus[l]), ali[m]) quis autem[n]) his obviare temptaverit omnem sibi per nos et per omnes recte intelligentes indulgentiae aditum intellegat obseratum[o]).

C. 28. Ut baptizati ab hereticis sola manus impositione confirmentur. Leo[1] episcopus Nicetae Aquilegensi episcopo.

Hi qui baptismum ab hereticis acceperunt cum baptizati antea non fuissent, sola sancti Spiritus invocatione per impositionem manus[a]) con-

---

C. 25. a) conf. *G.* b) Gregor. *Ven.* c) *in sermone de infantibus add. V₁ man. post., in sermone ad infantes V₃, V₃ in marg..* d) dominici *V₁, P, Ven.*

1 Quantavis huius capituli, quod in Polycarpo Innocentio attribuitur, concordia cum Augustiniana de baptismo sit doctrina, ipsa verba tamen frustra in Augustini operibus quaesivi,

C. 26. a) August. in libro de baptismo *Ven.*

1 August. De baptismo contra Donatistas l. 3, c. XVI, Vol. LI, p. 213.

C. 27. a) episcopus *add. N, 3, inscr. eadem, quae Coll. min. est.* b) Nam sicut ipsius diei *Ps. Fab.* c) pascha vel *errore V₁.* d) p. s. a. *quae his verbis ipsisque altera vice positis inclusa sunt, scil.:* est celebranda ita ipsius sancti chrismatis confectio *om. codd. Anselm. et Coll. min. 1, sed praebent 3, 4, 8, 10, 13, Ps. Fab.* e) anno *Ps. Fab.*, est *add. G.* f) fidelibus *add. Coll. min., Ps. Fab.* g) ita crisma *om. Coll. min., Ps. Fab.* h) *om. 13.* i) et iam dicto die *add. Ps. Fab.* k) ita *3.* l) mandavimus *7.* m) *post pauca.* n) ergo *Ps. Fab.* o) observatum *N.*

1 Ps. Fabianus c. 10 p. 160, Coll. min. c. 213.

C. 28. a) manuum *Leo.*

1 Epist. 119 c. VII, Baller t. I col. 1334, Jaffé-W. 536; Coll. min. c. 221.

firmandi sunt, qaia formam[b]) tantum baptismi sine sanctificationis virtute sumpserunt. Et hanc regulam[c]) servandam in omnibus ecclesiis predicamus, ut lavacrum semel initum[d]) nulla ratione violetur, dicente Apostolo:
Eph. 4. 5. Unus Deus, una fides, unum baptisma[f]). Cuius ablutio nulla iteratione[g]) temeranda est, sed ut diximus sola sanctificatio[h]) sancti Spiritus invocanda[i]), ut quod ab hereticis nemo accipit[k]), a catholicis sacerdotibus consequator.

C. 29. De[a]) eadem re. Augustinus[1] in libro[b]) I. de baptismo.

Nullus autem[c]) negat habere baptismum etiam apostatas, quibus utique redeuntibus et per poenitentiam conversis[1], dum non redditur, amitti non potuisse[d]) iudicatur[e]). Sic et illi qui sacrilegio scismatis ab ecclesiae communione discedunt, habent utique baptismum, quem priusquam discederent acceperunt. Nam etsi[g]) ipsi redeant, non eis iterum datur. Unde ostenditur[h]) illud quod acceperunt[i]) in unitate positi non potuisse amittere separatos[k]). Quod si haberi foris potest, etiam dari cur[l]) non potest? Si[m]) dicis, non recte foris datur, respondemus: sicut non recte foris habetur et tamen habetur, sic non recte foris datur et[n]) tamen datur. Sicut autem per unitatis reconciliationem incipit utiliter haberi quod extra unitatem inutiliter habebatur, sic per eandem reconciliationem incipit utile esse, quod extra eam inutiliter datum est.

C. 30. Donum Dei quod est caritas extra ecclesiam sanctam nec haberi nec dari[a]) potest. Eiusdem[b])[1].

Spiritus autem sanctus, qui in sola catholica ecclesia[c]) per manus impositionem dari dicitur nimirum hoc intelligi maiores voluerunt, quod
Rom. 5, 5. Apostolus ait: Quoniam caritas Dei diffusa est in cordibus nostris[e]) per Spiritum sanctum[f]). Ipsa est enim caritas quam non habent qui ab ecclesiae catholicae communione[g]) precisi sunt, vine[h]) qua iuxta Apostolum nichil prosunt reliqua. Non autem habet Dei caritatem, qui ecclesiae non diligit unitatem, ac per hoc recte intelligitur dici non accipi, nisi in catholica Spiritum sanctum.

---

b) forma *G.* c) ut scitis *add. Leo.* d) initiatum *1.* e) iteratione *Leo.* f) baptismum *3, 4.* g) ratione temerenda V_2 *J.* h) sanctificatione *G.* i) est *add. Leo.* k) accepit *3.*

C. 29. a) *ita in marg. et in tab. rubr. habet Ven.,* V_3 *; in corpore vero:* Quod baptismum sicut non recte foris habetur, ita non recte foris datur *Ven.* b) I. *num. add. N,* V_1, *P.* c) illorum *add. Aug.* d) posse *G.* e) iudicatur — potuisse *in marg. al. man. inser. Ven.* f) per sacrilegium *Ven., Aug.* g) si et *Ven.,* et ipsis si redeant *Aug.* h) ostenduntur *Aug.* i) acceperant *Ven.* k) separati *Aug.* l) *om.* V_2. m) *ita N,* at *G et alii codd.:* sed. n) sed *Aug.*

1 Lib. I c. I, Vol. LI p. 141.

C. 30. a) dampnari *N.* b) *om. N;* lib. III *add.* V_1, *P.* c) *deest Aug.* d) nostri *add. Aug.* e) vestris *Pm.* f) qui datus est nobis *add.* V_1, *P.* g) unitate *N.* h) siquidem V_1 *: huius argumendi sententias fusius exponit August.*

1 De bapt. c. Don. lib. 3 c. XVI Vol. LI p. 212.

C. 31. Quod ḥeretici et scismatici, quicquid habeant, caritatem non habent. Eiusdem[a]) [1].

Multae autem operationes sunt[b]) Spiritus sancti quas idem apostolus cum quodam loco[c]) commemorasset, ita conclusit. Omnia autem haec operatur unus atque idem spiritus, dividens propria[d]) unicuique prout vult. Cum ergo aliud sit sacramentum, quod habere etiam[e]) Symon magus potuit, aliud prophetia[f]) quae in malis etiam hominibus fieri solet ut[g]) in Saul, aliud operatio eiusdem spiritus quam nisi boni habere non possunt[h]) i. e. caritas[i]). Quodlibet[k]) heretici et scismatici accipiant, caritas, quae operit[l]) multitudinem peccatorum, proprium donum est catholicae unitatis et pacis; nec eius in omnibus, quia nec omnes sunt eius. I Pet. 4, 8.

C. 32. Quod sacramenta tam per malos quam per bonos administrantur. Augustinus super Johannem [1].

Si fuerit iustus minister, computo eum[a]) cum Paulo, computo illum[b]) cum Petro, cum istis computo iustos ministros, quia vere iusti ministri gloriam suam non quaerunt; ministri enim sunt, pro ducibus haberi nolunt. Spem in se poni exhorrescunt. Ergo computo cum Paulo iustum ministrum. Quid enim dicit Paulus? 'Ego plantavi, Apollo rigavit, I Cor. 3, 6. sed Deus[c]) incrementum dedit'. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Qui vero fuerit superbus minister cum diabolo[d]) computabitur, sed non contaminabitur[e]) donum Christi; quod per illum fluit purum, quod per illum transit liquidum venit ad festibus terram, puta[f]) quia ipse[g]) lapideus est, quia ex aqua fructum· ferre non potest, sed[h]) et per lapidem[i]) transit aqua ad areolas. In canali lapideo nichil generat sed[k]) hortus[l]) plurimum fructum affert. Spiritualis enim virtus sacramenti ita est ut lux.

C. 31. a) *om. N,* in eodem V_1 *(post inser.), add. P.* b) *om. G, N, ex* V_1*, P et aliis addidi.* c) quantum sufficere arbitratus est *add. Aug.* d) proprium *N.* e) etim — malis *om.* V_2. f) operatio spiritus *Aug.* g) sicut Saul habuit prophetiam *Aug.* h) sicut est finis praecepti *add. Aug.* i) de corde puro et conscientia bona et fide non ficta (I Tim. 1. 5) *add. Aug.* k) quidlibet V_1, quilibet V_2. l) cooperit *Aug.*

[1] Cap. cit. p. 213.

C. 32. a) illum *Aug.* b) eum *N,* V_2. c) spiritus *G.* d) Zabulo *ed. Ben.* e) contaminatur *P, Ven., Aug.* f) puto V_1. g) illa *Pm.* h) *deest Aug.* i) lapideum canalem *Ven. (corr.),* lapideum canalem tr. aqua, transit aqua ad ar. *Aug.* k) tamen *add. Aug.* l) hortis *ed. Ben.*

[1] Cap. 1 Tractat. V. Op. III p. 2, col. 327.

C. 33. Quod sacramentum baptismatis apud hereticos[a] haberi et dari potest. Eiusdem[b] [1].

Sacramenta[c] ecclesiae ab excommunicatis sive hereticis et haberi et dari posse testatur beatus Augustinus ita in primo libro[d] contra Donatistas disputans: Sacramentum, inquit[e], baptismi est quod habet qui baptizatur, et sacramentum dandi baptismi est quod habet qui ordinatur. Sicut autem baptizatus, si[f] ab unitate recesserit, sacramentum baptismi non amittit, sic etiam ordinatus, si ab unitate recesserit, sacramentum dandi baptismi non amittit. Nulli enim sacramento iniuria facienda est; si discedit a malis, utrumque discedit, si permanet in malis, utrumque permanet. Sicut ergo acceptatur baptismus, quem non potuit amittere qui ab unitate recesserat[g], sic acceptandus est[h] quem dedit ille qui sacramentum dandi cum discederet non amiserat. Nam sicut redeuntes, qui priusquam recederent baptizati[i] sunt, non[k] rebaptizantur, ita redeuntes, qui priusquam recederent ordinati sunt, non utique reordinantur[l]; sed aut administrant quod[m] administrabant, si[n] ecclesiae utilitas postulat, aut si non administrant sacramentum tamen ordinationis suae gerunt, et ideo eis manus inter laicos non imponatur[o].

C. 34. Quod eadem[a] sacramenta ubique sunt integra. Eiusdem[b] [1].

Sacramenta, inquit[c], si eadem sunt ubique sunt integra, etiam si prave intelliguntur[d] et discordiose tractantur[e], sicut asriptura ipsius evangelii, si eadem ipsa est ubique integra est, etiam si innumerabili falsarum opinionum varietate asseratur.

C. 35. Quod remissio per columbae gemitum datur quicumque baptizet. Eiusdem[a] [1].

Remissam[b], inquit[c], peccatorum avari[d] non dant[e] quae per orationem[f], id est per[g] columbae gemitum[h], datur, quicumque baptizet, si

---

C. 33. a) et *add.* V_2, V_3, et d. et h. *M*, V_4. b) *om. N, ponit in marg.* V_3*:* Ang. in libro de baptismo *Ven., in marg.:* Ang. i. l. primo contra Donatistas V_2, V'_4. c) Sacram. — disputans *delevit Ven., om.* V_2, V'_4. d) de baptismo *inser.* V_1. e) *om.* V_3, V'_4, enim *Aug.* f) qui *P.* g) discesserat V_1, *P, Ven., Aug.* h) baptismus *add.* V_1, *P, Ven,, Aug.* i) baptizati sunt — recederent *inser.* V_1 *in marg.* k) non rebapt. — ordinati sunt *Ven. inser. in marg.* l) rursus ordinantur *Aug.* m) quod adm. — admin. *Ven. inser. in marg.* n) hoc *add. Ven., Aug.* o) imponitur V_1. *P, Ven., Aug.*

1 De baptismo lib. 1 cap. I, 2, p. 146.

C. 34. a) eandem *Pm.* b) *om. N, Pm,* in eodem V_1, *P.* c) tamen *Aug.* d) intelligantur V_1, *P,* e) tractentur V_1, *P.*

1 Lib. 3 cap. XV, p. 211.

C. 35. a) *om. N,* V_1, *P,* Lib. III V_1. b) remissionem *N.* c) tamen *Aug.* d) *deest Aug.* e) dent *G,* dabant *Aug.* f) orationes sanctorum *Aug.* g) *om. N.* h) gemitus *Aug.*

1 Lib. 3 cap. XVIII, 23, p. 215, 216.

ad eius pacem illi pertinent quibus datur. Non enim et[i]) raptoribus, foeneratoribus dicit[k]) Dominus: 'Si cui dimiseritis peccata dimittuntur illi, si cui tenueritis tenebuntur'. Foris quidem nec ligari[l]) aliquid potest nec solvi, ubi non sit qui aliud[m]) ligare possit aut solvere, sed solvitur qui cum columba fecerit pacem, et ligatur[n]) qui cum columba non habet pacem, sive aperte foris sit sive intus este videatur. Joh. 20, 23.

C. 36. Quod heretici sacramenta et scripturas habent ad[a]) speciem non ad salutem. Eiusdem[1].

Heretici, inquit, sacramenta et scripturas habent ad speciem, non ad salutem.

C. 37. Quodsi per vim sacramenti remissa sit peccatorum, sicut avarus ita et hereticus, si per meritum nec hereticus nec avarus. Eiusdem[a]) [1].

Sicut, inquit[b]), urgeri videor cum mihi dicitur: ergo hereticus dimittit peccata, cum[c]) iuxta (?) te baptizet?, sic et ego urgeo cum dico: ergo avarus[d]) >religionis simul atque< peccata dimittit? Si per vim sacramenti[e]), sicut ille ita et ille, si per meritum suum nec ille nec[f]) ille. Illud enim sacramentum et[g]) in malis hominibus Christi esse cognoscitur, in corpore autem unicae columbae inmaculatae[h]) nec ille nec[i]) ille invenitur.

C. 38. Quod mali sacramentum Christi maculare non possunt. Eiusdem[a] [1].

Ita ergo nec foris[b]) nec intus quisquam qui ex parte diaboli est potest vel in se vel in quoquam[c]) maculare sacramentum, quod Christi est. Non itaque[d]) dat remissam peccatorum sermo qui ut cancer serpit, quae[e]) per baptisma Christi conceditur, si baptizatus unitati catholicae compaginatur.

C. 39. Quod Dei sacramenta ubique recta sunt[a]).

Quomodo[1] aquam mundat et sanctificat homicida quomodo benedicunt oleum tenebrae? Si autem Deus adest sacramentis et verbis suis,

---

i) *om. Ven., V_2, deest Aug.* k) dicet *G, Pm,* diceret V_1. *P.* l) *om. G,* ligare *N.* m) aut *Aug.* n) *ex* eligatur *corr. Ven.*

C. 36. a) ad sp. non *om. Ven.*

1 Excerptum ex lib. 3 cap. XVIIII, 27, p. 220.

C. 37. a) *om. N,* l. III *add.* V_1, *P.* b) *autem Aug.* c) cum i. t. bapt. *des. Aug.* d) *pro* avarus relig. simul atque (av. religionem simulans?) *plura alia add. Aug.* e) Dei *add. Aug.* f) et *N.* g) *om. N.* h) *et aliis epithetis ornat Aug.* i) nec ille *om. N.*

1 Lib. 4, cap. IV 5, p. 226.

C. 38. a) *om. N,* V_2, libro IIII *add.* V_1. b) sicut *add.* V_1, *P.* c) quocumquam V_2. d) utique *G.* e) *quae sequuntur uberius pertractat Aug.*

1 Lib. 4, cap. XII, 18, p. 244.

C. 39. a) *inscript. om. G, N,* Eiusdem lib. V V_1, *P,* Eiusdem *Ven.*

1 Lib. 5, cap. XX pr., p. 285.

per quoslibet[b]) administrentur et sacramenta Dei ubique recta sunt, et mali homines quibus nichil prosunt ubique perversi sunt i. e.[c]) intus et foris.

C. 40. Quod sacramentum apud hereticos et[a]) haberi et dari potest, effectus vero sacramenti minime. Augustinus[1].

Quomodo[2] exaudivit[b]) Deus homicidam deprecantem vel super aquam baptismi vel super oleum, vel super eucharistiam vel super capita eorum quibus manus imponitur quae tamen omnia et[c]) fiunt et valent etiam[d]) per homicidas, id est per eos qui oderunt fratres etiam in ipsa intus ecclesia. Cum dare nemo possit quod non habet, quomodo dat homicida Spiritum sanctum et tamen intus[e]) etiam ipse baptizat? Deus ergo dat etiam ipso baptizante Spiritum sanctum. Quapropter[3] sacramentum gratiae dat Deus etiam per malos, ipsam vero gratiam non nisi per se ipsum vel[f]) per sanctos[g]) servos suos, et ideo remissionem peccatorum vel per se ipsum facit vel per illius columbae membra, quibus ait:
Joh. 20, 23. 'Si[h]) cui dimiseritis, dimittentur'. Manus[4] autem[i]) impositio si non adhiberetur[k]) ab heresi venienti, tamquam extra omnem culpam esse[l]) iudicaretur. Propter caritatis autem copulationem, quod est maximum donum Spiritus sancti sine quo non valent ad salutem quaecumque alia sancta fuerint[m]) in homine, manus hereticis correctis imponitur. Induunt[n])[5] autem homines Christum aliquando usque ad sacramenti[o]) perceptionem, aliquando et usque ad vitae sanctificationem[p]), atque illud primum et bonis et malis potest esse commune, hoc autem[q]) proprium est bonorum et piorum[r]). Non[6] ob aliud visum est quibusdam etiam egregiis viris antistitibus Christi, inter quos precipue beatus Cyprianus eminebat, non esse posse apud hereticos vel scismaticos baptismum Christi, nisi quia non distinguebatur sacramentum ab[s]) effectu[t]) vel usu sacramenti. Et quia eius effectus[u]) atque usus in liberatione a peccatis et cordis rectitudine apud hereticos non inveniebatur, ipsum sacramentum[v]) quoque illis non esse putabatur, sed convertentibus oculos ad interioris paleae multitudinem, cum et hi qui in ipsa unitate perversi sunt et perdite vivunt appareant remissionem peccatorum nec dare posse nec habere, quia non malignis
Joh. 20, 23. sed bonis filiis dictum est[w]): 'Si cui dimiseritis peccata, dimittuntur eis'[x])

b) qualeslibet *Aug.* c) *haec desunt Aug.*

C. 40. a) *om. N, Ven.* b) exaudit V_1, *P, Ven., Aug.* c) *om. N.* d) *ex* cum *post corr. L.* e) etiam *intus Aug.* f) vel — ipsum *om. N, in marg. suppl. Ven.* g) servos *add. G.* h) sicut V_1 *ante corr.* i) enim *P.* k) adhibetur *N.* l) esset *N*, V_1, *P, Ven.* m) fiunt *N.* n) Nota *adpon. Ven.* o) sacramenti — usque ad *om. N.* p) sacrificationem *G.* q) alterum *add. Aug.* r) impiorum *N.* s) ab eff. *om. N.* t) affectu *Ven.* u) affectus *N.* v) ips. quoque sacr. *Aug.* w) est dict. *N, Ven.* x) ei *Aug.*

1 Excerpta ex libris 5, 6 et 1 de baptismo. 2 lib. 5, c. XX n. 28, p. 286. 3 cap. XXI 29, p. 287. 4 cap. XXIII 33 i. f., p. 290. 5 cap. XXIV 34, p. 291. 6 lib. 6, cap. I 1, p. 297.

et[y]) *reliqua*. Habere tamen et dare et accipere baptismi sacramentum satis eluxit pastoribus ecclesiae catholicae etiam[z]) ovem quae foris errabat et Dominicum characterem[a]) foris accipiebat[b]) venientem ad Christianae unitatis[c]) salutem[d]) ab errore corrigi, characterem[e]) tamen Dominicum in ea agnosci potius quam improbari, quoniam[f]) quidem ipsum caracterem multi et lupi et[g]) lupis infigunt qui videntur[h]) intus esse, verumtamen ad illam ovem, quae[i]) ex multis una est, non pertinent[k]). Cum[7] malus tradit baptismum bono i. e. in unitatis vinculo veraci conversione mutato inter bonum sacramentum quod traditur et bonum fidelem cui traditur tradentis malitia superatur[l])? Et cum[m]) illi veraciter ad Deum[n]) converso peccata dimittuntur[o]), ab eis dimittuntur quibus ipse veraci conversione coniungitur. Spiritus[p]) sanctus ea dimittit, qui datus est omnibus sanctis sibi caritate coherentibus, sive se[q]) noverint corporaliter sive[r]) non noverint. Similiter cum alicuius tenentur peccata ab eis[s]) tenentur a quibus[t]) ille cordis pravitate disiungitur sive notis corporaliter sive ignotis. Omnes[u]) mali spiritualiter a bonis seiuncti sunt. Si autem etiam corporaliter aperta dissensione separentur, peiores fiunt. Sed[v]) nichil interest ad baptismi sanctitatem quanto quisque peior id habeat[w]) et quanto peiori tradat. Potest tamen tradere separatus, sicut potest habere separatus, sed tam[x]) perniciose habere, quam[y]) perniciose tradere. Ille autem cui tradit potest salubriter accipere, si ipse non separatus acceperit[z]) urgente[a]) mortis necessitate. Cur[b])[9] heretici foris baptizare[c]) non possunt? An quia peiores sunt eo ipso quo foris sunt? Sed[d]) nichil interest ad integritatem baptismi, quanto peior id tradat, neque enim tantum[e]) interest inter malum et peiorem quantum[f]) inter bonum et malum, et tamen cum baptizat malus[g]) non aliud dat quam bonus. Ergo et[h]) cum baptizat peior non aliud dat quam ille qui minus est malus. An forte non ad hominis meritum sed ad ipsius baptismi sacramentum[i]) pertinet. ut foris dari non possit? Si[k]) hoc ita esset, nec haberi foris posset et[l]) totiens baptizari necesse esset quotiens recedens

---

y) *pro* et reliqua *continuat*: si cui tenueritis, tenebuntur *Aug*. z) *post pauca*. a) a fallacibus depraedatoribus suis *add. Aug*. b) acceperat *Aug*. c) *om. G*. d) salutis *G*. e) *paucis omissis*. f) quando *V*₁, *Aug*. g) *om. N*. h) quidem *add. Aug*. i) etiam *add. Aug*. k) pertinere . . . convincuntur *Aug*. l) superat *N*, *V*₁. m) *om. V*₁, *P*. n) Dominum *N*. o) remitt. *N*. p) Idem quippe Sp. s. *Aug*. q) *om. N*. r) se *add. V*₁, *P*, *inser. L*. s) utique *add. Aug*. t) se ille cui tenentur vitae dissimilitudine et pravi cordis avertione disiungit, sive illum corporaliter noverint vel non *prosequitur Aug*. u) Quapropter omnes *Aug*. v) ut dictum est *add. Aug*. w) habebat *N*. x) quam *Ven*., *M*, *Aug*., t. p. h. *om. V*₂. y) tam *Ven*., *M*, *Aug*. z) accipiat *Aug*. a) *textus compendiatus*. b) Cum *N*, Cur ergo foris isti *Aug*. c) baptizari *V*₁, *L*. d) Si *N*. e) tamen *N*. f) interest *add. Aug*. g) est *add. G*. h) *om. Ven*. i) sacramenti *G*. k) si haec ita essent *V*₂. l) *om. N*.

7 cap. IV 6, p. 301. 8 cap. V 7, p. 302. 9 cap. XXIV 43, p. 320 i. f.

quisque ab ecclesia rursus ad ecclesiam remeasset[m]). Hi[10] qui ficto corde
baptizantur[n]) aut peccata nullatenus dimittuntur, quia Spiritus sanctus
Sap. 1, 5. disciplinae effugiet fictum aut in[o]) ipso temporis puncto per vim sacra-
Gal. 3, 27. menti dimissa iterum[p]) per[q]) fictionem replicantur, ut et illud verum sit:
'Quotquot in Christo baptizati estis Christum induistis'. Et illud: 'Spi-
Sap. 1, 5. ritus[r]) sanctus disciplinae effugiet fictum', id est ut et[s]) induat eum[t])
Christo[u]) sanctitas[v]) baptismi et exuat eum Christo pernicies fictionis.
Nam[11] redire dimissa peccata, ubi fraterna[w]) caritas non est, apertissime
Dominus in evangelio docet in[x]) illo servo a[y]) quo Dominus dimissum
debitum repetivit eo quod ille conservo[z]) suo debitum nollet dimittere
sic[12] non impeditur baptismi gratia, quominus omnia peccata dimittat,
etiam si fraternum odium in eius cui dimittuntur animo perseveret. Solvitur
enim hecternus dies et quicquid superest[a]) solvitur, etiam[b]) ipsa hora[c])
momentumque ante baptismum et in baptismo, deinceps autem continuo
reus esse incipit non solum consequentium sed etiam preteritorum dierum
horarum, momentorum redeuntibus omnibus[d]) quae dimissa sunt. Sicut[13]
igitur ficti veraciter conversi recipiuntur nec tamen eorum baptisma repro-
batur, sic et illa quae scismatici vel heretici non[e]) aliter habent nec aliter
agunt quam vera ecclesia, cum ad[f]) nos veniunt nun emendamus sed
potius approbamus.

C. 41.[a]) Augustinus[b])[1] ad Donatistas.

Ecclesiae[c]) sunt omnia sacramenta Dominica, quae sic habetis et
datis quomodo[d]) habebantur et dabantur, etiam[e]) priusquam inde exiretis,
non tamen ideo non[f]) habetis, quia non estis ibi, unde sunt quae habetis.
Non in vobis mutamus quibus[g]) nobiscum estis, in multis enim estis
Psal. 4, 19. nobiscum, nam et de talibus dictum est: 'Quoniam in multis erant mecum';
sed ea corrigimus in quibus[h]) non estis, et ea vos hic accipere volumus

---

m) Nota *adpon. Ven.* n) baptizabantur *Pm.* o) *om. N* effugit V_1, *ex* effugit *P.* p) item V_1, *P.* q) perfectionem *N, ex quo verbo corr. Ven.* r) S. enim spir. *Aug.* s) *om. Ven.* t) in *add.* V_2. u) *om. N.* v) sanctitas — Christo *om.* V_2. w) superna *N.* x) de *Aug.* y) *inde usque ad* dimittere *textus multum breviatus est.* z) cum servo *G.* a) supra est *Aug.* b) et *N.* c) *inser. P.* d) *Ven. in marg.* e) non al. *om.* V_1, *P.* f) ante *N.*

10 quae sequuntur usque 'pern. fictionis' ex l. 1 cap. XII 18, 19, p. 162, 163 contexta sunt. 11 num. 20 p. 164. 12 p. 165. 13 loco verborum: Sicut — reprobatur alia profert Aug., reliqua extant in cap. XIII 21, p. 165.

C. 41. a) *rubric. om. G, Pm,* V_1, *L, Ven.* Item *(om. M,* V_2*)* de eadem re *N, P, M,* V_2. b) *om. Ven.,* V_2, *in corpore can.* Aug. in lib. de baptismo *inscriptioni add. Ven.* c) ex catholica enim ecclesia *Aug.* d) quo *suppl.* modo *Ven.,* quemadmodum *Aug.* e) et *N.* f) *om. N.* g) in quibus *Aug.* h) nobiscum *add. Aug.*

1 Epist. 93 ad Vincentium cap. XI, 46, rec. A. Goldbacher Vol. XXXIV p. II, p. 488.

quae non habetis illic ubi estis. Nobiscum autem estis in baptismo in symbolo[i]) in ceteris Dominicis sacramentis. In spiritu autem unitatis et in[k]) vinculo pacis, in ipsa denique catholica ecclesia nobiscum non[l]) estis. Isti[2] autem cum quibus[m]) vel de quibus agimus non sunt desperandi; adhuc enim in corpore sunt, sed non quaerant Spiritum sanctum nisi[n]) in Christi corpore[o]) cuius foris[p]) habent[q]) sacramentnm sed rem ipsam non tenent intus, cuius illud est sacramentum et ideo sibi iudicium manducant et bibunt[r]). Unus enim panis sacramentum est uuitatis, quoniam sicut dicir Apostolus: 'Unus[s]) panis[t]), unum[u]) corpns, multi sumus'. I Cor. 10, 17.

C. 42. Quod parricidalibus manibus se[a]) sacra mysteria[b]) subtrahunt. Leo[1] papa Leoni Augusto.

Manifestum est per crudelissimam et[c]) insanissimam vesaniam[d]) in Alexandrina sede omne caelestium sacramentorum lumen exstinctum intercepta est sacrificii oblatio defecit chrismatis sanctificatio et parricidalibus manibus impiorum omnia sese[e]) subtraxere mysteria.

C. 43. Quod non ita nocet perfidia parentum parvulis, postquam[a]) baptizati sunt quemadmodum fides profuit, cum baptizarentus. Augustinus[b])[1].

Quaeris a me utrum parentes baptizatis parvulis suis noceant, cum eos daemoniorum sacrificiis sanare conantur, et[c]) si non nocent, quomodo eis prosit, cum baptizantur, parentum fides quorum eis non potest obexs perfidia? Ubi respondeo tantam illius sacramenti hoc est baptismi salutaris esse virtutem in sancta compage corporis Christi, ut semel generatus per aliorum[d]) ⟨carnalem voluptatem, cum semel regeneratus fuerit per aliorum spiritalem⟩ voluntatem, deinceps non possit vinculo alienae iniquitatis obstringi[e]) cui nulla sua[f]) voluntate consentit; 'et anima' enim 'patris mea est', inquit, 'et anima filii'[g]). Anima quae peccaverit ipsa morietur. Non autem peccat ipsa, cum parentes eius[h]) omnino nescienti vel[i]) quilibet alius Ezech. 18, 4.

---

i) et *add.* V_1. k) *deest Aug.* l) *om. N.* m) agimus *add. Aug.* n) non *N.* o) *quae sequuntur usque ad finem cap. in rasura densius scripta sunt P.* p) foris — cuius *in marg. suppl. Ven., om.* V_2. q) habeant *G,* habet *N.* r) et bib. *om. G.* s) enim *add. Aug.* t) *om. G.* u) unde *N.*

2 epist. 185, cap. XI 50, Vol. LVII, p. 43.

C. 42. a) *om. Ven.* b) ministeria. c) insanissimamque *Leo.* d) saevitiam *Baller.* e) se *Leo.*

1 Epist. 156, cap. V, Baller. t. I col. 1324, Jaffé-W. 532.

C. 43. a) priusquam V_1. b) ad Bonifacium papam *add. Ven.,* Bonif. *add.* V_2, *quae om. codd. A.* c) et si n. noc. *ex M (postea inser.) et* V_2, *supplevi;* et si — quomodo *Ven. in marg.* d) spiritalem *post inser. M, add.* V_2. e) astringi *N.* f) *om. P.* g) mea est *add. Aug.* h) ei *M (post inser.),* V_2. i) *om. G.*

1 Bonifacio. Epist. 98 num. 1, Vol. XXXIV, p. 2, p. 520.

adhibet sacrilegia daeminorum: Sed ideo ex Adam traxit, quod sacramenti illius gratia solveretur, quia nondum erat anima separatim vivens i. e. altera anima de qua diceretur[k]. 'Et anima patris mea est'[l]. Iam itaque cum homo[m] in se ipso[n] est ab eo qui genuit alter effectus, peccato alterius sine sua consensione[o] non tenetur obnoxius. Quando[p] [2] itaque[q] in parvulum maiores peccant, offerentes eum atque obligare conantes daemonum sacrilegis[r] vinculis non est anima utrorumque communis, ut etiam culpam possint habere communem; non enim sic communicatur culpa per alterius voluntatem, quemadmodum communicatur[s] gratia per sancti Spiritus unitatem.

C. 44. Quod perceptam in baptismate Christi gratiam parvuli non amittunt[a] nisi propria impietate[b]. Augustinus[1] Bonifacio papae.

Regenerans spiritus sanctus in maioribus offerentibus et parvulo oblato renatoque communis est. Ideo per hanc societatem unius eiusdem spiritus prodest offerentium poluntas parvulo oblato. Quando autem in parvulum maiores peccant offerentes eum atque obligare conantes daemonum sacrilegis vinculis non est anima utique communis, ut etiam culpam[c] possint habere communem. Non enim sic communicatur culpa per alterius voluntatem, quemadmodum communicatur gratia per sancti Spiritus unitatem. Potest etiam[d] et in hoc et in illo homine[e] unus spiritus esse, etiam si se[f] invicem nesciant per quem sit utriusque gratia communis. Non[g] autem potest spiritus hominis esse et huius et illius per quem peccat[h] alter et altero non peccante sit tamen culpa communis. Ac per hoc potest parvulus semel ex parentum carne generatus Dei spiritu regenerari[i], ut eo illis obligatio contracta solvatur. Non potest autem Dei semel[k] spiritu regeneratus ex parentum[l] carne regenerari, ut obligatio quae soluta[m] est iterum contrahatur Et ideo semel perceptam parvulus[n] gratiam Christi non amittit, nisi propria impietate. Verumtamen [2] recte dicuntur parentes vel quicumque maiores filios seu quoslibet parvulos baptizatos daemoniorum sacrilegiis obligare conantes spiritualiter homicidae. Nam in illis quidem[o] interfectionem non faciunt, sed quantum in ipsis est

---

k) dicitur *N.* l) et anima filii mea est *add. Aug.* m) hoc *N.* n) ipse *G, V₁, L.* o) confessione *V₂.* p) *pro his textum p. 521 excipiendo prosequitur V₂:* Traxit — regen. oblatus. q) autem *Aug.* r) sacrilegiis *V₁, P.* s) communiter *V₁.*

² num. 2, p. 522.

C. 44. a) adm. *G.* b) et cetera *add. V₁, P, in indice rubr. et G.* c) animam *Ven., V₂.* d) enim *Aug.* e) hom. esse un. spir. sanctus *Aug.* f) utrisque *N, V₂, om. V₁.* g) non — communis *om. N.* h) peccante altero *Ven. (corrig.), V₂, Aug.* i) *N ex corr.* k) *om. N.* l) parentis *N.* m) absoluta *N.* n) parvulis *N.* o) qui *N.*

¹ Epist. 98, Vol. cit. p. 522. ² num. 3 p. 523.

interfectores [p] fiunt. Recte illud dicitur, quando ab hoc scelere prohibentur: Nolite occidere parvulos vestros. Dicit enim et Apostolus: 'Spiritum nolite extinguere', non quia ille extingui potest sed quantum in ipsis est exstinctores eius merito dicuntur, quia sic agunt ut extinctum velint. Nec [3] illud te moveat quod quidam non ea fide ad baptismum perficiendum [q] parvulos ferunt, ut gratia spirituali [r] ad vitam regenerentur aeternam, sed quod eos putant hoc remedio temporalem retinere vel recipere sanitatem. Non enim propterea illi non regenerantur, quia non ab istis hac intentione offeruntur. Celebrantur enim per eos necessaria ministeria [s], offeruntur [t] quippe pervuli ad percipiendam spiritualem [u] gratiam non tam [v] ab eis quorum gestantur manibus quamvis et ab ipsis, si [w] et ipsi boni fideles sunt, quam ab universa societate sanctorum atque fidelium. Ab omnibus namque offerri recte intelliguntur quibus placet quod offeruntur, et quorum sancta atque individua caritate ad communicationem sancti Spiritus adiuvantur [x]. Tota hoc ergo mater ecclesia quae in sanctis est facit, quia tota omnes tota singulos parit. Difficillimam [4] sane quaestionem tibi proposuisse visus es in extremo inquisitionis tuae ea videlicet intentione qua soles vehementer cavere mendacium. 'Si constituam', inquis, 'ante [y] parvulum et interrogem, utrum, cum venerit [z], futurus sit castus vel fur vel [a] non sit futurus, sine dubio respondebis: Nescio'. Et utrum in eadem parvula [b] aetate constitutus cogitet aliquid boni vel mali, dices: Nescio. Si itaque de moribus eius futuris nichil audes certi [c] promittere et de eius presenti cogitatione, quid est aliud [d], quod, quando ad baptismum offeruntur, pro eis parentes tamquam fidei ductores [e] respondent et dicunt illos facere, quod illa aetas cogitare non potest, aut [f] si potest occultum est? Interrogamus enim eos a quibus offeruntur, et dicimus: Credit [g] in Deum? De illa aetate, quae utrum sit Deus ignorat, respondent [h]: 'Credit' [i], et ad cetera sic respondetur [k] singula quae geruntur. Unde miror parentes in istis rebus tam fidenter pro parvulo respondere, ut dicant eum tanta bona facere, quae ad [l] horam qua [m] baptizatur baptizator interrogat; tamen eadem hora si subiciam [n]: Erit castus qui baptizatur aut non erit fur? nescio utrum audeat [o] dicere aliquis, aliquid horum erit aut [p] non erit, sicut mihi [q] sine dubitatione respondet quod credat [r] in

I Thes. 5, 19.

---

p) eorum *(al. man. suprascr. Ven.)* interfect. *Ven.*, V_2. q) percipiendum V_2. r) speciali *P.* s) mysteria V_2. t) *post pauca.* u) spiritalem V_1. *P.* v) tantum *N.* w) sic et *Pm*, *om.* V_1, *P.* x) adunantur V_1, *P.* y) te *add.* V_2, *Aug.* z) creverit *(ex* venerit *corr. videtur) Ven.*, V_2, *Aug.* a) *om. N, Goldb.* b) parvuli *N.* c) certe V_1. d) illud *Aug.* e) fidedictores *Aug.* f) aut occ. est *Ven. in marg.* g) credis *N.* h) respondet V_2. i) credo *N.* k) *in* respondent *corr. Ven.* l) ad horam — sine dubitat. *densius scripta sunt L.* m) quae *G, N.* n) subicierit *G.* o) audet *Aug.* p) aut n. er. *om. N.* q) *om. N.* r) crede *N.*

[3] num. 5 p. 526. [4] num. 7 p. 528.

Deum aut[s]) quod[t]) se convertat ad[u]) Deum. Ecce[5] facio quantum possum Dominus adiuvet, ut quod postulas possim. Nemque saepe ita loquimur, ut pascha propinquante[v]) crastinam vel perhendinam[w]) Domini passionem dicamus, cum ille ante tam multos annos passus sit nec omnino nisi semel ipsa passio facta[x]). Nemque ipso die dominico dicimus: 'Hodie Dominus resurrexit', cum ex quo resurrexit tot anni transierint. Cur nemo[y]) tam ineptus est, ut nos ita loquentes arguat esse mentitos, nisi quia istos dies[z]) secundum[a]) illorum quibus haec gesta sunt similitudinem nuncupamus, ut dicatur ipse dies qui non est[c]) revolutione[d]) temporis sed similis eius et dicatur illo die fieri propter sacramenti celebrationem quod non illo[e]) sed iam olim factum est. Itaque[6]) parvulum et si nondum fides illa quae in credentium[f]) voluntate consistit iam tamen ipsius fidei sacramentum fidelem facit. Nam sicut credere respondetur[g]), ita etiam fidelis[h]) vocatur[i]) non rem ipsam mente annuendo sed ipsius rei sacramentum percipiendo. Cum autem sapere homo coeperit, non illud sacramentum repetit[k]) sed intellegit eiusque veritati[l]) consona eius[m]) voluntate coaptabitur. Hoc quamdiu non potest valebit sacramentum ad eius tutelam adversus contrarias potestates et tantum valebit, ut si ante maioris usum aetatis[n]) ex hac vita migraverit[o]), per ipsum sacramentum commendata[p])
Rom. 5, 12. ecclesiae caritate ab illa condempnatione quae per unum hominem intravit in mundum Christiano adiutorio liberetur. Hoc qui non credit et fieri non posse arbitratur profecto infidelis est, etsi habeat fidei sacramentum, longeque[q]) melior est iste[r]) parvulus, quia[s]) etiamsi[t]) fidem non[u]) habeat[v]) in cogitatione, non tamen ei obicem contrariae cogitationis opponit. Unde sacramentum eius[w]) salubriter percipit.

C. 45. Quod ita parvuli per alios credunt sicut ab aliis peccata, quae in baptismo dimittuntur, traxerunt. Augustinus[1] ad Bonifacium papam contra Pelagianorum heresim.

In ecclesia[a]) Salvatoris per alios parvuli credunt, sicut ex aliis ea quae[b]) in baptismo remittuntur peccata traxerunt. Nec illud cogitatis[c])

---

s) et *Aug.* t) *om.* V_1, *P*, *conv. se.* u) in V_2. v) prop. dicamus . . . pass. cum ille *Aug.* w) perhendianam *N*, V_1, *P*, *Ven.* x) sit *add. Aug.* y) ergo *P.* z) *post inser. L.* a) sed et *N.* b) dicant *G.* c) ipse *add.* V_1, *P*, *Aug.* d) sed rev. temp. sim. eius *Aug.* e) die *add.* V_2, *Aug.* f) credenti *N.* g) respondentur *Aug.* h) fideles vocantur *Aug.* i) *om.* V_1, *P.* k) repetet . . . intelleget *Aug.* l) voluntati *Pm.* m) etiam V_2, *Aug.* n) *om. Goldbacher.* o) migraverint *G*, *Pm et alii*, emigraverit *Aug.* p) commendante *Aug.* q) longe V_2. r) ille *Aug.* s) qui *Aug.* t) *om. Ven.* u) nondum *Aug.* v) habet *Goldb.* w) est *N.*

5 num. 8 i. f., num. 9 p. 530. 6 num. 10 p. 531.

C. 45. a) domini *add.* V_2. b) illis *add. Aug.* c) cogitetis *Ven.*

1 Contra duas epistolas Pelagianorum lib. 1 cap. XXII, ed. Bened. t. X col. 429.

eos vitam habere non posse qui fuerint expertes corporis et sanguinis Christi, dicente ipso: Nisi nanducaveritis carnem meam *et cetera.* Joh. 6, 54

C. 46. Quod mater ecclesia etiam[a]) invitos sanat. Augustinus[1] Festo.

Quid[b]) faciet ecclesiae medicina salutem omnium materna caritate conquirens[c]) tamquam inter freneticos et lethargicos aestuans? Numquid contempnere, numquid desistere vel debet vel potest[d])? Utrisque sit necesse est molesta quae[e]) neutris est inimica, nam et frenetici nolunt ligari et lethargici nolunt excitari. Sed perseverat diligentia caritatis freneticum ligare[f]), lethargicum stimulare, ambos amare. Ambo offenduntur sed ambo diliguntur, ambo molestati quamdiu[g]) aegri sunt, indignantur sed ambo sanati[h]) gratulantur.

C. 47. Quod heretici errorem acceptum debent amittere[a]), non sacramentum quod similiter ut nos[b]) acceperunt[c]). Eiusdem[d])[1].

Catholici esse non incipiunt nisi heretici esse destiterint[e]). Neque enim sacramenta eorum nobis inimica sunt, quae[f]) in illis sunt nobis communia, quia non humana sunt sed divina[g]). Proprius[h]) eorum error auferendus est, quem male imbiberunt, nec[i]) sacramenta, quae similiter acceperunt quae ad poenam suam portant et habent; quanto indignius habent, sed tamen habent.

C. 48. Idem[a])[1] in eadem.

Vos mutari volumus a perversitate, id est, ut denuo radicetur vestra precisio. Nam[b]) sacramenta, quae non mutastis sicut habetis, approbantur a nobis, ne forte cum vestram pravitatem corrigere volumus, illis mysteriis Christi, quae in vestra pravitate depravata non sunt, sacrilegam faciamus iniuriam. Neque enim[c]) Saul depravaverat unctionem quam acceperat cui unctioni tantum honorem rex David pius Dei servus exhibuit, propterea ergo vos non rebaptizamus, quia radicem vobis[d]) reddere cupimus, formam

---

C. 46. a) et *Pm.* b) quid igitur hic faciat *Aug.* c) conquerens V_1. d) potestve *N.* e) quia *Aug.* f) castigare *Aug.* g) quamquam diversi sunt *N.* h) gratulatuntur sanati *G.*

1 Epist. 89 n. 6. Vol. 34, pars. II, p. 424.

C. 47. a) ammitt. *G, Pm.* b) vos *N.* c) acceperint V_1. d) *om. Pm, N,* Idem V_1. e) desisterint *G.* f) quae in ill. s. *Ven. in marg.* g) scilicet *add.* V_1. h) prius V_1, eorum *ex Ven.,* V_2 *addidi.* i) non *Aug.*

1 Epist. 89 n. 7, p. ead.

C. 48. a) *rubric. om. G, Pm,* V_1. Quod convertendi sunt heretici non rebaptizandi *N, P.* Quod sacramenta non sunt mutanda sed errores scismaticorum *Ven.; at in marg. et in tab. rubr.*: De eadem re, *quam rubr. exhibent etiam* V_2, V'_4. b) nec *G.* c) et *add. Aug.* d) nobis *G, Pm,* V_1, *L,* V'_4, non *N,* vobis *M, ex* nobis *corr. Ven.*

1 Epist. 87 ad Emeritum n. 9. Vol. XXXIV pars. II, p. 405.

tamen precisi sacramenti[e]), si non mutata est, approbamus, quae tamen, quamvis integra, nullo modo est sine radice fructuosa.

C. 49. Quod nec ante baptismum bigamus ordinetur episcopus[a]). Augustinus[1] de bono coniugali.

Ecclesiae dispensatorem non licere ordinari nisi unius uxoris virum[b]) acutius intellexerunt, qui nec eum qui catecuminus vel paganus habuerit[c]) alteram otdinandum esse censuerunt. De sacramento enim agitur non de
I Cor. 7, 28. 36. peccato, nam in baptismo peccata omnia dimittuntur. Sed qui dixit: 'Si acceperis uxorem non peccasti, et si nupserit virgo, non peccavit'[d]) et: 'Quod vult faciat, non peccat, si[e]) nubat', satis declarat[f]) nullas nuptias esse peccata[g]). Propter sacramenti autem sanctitatem sicut femina, etiam si catecumina fuerit vitiata, non potest post baptismum inter Dei virgines consecrari, ita non absurde visum est eum qui excessit uxorum numerum singularem non peccatum aliquod[h]) commisisse[i]) sed normam quandam sacramenti amisisse; non ad vitae bonae meritum sed[k]) ordinationis ecclesiasticae signaculum necessariam. Ac per hoc sicut plures antiquorum patrum uxores significaverunt futuras nostras ex omnibus gentibus ecclesias uni viro subditas Christo, ita noster antistes unius uxoris vir signifieat ex omnibus gentibus unitatem[l]) uni viro subditam Christo.

---

e) sarmenti *Aug.*

C. 49. a) *om. Pm.* b) quod *add. Aug.* c) habuit *G.* d) peccat *Aug.* e) *deest Aug.* f) declaravit nuptias nullum esse peccatum *Aug.* g) peccatum *N.* h) aliquid *G.* i) *om. G.* k) ad *add. Aug.* l) ecclesias . . . subditas *N.*

1 Cap. XVIII 21 rec. Jos. Zycha. Vol. 41 p. 214.

Incipiunt capitula libri decimi.*)

I. Quod pactio coniugalis coniugium facit.
II. Quod legittimum coniugium est, ubi uxor petitur et a parentibus proximis legaliter datur et sponsatur et a sacerdote benedicitur ecclesia ⟨l. etc.⟩.
III. Quae sit legittima uxor et quod vivente uxore adultera viro non licet ducere aliam.
IIII. Quod tercia uxor superflua est.
V. De numero maritorum.
VI. Quod desponsata monasterium monacharum potest eligere.
VII. Quod desponsatam alteri alter non potest accipere.
VIII. De eadem re.
VIIII. a) Quod peior est qui nec malo fidem servat.
X. Quod etiam ex male coniunctis possint fieri nuptiae.
XI. Quod coniugium remaneat in separatis, sicut ordinatio in dampnatis.
XII. Quod peiores sint adulteris qui a proposito castitatis ruerunt.
XIII. Quod vivente uxore adultera non liceat aliam ducere.
XIIII. Ut dimissus vel dimissa sic maneant vel sibi reconcilientur.
XV. Si dimissus vel dimissa alteri matrimonio copulaverint, adulteri sunt.
XVI. Quod separato a viro adultero non possit alium ducere.
XVII. Quod religionis causa non sint volvenda coniugia.
XVIII. Quod uxori reddendus est maritus, si nolente illa etiam tonsoratus sit monachus.
XVIIII. Ex dictis Basilii. Quod religionis causa non sint solvenda coniugia.
XX. Ex epistola Nicholai papae.) De eadem re.
XXI. De coniugiis aliqua necessitate divisis ut ad pristina revertantur.
XXII. De separatione eorum qui ob causam frigidae naturae coire non possunt.
XXIII. Gregorius papa. De his qui non possunt coire, si possunt probare, separentur.
XXIIII. Quod propter amentiam non sunt solvenda coniugia.
XXV. De eadem re.
XXVI. Ut omnis homo abstineat se a spirituali filia patris sui.
XXVII. Quod nullus filiolam patris sui ducat in uxorem.
XXVIII. De separatione coniugatorum, qui filios de fonte susceperunt.
XXVIIII. Ut coniugati non separentur, si necessitate mortis filium suum baptizaverint.
XXX. De coniugio quartae generationis quondam Anglis permisso.
XXXI. De huiusmodi coniugio deinceps penitus vitando.

---

*) *Ex codice G (Graec.).*

a) *Quemadmodum in hac tabula ita et in ipso corpore canonum numeri abhinc uno minores reducuntur G.*

Incipit[a] Liber decimus

de coniugiis.

C. 1. Quod pactio coniugalis coniugium facit. Ambrosius[a] [1] episcopus[b] in libro de virginitate[c].

Cum initiatur coniugium, tunc[d] coniugii nomen asciscitur[e]. Non enim defloratio virginitatis facit coniugium sed pactio[f] coniugalis. Denique cum coniungitur[g] puella, coniugium est, non cum viri[h] admixtione cognoscitur.

C. 2. Quod legitimum coniugium est, ubi uxor petitur et a parentibus proximis legaliter datur et sponsatur et a sacerdote benedicitur et[a] cetera. Evaristus[b] [1] omnibus episcopis.

Aliter legitimum[c] non fit[d] coniugium, visi ab his qui super ipsam feminam dominationem habent[e], et[f] a quibus custoditur uxor petatur[g], a parentibus propinquioribus sponsetur et legibus detur[h] et suo tempore sacerdotaliter cum precibus et oblationibus a sacerdote benedicatur et a

---

[a]) Expliciunt capitula libri decimi id est de coniugiis *N (tab. rubr. finit).*

C. 1. [a]) Augustinus in libro de nuptiis et concupiscentiis Coniux vocatur ex prima desponsationis fide *praefigit* V_2. [b]) *om. Ven.* [c]) virginibus *N, codd.* A^2, *Ven.* [d]) tnm *Ambr.* [e]) affigitur *N.* [f]) legitima *pallidiore atramento manu forte alia inser.* V_1, legitima *add. P (suprascripto* i. e.), *L.* [g]) iungitur *G,* V_2. [h]) virili *Ambr.*

[1] S. Ambrosius De institutione virginis c. VIII 44. Op. ed. Mediol. 1879 cur. P. A. Ballerini t. IV col. 327.

C. 2. [a]) et cet. *om.* V_2. [b]) *inscriptio ut in ceteris capitulis ex Coll. min. mutata,* papa *add. aliqui codd.* [c]) *om. 5, super* coniugium *inser.* legiptimum *Pm.* [d]) sit *5.* [e]) habere videntur *Ps. Evar.* [f]) *pro* et a quib. — petatur et *alia profert Hinsch.* [g]) et *add. Coll. min.* [h]) *in* dotetur *pallidiore atramento corr.* L_1, dotetur *Ven. (super rasura), Ps. Evar.*

[1] Ps. Evaristus c. 2, p. 87 aliquibus verbis omissis, Coll. min. c. 271.

paranymphis custodita et sociata a proximis congruo tempore[i] detur et[k] sollempniter accipiatur et biduo vel triduo orationibus vacent et castitatem custodiant, ut bonae soboles generentur et Domino in suis actibus placeant. Taliter enim et[l] Domino placebunt et filios non spurios[m] sed legitimos et[n] hereditabiles generabunt[o]. Quapropter, filii karissimi, ita peracta legitima scitote esse coniugia. Aliter[p] vero presumpta non coniugia sed aut adulteria aut contubernia aut stupra[q] vel fornicationes potius quam legitima coniugia esse non dubitate[r], nisi voluntas suffragaverint propria et vota succurrerint[s] legitima.

C. 3. Quae sit legitima uxor et quod vivente uxore adultera[a] viro non licet ducere aliam. Leo[1] papa.

Qualis debeat esse uxor, quae habenda est secundum legem: virgo casta et desponsata in virginitate et dotata legitime et a parentibus tradita[b] sponso et a paranymphis accipienda et ita secundum legem et evangelium publicis nuptiis honeste in coniugium liquide[c] sumenda et omnibus diebus vitae suae nisi ex consensu et causa vacandi Deo numquam propter hominem separanda et, si fornicata fuerit, dimittenda. Sed illa vivente altera non ducenda[e], quia adulteri regnum Dei non possidebunt, et poenitentia illius[f] per scripturas recipienda.

I Cor. 6, 9.

C. 4. Quod tertia uxor superflua est. Hormisda[1] papa.

Ne quisquam amplius quam duas uxores accipiat, quia iam tertia superflua est.

C. 4′. De[a] his qui secundas nuptias contrahere volunt.

De his quoque qui mortua prima uxore secundas nuptias contrahere volunt iuste et honeste ac rationabiliter perspeximus ab earum consanguineis usque ad quartum gradum genealogiae eos abstinere.

---

i) petita legibus *add. Ps. Evar.* k) et s. acc. *om. 6.* l) *om. N.* m) spurgios *codd. A*[1], *V*[1], *P*, 'g' *eras. L, Ven. Pi ex* suspicios *corr.* spurios *10.* n) atque *Ps. Evar.* o) generantur *Hinsch.* p) alterum *10.* q) strupra *G.* r) *ex* dibietare *corr.* dubietate *5.* s) succurrerunt *5.*

C. 3. a) adulteram *Ven.* b) et a *add. Burch.* c) liquideque *V*[2]. d) sumendo *V*[1]. e) deducanda *Burch.* f) illis *N, V*[1], *P, Ven.*

1 Decret. Burchardi l. IX c. 2: Ex decr. Leonis pap. c. 18; sed in decr. Leonis nox invenitur; cf. quod notant Corr. Romani ad Decr. Grat, c. 30 Qu. 5 c. 4. Capitulum a Burchardo ex Benedicto Levita desumptum videri probat P. Fournier, Etudes critiques sur le Decret de Burchard de Worms, Paris 1910, p. 49.

C. 4. 1 Immo Decret. Burch. l. IX 23: Ex decr. Hormisdae papae c. 2; verum est Bened. Lev. III 406.

